This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A327L

From the Ewald Flügel Library



LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY





Aurelius Antoninus, M.,
no. 181

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ ΒΙΒΛΙΑ ΙΒ.

MARCI ANTONINI

IMPERATORIS AC PHILOSOPHI

LIBRI XII

EORVM QVAE DE SEIPSO AD SEIPSVM
SCRIPSIT

AD EXEMPLAR OXONIENSE CIϽ IϽ CCIIII
RECVSI

INTRODVCTIONEM
AD
PHILOSOPHIAM STOICAM
EX MENTE M. ANTONINI
PRAEMISIT
IOAN. FRANCISCVS BVDDEVS
THEOL. D. ET P. P. IENENS.

VITAM
RECENSVIT CRITICISQVE OBSERVATIONIBVS
ILLVSTRAVIT
CHRISTOPHORVS WOLLE A.M.
THEOL. BACC. ET AD AED. D. PETRI CAT.

CVM PRIVILEGIO POT. REG. POL. ET ELECT. SAX.

LIPSIAE
APVD SAMVEL. BENIAMIN. WALTHER.
CIϽ IϽCC XXIX.

1729
RP recat.

1888
JB927w

216444

STANFORD LIBRARY

IOAN. FRANCISCI BVDDEI
THEOL. D. ET P. P.

INTRODVCTIO
AD
PHILOSOPHIAM STOICAM
EX
MENTE SENTENTIAQVE
M. AVRELII ANTONINI IMP.

DE Stoicorum philoſophia praecipuisque eius magi-ſtris, quorum integra ad nos peruenerunt monumenta, SENECA, EPICTETO et M. AVRELIO ANTONINO, imperatore ac philoſopho, non vnam eamdemque virorum doctorum eſſe ſententiam, conſtat inter omnes. Sunt enim, quibus illorum effata, ad doctrinam moralem ſpectantia adeo placent, vt ea ſanctisſimorum virorum, immo ipſius ſeruatoris noſtri, quae in ſcriptura ſacra exſtant ſcitis, ſi non praeferenda, certe cum iis comparanda, eodemque ponenda loco, exiſtiment. Alii contra in principia philoſophiae ſtoicae, ex quibus iſta fluxerunt, paullo diligentius inquirentes et cuncta ponderantes accuratius, verbis ſplendidisſimis grauisſimos ſaepe, et quibus pernicioſius nihil cogitari poteſt, tegi ac occultari errores contendunt; tantumque adeo abeſt, vt vllum iis pretium ſtatuant, vt reiicienda prorſus ac repudianda, cenſeant. Et negari vtique nequit, quae de fato ac fatali rerum omnium neceſſitate, deque Deo ceu anima mundi eiusque per totum hocce vniuerſum diffuſa eſſentia docent, et quae alia ſunt eiusdem generis, ita comparata eſſe, vt dogmata nonnulla magnam virtutis ac ſapientiae ſpeciem, illis, qui ad ea vitam moresque ſe componere profitentur, conciliatura, inde deriuari queant, ſimul tamen ipſa ſolidae virtutis ac ſapientiae fundamenta labefactent penitus atque euertant, ac non minus cum rectae rationis, quam chriſtianae religionis decretis e diametro pugnent. Neque tamen ideo illa praeſtantisſimorum iſtorum, quos Stoicorum ſecta tulit, virorum contemnenda prorſus ac reiicienda ſunt effata. Duplici enim ea conſiderari posſunt ratione; vel in ſe, ſeu extra ſyſtema philoſophiae ſtoicae ſpectata, vel prout

ex propriis ac domeſticis iſtius philoſophiae principiis fluunt ac originem trahunt. Poſteriori modo intellecta ea nemo ſanae mentis probauerit; ſicuti rurſus priori modo accepta, ea interdum et longe pulcherrima esſe, et multum bonae frugis continere, et hactenus laudanda commendandaque esſe, nemo, niſi iſtarum rerum prorſus rudis, aut moroſus nimis cenſor, inficiatus fuerit. Id vero rurſus non eo trahi velim, ac ſi cum iſtis, quae ſcriptura ſacra ſuppeditat vitae ſanctae regulis dogmatibusque ſaluberrimis, ea comparanda cenſeam; quippe quae et ob principiorum, ex quibus fluunt, puritatem ſanctitatemque, et ob vim, quae ea ſemper comitatur diuinam, tanto praeſtantiora ſunt, quanto ſol ſplendore ſuo lunam ceterasque ſtellas ſuperat. Quemadmodum etiam haud dubie iſtis ex porticu philoſophis, EPICTETO, SENECAE, M. AVRELIO ANTONINO non ſatis perſpectum fuit, quorſum pernicioſa iſta ſectae ſuae principia ducerent, ſi quis accurate iis inſiſteret, certe non ſatis illud perpenderunt; ita et a vero minime abhorret, eos in effatis iſtis pulcherrimis proferendis non ſemper ad principia iſta reſpexisſe, aut ſaltem non ad pernicioſa illa, quae ſecum vehunt, ſed tantum ad ea, quae ad virtutis ac ſapientiae ſtudium promouendum faciebant, animum aduertisſe. Hinc et lectoris aequi, et qui ex eiusmodi libris commodum capere cupit, esſe exiſtimo, in verum equidem et genuinum omnium ab iis dictorum ſenſum inquirere, misſis autem deinde iis, quae reprehenſionem promerentur, retinere illa, quae fructum aliquem adferre posſunt. Atque talia apud M. AVRELIVM ANTONINVM, magna copia occurrere, fateri eos necesſe eſt, qui praeſtantisſimos τῶν εἰς ἑαυτὸν *de ſe ipſo et ad ſe ipſum libros duodecim* inſpexerunt vmquam aut delibarunt. Mihi iſti ſemper magno fuere in pretio, ſaepiusque eos ſumma cum animi voluptate legi. Hinc et ad eorum ductum primas meas recitationes publicas in academia Hallenſi anno MDCXCIII. inſtitui et in proluſione, qua in eadem academia munus moralem ciuilemque philoſophiam docendi, me ſuſcepturum, eodem anno ſignificaui, de M. AVRELIO ANTONINO hocce verba feci. Deinde etiam ſummam quamdam doctrinae moralis ex iſto auctore concinnare in animum

induxi,

induxi, praeſertim quum animaduerterem, IVSTVM LIPSIVM aliosque, qui de philoſophia ſtoica commentati ſunt, pauca admodum ex eodem adtuliſſe. Quo minus autem ea in lucem proferrem alia negotia aliique obſtitere labores. Nec vmquam forte vlla eius rei animum meum ſubiisſet cogitatio, niſi praeter ſpem praeterque opinionem meam vir honeſtisſimus, et ad rei chriſtianae pariter ac litterariæ commoda promouenda paratisſimus SAMVEL BENIAMIN WALTHERVS mihi ſignificasſet, nouam ſe librorum M. AVRELII ANTONINI editionem moliri, atque a me, vt praefationem quamdam praemitterem, petiisſet. Statim enim uero tum labor iſte in mentem memoriamque redibat, quumque, quae litteris conſignaueram, iterum perluſtrasſem, quaedam etiam mutasſem, alia addidisſem, non prorſus indignam hancce doctrinae moralis ex mente ANTONINI confectam ſummam iudicabam, quae in lucem opportunitate hacce, ſponte ſua ſe offerente, prodiret. Hanc vero ſi quis legere operae duxerit pretium, eum iterum moneo, ſemper vt cogitet, ex mente ſtoici huius philoſophi cuncta propoſita esſe; hinc et quae errores aut falſas Stoicorum hypotheſes redolent, dimittenda; at quae cum veritate et recta ratione conſentiunt, nec ſcripturae ſacrae repugnant, ſeligenda et diligenter ponderanda, ſimulque vt inde fructum quemdam capiamus adlaborandum esſe. Cognoſcere nimirum inde licebit, eo minus fas esſe euidentisſimis ſcripturae de vita recte inſtituenda dictis refragari, quo luculentius conſtat, ſimilia prorſus ſapientisſimis ethnicorum in mentem venisſe; vt adeo, qui iſtis morem gerere nolunt, eo grauiori ſe obſtringant crimine, quo certius de iſtarum regularum et dogmatum, ad vitam recte inſtituendam ſpectantium et veritate et necesſitate, hac ratione, conuincuntur.

SECTIO PRIMA
DE PHILOSOPHIA, SPECIATIM MORALI.

OMnes homines natura valde procliues ad crimina et quaeuis vitia esſe, ſummaque et fere incredibili miſeria vndi-

que circumſeptos, ipſa experientia magiſtra edocti probe intelligebant Stoici. ANTONINVS imperator hic ſtatim ſententiam ferat, qui cum humanae vitae miſeria, inſitam cunctis mortalium et connatam prauitatem, luculenter ſiſtit. Τοῦ ἀνθρωπίνου, inquit, *βίου ὁ μὲν χρόνος στιγμὴ· ἡ δὲ οὐσία ῥέουσα· ἡ δὲ αἴσθησις, ἀμυδρὰ· ἡ δὲ ὅλου τοῦ σώματος σύγκρισις, εὔσηπτος· ἡ δὲ ψυχὴ, ῥομβὸς· ἡ δὲ τύχη, δυστέκμαρτον· ἡ δὲ φήμη, ἄκριτον. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, πάντα τὰ μὲν τοῦ σώματος, ποταμὸς· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος καὶ τύφος.* *Humanae quidem vitae tempus momentum eſt, natura fluxa, ſenſus obſcurus: totius corporis temperamentum putreſcit facile, anima vaga eſt; fortuna quae ſit, difficile eſt colligere; fama incerta eſt. Atque vt ſummam rei dicam, omnia, quae ad corpus pertinent, fluuii naturam habent, quae ad animam, inſomnii et fumi.* Vtique ita ſe res habet, vt de hoc ANTONINI effato cenſet ANDREAS DACERIVS: *On ne ſauroit trouver quelque part que ce ſoit un plus beau portrait de l'homme; in comment. ad h. l. tom. I. p. 57.* ANTONINO ſuffragatur HORATIVS, ſtoicae doctrinae haud infelix interpres et oppugnator:

Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas. *lib. I. od. III.*

§. II. At originem fontemque huius miſeriae neſciuere. Quod de TVLLIO CICERONE Hipponenſium praeſul AVGVSTINVS dixit *lib. IIII. contra Iulianum cap. XII.* id et de Stoicis adſerere nullus plane dubito. Quum enim induxiſſet dicentem TVLLIVM, non vt a matre, ſed vt a nouerca natura editum eſſe hominem in vitam, corpore nudo, fragili et infirmo; animo anxio ad moleſtias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines; in quo tamen velut obrutus ineſſet ignis quidam diuinus mentis; tum ſubiungit: *non hoc auctor iſte male viuentium moribus dixit eſſe effectum, ſed naturam potius accuſauit. Rem vidit, cauſſam neſciuit. Latebat enim eum, cur eſſet graue iugum ſuper filios Adam, quia ſacras litteras non eruditus, ignorabat originale peccatum.* Add. PETRVS DANIEL HVETIVS in *quaeſtion. Alnet. lib. II. cap. IX.*

§. III. Ita omnino eſt, quidquid de primorum hominum lapſu, et quam perdiderunt, felicitate, ſacrae docent litterae, rationis vim ſuperat, adeoque cum reliquis gentilium philoſophis ignorant Stoici. Interim propenſionem incredibilem ad praua, omnibus hominibus quaſi inſitam, eſſe, et ſentiebant ipſi, et fatebantur. Fatetur et ANTONINVS, adeoque vt quo pacto morbo huic adferre medelam poſſit, ſecum ipſe exquirit. Tandem ad philoſophiam ſe recipit. Τί οὖν τὸ παραπέμψαι δυνάμενον; ἓν καὶ μόνον Φιλοσοφία. *Quid ergo eſt, quod tuto hominem poſſit deducere? philoſophia. lib. II. §. XVII.* Quid vero eſt philoſophia? Reſpondet imperator: τοῦτο δὲ, ἐν τῷ τηρεῖν τὸν ἔνδον δαίμονα ἀνύβριστον, καὶ ἀσινῆ, ἡδονῶν καὶ πόνων κρείσσονα, μηδὲν εἰκῆ ποιοῦντα, μηδὲ δὲ διεψευσμένως καὶ μεθ' ὑποκρίσεως· ἀνενδεῆ τὸν ἄλλον ποιῆσαι τι, ἢ μὴ ποιῆσαι· ἔτι δὲ τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα δεχόμενον, ὡς ἐκεῖθέν ποθεν ἐρχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἦλθεν. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἵλεῳ τῇ γνώμῃ περιμένοντα. *ea vero in hoc conſiſtit, vt genium, qui in te eſt, ab omni contumelia vindices et iniuria: voluptatibus et doloribus ſuperiorem praeſtes: vt nihil fruſtra, nihil ficte aut falſo agat: alterius opera denique gratiaue, quo fiat aliquid aut non fiat, minime indigeat. Praeterea, vt ea, quae accidunt, fatoue eueniunt, ita accipiat, tamquam inde miſſa, vnde ipſe quoque venerit. Poſtremo vt placido mortem animo exſpectet.*

§. IIII. Vtique philoſophiam hoc efficere putat, ne quis animam iniuria adficiat, h. e. vt Plato, quem ANTONINVS ſequitur, explicat, ne talia committat, quae hominem minime decent, ſed a natura eius, qui rationem ducem ſequitur, aliena eſſe debent. Humanae vero naturae praeſtantia ſe indignos eſſe demonſtrant, qui animi abripiuntur perturbationibus, ſiue, qui voluptatibus et doloribus indulgent: qui aliud prae ſe ferunt, aliud alto pectore premunt. *Ratio nempe*, inquit CICERO, *poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter; offic. lib. III. cap. XVII.* Hoc itaque ſtatim ſubiungit ANTONINVS. Addit: philoſophiae munus eſſe, ne quis alterius ope indigeat. Philoſophia denique praemunitum pectus, vt quaeuis aduerſa, ita et mortem, ſecundum ſtoicos, fortiter

exſpectat. Quam vero omnia ſecus ſe habent in homine nullis ſapientiae praeceptis imbuto? Quanta in eo ad crimina quaeuis eſt procliuitas et propenſio? quam facile ſuccumbit aut voluptati aut dolori? quanta in eo et fraudum et ſimulationum moles? quam procul a vera felicitate abeſt? quam plane ſibi non ſufficit? quanta denique in aduerſis trepidatio? quam puerilis mortis timor?

§. V. Quod vero copioſius ANTONINVS edisſeruit, paucis alii complectebantur verbis apud SENECAM *ep. LXXXIX.* adſerentes, philoſophiam nihil aliud esſe, quam *ſtudium corrigendae mentis.* Sed et ipſe ANTONINVS *lib. VII. §. VIII.* tribus hoc innuit vocibus: *ὀρθὸς ἢ ὀρθούμενος.* Quae verba male vulgo ita transferuntur: *talis igitur ſis, potius vt naturam te rectum feciſſe, quam ſtudium direxiſſe appareat.* Rectius DACERIVS ita exponit: *quand nous ne ſommes pas naturellement vertueux, nous devons tacher de le devenir par l'étude & par le travail, lib. VII.* ad *§. XIII. tom. II. p. 46.*

§. VI. Enimuero differt in Stoicorum ſcholis *philoſophus* et *ſapiens.* Quod enim ille quaerit, hic iam obtinuit. Sapientis eſt dominari adfectibus, philoſophus ad hoc dominium adſpirat, nondum peruenit. Hic medelam adfert ſtrenue animi morbis, ille iam profligauit illos, et ſanitate fruitur. *Οὐδὲν ἂν,* inquit ANTONINVS, *ἐν τῇ διανοίᾳ τοῦ κεκολασμένου, καὶ ἐκκεκαθαρμένου πυῶδες, οὐδὲ μὴν μεμολυσμένον, οὐδὲ ὕπουλον οὐδὲ εὕροις. ἔτι δὲ οὐδὲν δοῦλον, οὐδὲ κομψὸν, οὐδὲ προσδεδεμένον, οὐδὲ ἀπεσχισμένον, οὐδὲ ὑπεύθυνον, οὐδὲ ἐμφωλεῦον. in animo vere purgato et temperanti, ſeu bene morato, nihil vmquam deprauatum, nihil purulentum, nihil contaminatum, nihil quod extra ſani ſpeciem praeſerat, intus autem ſit vlceroſum, inuenies. Praeterea, nihil ſeruile, nihil fucatum, nihil adligatum, nihil abſciſſum, nihil obnoxium, nihil occultum. lib. III. §. VIII.* Animum purgatum ſapienti tribuit, hoc eſt, qui pasſionum omnium immunis ſit. Hinc et alii philoſophiam deſcribebant: *Φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης philoſophia eſt vitae humanae purgatio et perfectio.* *Κάθαρσις* autem ſiue *purgatio* propria eſt illorum, quos SIMPLICIVS *ἀπὸ τοῦ σώματος φεύγειν*

γειν βούλεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν σωματικῶν παθῶν εἰς ἑαυτοὺς συννεύειν, *a corpore corporisque adfectionibus refugere, et veluti totos in ſe ipſis verti*, ait; *commentar. in Epictet. p. m. 4.* add. CLAVDIVS SALMASIVS ad *h. l.* Platonicorum ac Pythagoraeorum de purgatione myſteria, non ſcrutabimur. Horum nunc excutere decreta non libet. ANTONINVM hac voce iſtud ſolum indicare contendo, quod per philoſophiam a paſſionibus purgetur animus: ſed cuius animus iam purgatus eſt, is ſapientis titulum nomenque promereatur. Sed iſtud te dubium ſollicitumque tenere poſſit, vbinam terrarum eiusmodi, quem nobis delineauit MARCVS AVRELIVS ſapiens degat? certe ipſum imperatorem, vt vt magni et excellentis ingenii optimaeque indolis virum, talem tamen non fuiſſe haud difficulter credo. Aſt in porticu te verſari memineris. Hic depingitur ſapiens, non qualis ſit, ſed qualis eſſe debeat. Audi SENECAM *ep. XLII.* dicentem, quod fortasſis tamquam phoenix anno ſaltem quingenteſimo ſemel naſcatur.

§. VII. Eodem plane ſenſu nonnulli veterum et philoſophiam *meditationem mortis* eſſe dixerunt. Namque quum mortis imago mortalium mentibus obuerſetur, eosque praecipue excruciet, nec quietos tranquillosque eſſe ſinat, philoſophiae hoc debere ſapientem contendebant, vt eam intrepido exſpectaret pectore. Et iſtud quidem indicabat ANTONINVS de philoſophia verba faciens. Quin hunc philoſophiae praecipuum eſſe fructum credebat. Socrates apud PLATONEM in *Phoedone*, ait, quicumque philoſophiae ſtudium recte et vere ſunt amplexi, aliud nihil cogitant et ſtudent, quam abire et mori. Nimirum philoſophia mori docet; hoc eſt, intrepide mortem exſpectare, et ſine querela aut indignatione, ſi ſupremus imperator iusſerit, ex ſtatione abire. Luculentisſime MARCVS AVRELIVS noſter: ἔτι δὲ ὁ ἐν σοὶ Θεὸς, ἔςω προςάτης ζώου ἄῤῥενος. καὶ πρεσβύτου, καὶ πολιτικοῦ, καὶ Ῥωμαίου, καὶ ἄρχοντος, ἀνατεταχότος ἑαυτὸν οἷος ἂν εἴη τις περιμένων τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ τοῦ βίου εὔλυτος. *enimuero Deus, qui in te eſt, praeſit tibi, masculo animanti, ſeni, ciui, romano ac principi, qui ſe ita comparauerit, vt ſi tubae ſonitum, quae receptui canat ex hac vita, ſolutus et expeditus exſpectet. lib. III.*

§. IX. Ceterum philoſophiae nomine κατ' ἐξοχὴν morum diſciplina nobis venit. Idque ex mente Stoicorum. Hanc enim praecipuam philoſophiae partem eſſe contendunt. Philoſophiam namque in moralem, naturalem, et rationalem diſpeſcunt. Id et ANTONINVS indicat: Διηνεκῶς καὶ ἐπὶ πάσης εἰ οἷόν τε φαντασίας, φυσιολογεῖν, παθολογεῖν, διαλεκτικεύεσθαι. *lib. VIII. §. XI.* Male haec ita transferuntur: *adſidue ad quamcumque rei ſpeciem, quae ſe animo tuo offert, in eius naturam et qualitates inquirere, ac de iis tecum rationari.* Rectius gallice hoc exprimit ANDREAS DACERIVS: *Acoûtume-toy toujours autant qu'il te ſera poſſible, à examiner chaque choſe, par rapport à la phyſique, à la morale, et à la dialectique; tom. II. p. 94.* Diſerte ibi philoſophiae naturalis, moralis et rationalis, quam dialecticam vocat, mentionem facit. Harum prima ſiue moralis, vt SENECA ait, animum componit, ſecunda ſiue phyſica rerum naturam ſcrutatur, tertia proprietates verborum exigit, et ſtructuram, et argumentationes, ne pro vero falſa ſurrepant. Sed morali primas deferunt partes. Tanto eam ceteris philoſophiae partibus eſſe praeſtantiorem, quanto ſupra corpus corporisque membra anima eminet, aiunt. Hanc quippe non in exercitationem ingenii, ſed in remedium animi inuentam eſſe. Hinc et per eminentiam philoſophia audit. Haec itaque ſola ſtudium virtutis, lex vitae, ſtudium corrigendae mentis, ex mente Stoicorum, dici meretur, de qua et omne iſtud capiendum eſt, quod de philoſophia, praeeunte nobis M. ANTONINO imperatore diximus. Namque et hunc eo titulo illam ornare, vel ideo mirandum non eſt, quod cumprimis moralem doctrinam ceteris artibus ſcientiisque cunctis palam praeferre non dubitat. Ὁπόσα inquit, ὁ φυσιολογητὸς φαντάζῃ καὶ παραπέμπεις; δεῖ δὲ πᾶν οὕτω βλέπειν καὶ πράσσειν, ὥστε καὶ τὸ περιστατικὸν ἅμα συντελεῖσθαι, καὶ ἅμα τὸ θεωρητικὸν ἐνεργεῖσθαι, καὶ τὸ ἐκ τῆς περὶ ἑκάστων ἐπιστήμης αὔθαδες σώζεσθαι *lib. X. §. X.* Accuratius, quam vulgo fieri ſolet, hoc exprimit DACERIVS: *Sur combien d'objets un phyſicien ne promene-t-il pas ſon imagination? Combien de choſes fait-il paſſer devant luy comme en revuë? Mais il ne faut pas ſe contenter de connoitre; il faut agir*

agir & joindre la pratique à la theorie, ſi l'on veut bien faire ſon devoir; tom. II. p. 174. Addenda quae idem vir doctus in *notis* ad *h. l.* de ſtudio phyſico, et quantum periculum iis adſerat, qui incaute in eo verſantur, disſerit.

§. X. At falletur turpiter, quicumque exiſtimauerit, in partem huius laudis, qua moralem doctrinam ornat MARCVS imperator, illos quoque venire, qui, quum praeclare admodum de rectis prauisque disſerant, numquam faciunt ipſi, quae facere honeſtum virum decebat, ſuarum legum maximi transgresſores. De hisce enim quid ſentiat imperator prudentisſimus, edisſerat ipſe: Μηκέθ' ὅλως περὶ τῶν οἷόν τινα εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα διαλέγεσθαι, ἀλλὰ εἶναι τοιοῦτον. *non iam praeterea tibi disputandum eſt, qualisnam ſit vir bonus, ſed curandum, vt ſis vir bonus; lib. X. §. XVIII.* Enimuero et porticus, quod non diffitendum, eiusmodi alebat homines, qui erant philoſophi ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν. Hos redarguit ANTONINVS et, quam parum, quod ſui muneris eſt, agant, ostendit. Redarguit et ſubinde HORATIVS, inanem hanc ſapientiae inconſultae ostentationem perſtringens. Athenienſium atque Lacedaemoniorum tales fuisſe mores, memoriae proditum eſt, vt quod illi multis pollicerentur verborum ambagibus, hi ipſo praeſtarent opere. Ita omnino ſeſe res habebat cum philoſophis; quorum plerique Athenienſes imitati, abundabant verbis, virtutum maxime inopes. Et iſtud quidem eſt, quod ANTONINVS noſter inculcat: Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις ἐν ταῖς θεωρίαις ὑπὸ τῇ σκιᾷ τὰ βάθρα ἐτίθεσαν, αὐτοὶ δὲ οὗ ἔτυχεν ἐκαθέζοντο. *Lacedaemonii peregrinis ſub vmbram ſedem adſignabant, in ſpectaculis, ipſi quouis loco ſedebant; lib. XI. §. XXI.*

§. XI. Cumprimis vero ad moralis doctrinae laudem facit, quod ANTONINVS eamdem artem vocet, quam homines cum Deo communem habent. Hoc enim ſibi vult, quando ait: ἀεὶ γὰρ μοι τὸ παρὸν, ὕλη ἀρετῆς λογικῆς καὶ πολιτικῆς, καὶ τὸ σύνολον τέχνης ἀνθρώπου ἢ Θεοῦ. *Semper enim id quod adeſt, materia mihi eſt exercendae virtutis rationalis et ciuilis, omninoque artis humanae aut diuinae; lib. VII. §. XLII.* Recte obſeruat DACERIVS disiungendi particulam

culam ſeparandi vi hic plane deſtitui, adeoque hoc ANTONINI effatum ita παραφράζει: *Antonin veut faire entendre que l'exercice de la vertu eſt, ſi l'on peut ſe ſervir de ce terme, le metier commun à Dieu et aux hommes etc. tom. II. p. 82.* Ceterum ita haec capio, quemedmodum labis omnis, omnisque vitii expers Deus eſt, ita ſi homo ope philoſophiae talis fieri adnitatur, ei cum ipſo Deo aliquid esſe commune. Praeſertim vero, ſi pasſionibus animi imperet homo, tum ad diuinitatis faſtigium eum accedere quodammodo, ſibi perſuadebat profana gentilitas. Deum vero vel hoc vno nomine, hominibus infinitis modis ſuperiorem esſe credebant, quod nullis adfectibus turbetur. Hinc Epicurus et Cleanther ſtoicae ſectae princeps, omnes animi perturbationes ſedulo a Deo abesſe voluerunt, quamquam cur Epicurus eiusmodi quid finxerit, aliunde ſatis notum eſt. Conferenda quae hac de re diſſeruit IAMBLICHVS de *myſter. ſect. I. cap. X. p. 18. ſeqq.*

§. XII. Quam itaque viam ad recte philoſophandum ingresſi ſint Stoici, vel tribus edisſerendum eſt verbis. Enimuero magnam humanae mentis esſe prauitatem intelligebant. Intellectum denſa circumfuſum caligine, non posſe ſemper discernere recta a prauis, vera a falſis, malorum bonorumque ſaepius illi imponere ſpeciem: voluntati ad malitiam deesſe nihil, reluctari eamdem ſanioribus decretis, ſequi deteriora, vtvt meliora videat intellectus. Vtrique conſulere atque adferre medelam contendebant. Illi per *dogmata*, huic per *paraeneſes*. Illa depellunt ignorantiam, vt ſciat homo, quid agere debeat; hae cunctantem, aut renitentem impellunt quaſi trahuntque vt velit. Et de dogmatibus quidem ANTONINVS, ὥσπερ, inquit, οἱ ἰατροὶ ἀεὶ τὰ ὄργανα καὶ σιδήρια πρόχειρα ἔχουσι πρὸς τὰ αἰφνίδια τῶν θεραπευμάτων· οὕτω τὰ δόγματα σὺ ἕτοιμα ἔχε πρὸς τὸ τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα εἰδέναι. *quemadmodum medici ad ſubita mala curanda, in promtu ſua inſtrumenta habent, atque ferramenta: ſic tu praecepta inſtructa habe, atque parata ad res diuinas humanasque cognoſcendas; lib. III. §. XI.* Addit DACERIVS in ſuis obſeruationibus: *C'eſtoit la methode des Stoiciens. Ils enſeignoient à leurs diſciples à reduire toute la morale en preceptes et en ma-*

ximes

ximes, afin qu'on les eût toujours ſous la main, pour s'en ſervir dans les occaſions; tom. I. p. 81. De paraeneſibus, quas DACERIVS gallice *maximes* vocauit, ANTONINVS ita verba facit: Βραχέα δὲ ἔςω καὶ ςοχειώδη, ἃ εὐθὺς ἀπαντήσαντα, ἀρκέσει εἰς τὸ πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλύσαι, καὶ ἀποπέμψαί σε μὴ δυσχεραίνοντα ἐκείνοις ἐφ' ἃ ἐπανέρχῃ. *breues autem ſint quaedam, et elementorum vicem obtinentes* (ſententiae paraeneticae) *quae tibi ſtatim occurrant, omnique te moleſtia liberent, et remittant nihil indigne ferentem eorum, ad quae reuerteris; lib. IIII. §. III.* ANTONINO ſuffragatur SENECA: *et diſcas oportet, et quae didiciſti, agendo confirmes;* quorum illi *dogmata* (a LIPSIO vocantur *decreta*) huic *paraeneſes* (a LIPSIO *praecepta*) conducunt; *epiſt. XCIIII.* add. IVSTVS LIPSIVS *manuduct. ad philoſ. ſtoic. lib. II. diſſert. XII.* Non tantum autem paraeneticis effatis ad virtutem excitandus erat animus, ſed aliis quoque rationibus eiusdem adiuuare exercitium Stoici adlaborabant. Maxime vero conuerſationem, exempla atque examen huc conducere, non immerito arbitrabantur. Certe hac via ad ſapientiae ac virtutis faſtigium ſe peruenisſe ANTONINVS noſter adeo non disſimulat, vt palam profiteatur. Proauum ſuum Catilium Seuerum hoc nomine laudat, *lib. I. §. I.* quod ſcholas publicas non frequentauerit, in quibus aliorum adoleſcentum commercio vt plurimum in transuorſum agantur ingenuae mentes. Ita enim haec verba explicat, et contra intempeſtiuos criticorum quorumdam conatus vindicat DACERIVS: Παρὰ τοῦ προπάππου, inquit, τὸ μὲν εἰς δημοσίας διατριβὰς φοιτῆσαι, καὶ τὸ ἀγαθοῖς διδασκάλοις κατ' οἶκον χρήσασθαι καὶ τὸ γνῶναι ὅτι εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐκτενῶς ἀναλίσκειν. *A proauo id habui, vt tum in publicos ludos commearem, tum vero domi bonis praeceptoribus vterer, intelligeremque nullis hac in re parcendum ſumtibus.* Equidem vt alii ſecus ſentirent, IVLIVS CAPITOLINVS fecit, qui *cap. III.* in *vita Antonini* dixit: *Frequentauit et declamatorum ſcholas publicas.* At vero CAPITOLINI verba ita capio, quod iam imperator declamatorum quandoque frequentauerit ſcholas: id enim diſerte SEXTI verba innuunt, quae retulit PHILOSTRATVS:

ipſe vero ANTONINVS ſe adoleſcentem priuata informatione eruditum fuiſſe autumat, ne aliorum prauis et ipſe corrumperetur moribus. conf. DACERIVS ad *h. l.* Ceterum, quam ſibi illorum conuerſatio profuerit, qui virtutis exemplum praeire aliis posſunt, primo iſto, quem de vita ſua ſcripſit libro, omnes abunde condocet. Hic enim clarisſimos viros philoſophosque praeſtantisſimos Diognetum, Ruſticum, Apollonium, Sextum, Alexandrum grammaticum, Frontonem, Alexandrum Platonicum, Catulum, ipſumque fratrem Seuerum, Claudium maximum, aliosque laudauit, quorum aut conuerſatio, aut inſtitutio illum meliorem reddiderit.

§. XIII. Exemplorum vero quanta vis ſit, idem ſubinde diſerte docet. Οταν, inquit, *εὐφρᾶναι σεαυτὸν θέλῃς, ἐνθυμȣ̃ τὰ προτερήματα τῶν συμβιȣ́ντων. ὧν, τȣ̃ μὲν, τὸ δραστήριον· τȣ̃ δὲ, τὸ αἰδῆμον· τȣ̃ δὲ, τὸ εὐμετάδοτον· ἄλλȣ δὲ ἄλλό τι. quum te ipſum oblectare vis, cogita virtutes eorum, qui viuunt tecum: ſtrenuitatem eius, illius verecundiam, aut liberalitatem, aut aliud quidpiam; lib. VI. §. XXXIV.* et *lib. XI. §. XXIII.* *ἐν τοῖς τῶν* Εφεσίων, inquit, *γράμμασι, παράγγελμα ἔκειτο συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινος τῇ ἀρετῇ χρησαμένων. in Epicuri litteris* (ita enim legendum, minime autem *Epheſiorum litteris* vid. DACERIVS ad h. l.) *erat hoc praeceptum, quod iubebat quotidie reminiſci alicuius ex antiquis, qui virtutem coluiſſent.* Sed et ipſe ANTONINVS hancce viam ingresſus eſt. Nihil enim vnquam prius habuit, quam aliorum, praeſertim parentum exempla, ad imitandum ſibi proponere. Quid in vnoquoque illorum dignum fuerit, quod ſequerentur alii, explicat luculenter: ſed tamen praecipue Antoninum pium imperatorem prae ceteris promeruiſſe, opere ipſo comprobauit, cuius veſtigia premeret.

§. XIIII. Vt vero omnes intelligant, quos demum, et quid imitari virtutis cultor debeat, legiſſe poenitebit neminem ea, quae in Antonini pii, patris ſui adoptiui moribus digna duxit noſter, vt omni ſtudio exprimere adlaboraret; *lib. I. §. XIII.*

§. XV. Nec denique examen quotidianum, auctore ANTONINO noſtro praetermittendum eſt. Ἀεὶ, inquit, *βάλλειν βλήματα, τί ἐστί μοι τὸ ἡγεμονικόν μȣ; καὶ ποῖόν τι*

ἐγὼ

ἐγὼ αὐτὸ ποιῶ νῦν; καὶ πρὸς τί ποτε αὐτῷ νῦν χρῶμαι; μή τι κενὸν νοῦ ἐστι; μή τι ἀπόλυτον καὶ ἀπεσπασμένον κοινωνίας; μή τι προστετηκὸς καὶ ἀνακεκραμμένον τῷ σαρκιδίῳ, ὥστε τούτῳ συντρέπεσθαι; *Semper quaeſtiones proponere decet, quid eſt mens mea? ad quid nunc ea vtor? num quid ratione caſſum? num quid a communitate diuulſum? num adfixum et admixtum carni, vt adfectiones eius ſuſcipiat? lib. X. §. XXII.* Et iſtud quidam haud dubie ex Pythagoraeorum hauſerunt diſciplina, Stoici.

SECTIO SECVNDA
DE BONIS AC MALIS SPECIATIM DE SVMMO BONO.

De vltimo fine, ſummaque hominum felicitate, vt ſententiam Stoicorum, duce ANTONINO noſtro, eo rectius edisſeramus, diſpiciendum praecipue eſt, quaenam in genere bona, quaenam vero mala esſe iudicauerint; quaenam denique pro indifferentibus reputauerint.

§. II. Cum vero non vna eademque ratione aliquid bonum dicatur, ſed varie posſit conſiderari, et quidem, vt in ſcholis loqui conſueuerunt, vel *abſolute*, vel *relatiue*, vel *effectiue*, inde vtique causſa eſt arcesſenda, cur non omnes Stoici vna eademque ratione bonum definiant. Re ipſa enim ſecum non pugnant, ſed conſentiunt optime, dum alii bonum esſe cenſent, quod impetum animi ſecundum naturam mouet, alii, quod eſt natura adpetendum, nonnulli, quod ſecundum naturam cuiuslibet eſt, quatenus ſuam obtinet perfectionem, quidam denique, quod homini prodeſt ſiue vtile eſt. Et ſic quoque ANTONINVS naturam boni explicauit, ſimul vero, quid vtile ſibi vocetur, edisſeruit. σὺ δέ φημι ἁπλῶς καὶ ἐλευθερίως ἑλοῦ τὸ κρεῖττον, καὶ τούτου ἀντέχου. κρεῖττον δὲ, τὸ συμφέρον. εἰ μὲν τὸ ὡς λογικῷ. τοῦτο τήρει. εἰ δὲ τὸ ὡς ζώῳ, ἀπόφηναι, καὶ ἀτύφως φύλασσε τὴν κρίσιν μόνον, ὅπως ἀσφαλῶς τὴν ἐξέτασιν ποιήσῃ. Μὴ τιμήσῃς ποτὲ ὡς συμφέρον σεαυτοῦ, ὃ ἀναγκάσει σέ ποτε τὴν πίστιν παραβῆναι, τὴν αἰδῶ ἐγκαταλιπεῖν, μισῆσαί τινα, ὑποπτεῦσαι, καταράσασθαι,

ὑποκρίνασθαι, ἐπιθωμῆσαί τινος, τοίχων καὶ παραπετασμάτων δεομένȣ. *Tu vero inquam ſimpliciter ac libere id quod eſt melius elige, eique inhaere. Melius autem eſt id quod vtile eſt. Vtique; ſi quod homini, qua ratione praeditus, vtile eſt, intelligis: ſin quod animali ſimpliciter, repudia, et ab omni pompae exterioris fuco iudicium liberum ſerua, vt certo et ſine fraude diiudicare poſſis. Caue, ne quid vnquam pro tuo commodo amplectaris, quod poſſit aliquando te compellere ad fallendam fidem, prodendam verecundiam, odium alicuius, ſuſpiciones, imprecandum, ſimulandum, adpetendumue aliquid, quod parietes et velamenta deſideret; lib. III. §. VI.* Vtilitas itaque ab honeſtate et iuſtitia non eſt ſeiungenda. Enimuero quod non iuſtum aut honeſtum eſt, nec vtile erit, adeoque non poterit adpellari bonum. Sibi ergo conſtat ANTONINVS, dum ἐν τῇ δικαϊκῇ διαθέσει καὶ πράξει ἔχειν τὸ ἀγαθὸν, pronuntiat, καὶ ἐνταῦθα τὴν ὄρεξιν ἀπολήγειν· *in iuſta voluntate et actione bonum collocatum eſſe, eosque adpetitionis extremos eſſe limites, quos natura conſtituit; lib. V. §. XXVI.*

§. III. Bona eſſe vel *vera* vel *adparentia*, in omnium fere ore eſt. At quod plerique verbis profitentur, opere ipſo inficiantur. Sed et plerisque mortalium perſuaſum eſt, ea, quae in bonorum numerum minime referenda ſunt, nihilo ſecius bona esſe. Hic error ſi illis adimeretur, propius a virtute abesſent. Nihil minus quam iſtud curant ceteri moralis diſciplinae doctores: ſed curat praecipue et in hoc totus eſt ANTONINVS. Οὐχ ἡ πάντων τῶν ὁπωσȣ̃ν πλείοσι δοκούντων ἀγαθῶν ὑπόληψις ὁμοία ἐςὶν, ἀλλ' ἡ τῶν τοιῶν δὲ τινων, τȣτέςι τῶν κοινῶν· *de vulgo creditis bonis* (h. e. adparentibus) *opinio firma ſtabilisque non poteſt eſſe, ſed ea demum, quae bona definite talia, puta communia, ſola pro veris bonis habet; lib. XI. §. XVIIII.* Vim horum verborum ita ediſſerit DACERIVS. *Tous les hommes ne conviennent pas ſur ce qu'on doit appeller de veritables biens* etc. *tom. II. p. 229.* Nec praetermittenda ſunt quae hunc in finem ipſe ediſſerit ANTONINVS. Ὁποῖά τινά ἐςι, inquit, τὰ τοῖς πολλοῖς δοκȣ̃ντα ἀγαθὰ, καὶ ἐντεῦθεν λάβοις. εἰ γάρ τις ἐπινοήσειεν ὑπάρχοντά τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ, οἷα φρόνησιν, σωφροσύνην, δι-

καιο-

καιοσύνην, ἀνδρείαν, οὐκ ἂν ταῦτα προεπινοήσας, ἔτι ἀκοῦσαι δυνηθείν τι. ὑπὸ τῷ ἀγαθῷ γὰρ ἐφαρμόσει. Τὰ δέ γε τοῖς πολλοῖς φαινόμενα ἀγαθὰ προεπινοήσας τις ἐξακούσεται, καὶ ῥᾳδίως δέξεται, ὡς οἰκείως ἐπιλεγόμενον τὸ ὑπὸ τοῦ κωμικοῦ εἰρημένον. *Qualia reuera ſint illa, quae vulgo bona habentur, etiam hinc euidens fiat. Si quis enim ſcenae ſpectator quae natura ſua vere bona ſunt, prudentiam puta, temperantiam, iuſtitiam, fortitudinem, bona praedicari audiat, hoc iam audito, nihil exſpectat vltra, quo ſermonis excuſetur inſolentia. Iſta enim vt boni adpellationi rite concordantia auditur admittit. At illa quae vulgo bona reputantur, vbi quis bona praedicari audit, aures arrectas habet, et excuſationem libenter admittit, non ex animi ſententia, ſed populariter modo id ita a comico dictum eſſe; lib. V. §. X.*

§. IIII. Verum itaque bonum vt et malum ſemper in poteſtate hominis poſitum eſſe adſerebat: ita quidem vt quod a nobis non pendet, boni vel mali rationem neutiquam habere poſſit. Secus qui exiſtimauerint, non aliud quidem agere, quam vt Numinis iram prouocent, ſibique ipſi multarum calamitatum ſint auctores. Ὦ, τι ἂν, inquit, τῶν ἀπροαιρέτων ὑποστήσῃς αὐτῷ ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀνάγκη κατὰ τὴν περίπτωσιν τοῦ τοιούτου κακοῦ, ἢ τὴν ἀπότευξιν τοῦ τοιούτου ἀγαδοῦ, μέμψασθαί σε Θεοῖς, ἀνθρώπους δὲ μισῆσαι τοὺς αἰτίους ὄντας, ἢ ὑποπτευομένους ἔσεσθαι τῆς ἀποτεύξεως, ἢ τῆς περιπτώσεως. καὶ ἀδικοῦμεν δὴ πολλὰ διὰ τὴν πρὸς ταῦτα διαφορίαν. ἐὰν δὲ μόνα τὰ ἐφ᾽ ἡμῖν ἀγαθὰ καὶ κακὰ κινῶμεν, οὐδεμία αἰτία καταλείπεται, οὔτε θεῷ ἐγκαλέσαι, οὔτε πρὸς ἄνθρωπον στῆναι στάσιν πολεμίου. *Quodcunque ex iis rebus, quae extra te, neque in tua voluntate ſunt poſitae, tibi propoſueris, boni vel mali nomine, id, ſi vel vt malum tibi contingat; vel ſi, cum pro bono ducas, adipiſci non poſſis, efficiet vt et deos incuſes, et odio habeas homines, qui vel in cauſſa nunc ſunt, aut vt in poſterum futuri ſuſpecti erunt vel boni illius auertendi, vel mali conciliandi. Fit certe neceſſario vt multa peccemus, quod iſta pro indifferentibus non habeamus. Quodſi ſola ea, quae in nobis ſunt poſita, bona et mala duceremus, nihil cauſſae reſtaret, cur aut Deum incuſaremus, aut cum hominibus inimicitias ſuſciperemus; lib. VI. §. XXX.*

§. V. Quae itaque mala, tum ceteris Stoicis, tum praecipue ANTONINO audiant, haud difficulter inde colligitur. Nimirum praeter peccata vitiaque, nihil in vniuerſo orbe deprehenditur, quod nomine iſto dignum putent. Iſtud ſubinde indicat ANTONINVS: qui cum et *lib. II. §. VIII.* dicat, Deum in hominis poſuisſe poteſtate, ne in ea, quae reuera ſunt mala, incidat, recte inde concludit DACERIVS: *car Antonin ne reconnoiſt pour veritables maux que les pechez et les vices; ad h. l. §. XI.* ſiue *tom. I. p. 48.* Calamitates triſtesque fortunae caſus, cum malorum numero adſcribantur, talia tamen non niſi ex opinione vulgi esſe, luculenter edisſerit. Hinc eſt, quod ſupra fortunam ſe esſe profiteatur: ἐγὼ δὲ ἐὰν μὴ ὑπολάβω ὅτι κακὸν τὸ συμβεβηκὸς οὔπω βέβλαμμαι. ἔξεστι δὲ μοι μὴ ὑπολαβεῖν. *Ego quidem rebus externis mihi contingentibus, niſi in malis eas ducam, nihil laedor: et licet mihi ea non putare mala. lib. VII. §. X.* Et vero cum eiusmodi calamitates ex Stoicorum diſciplina ſecundum naturae ordinem eueniant, hinc autem prouenire nihil niſi bonum posſit, inter mala hasce referre, nefas esſe contendit *lib. VII. §. XXX.* Sed iſtud quidem copioſius alibi edisſeremus.

§. VI. Medium inter bona et mala ex mente Stoicorum locum tenent res indifferentes. Has ad certas clasſes ordinesque referunt, varieque diſpeſcunt. Namque vt alias partitiones taceam, alia adiaphora *producta* vel *eligibilia* vocare ſolebant, talia videlicet, quae licet pro bonis habere non posſent, magni tamen esſe aeſtimanda, vt vitam, ſanitatem, ingenium; alia *reiecta*, quae etſi abesſe quidem etiam ſapientes quandoque volunt, malorum tamen nomine non veniunt: quae medium inter haec obtinent locum, *neutra* illis dicuntur. Sed hasce quidem partitiones inutiles vanasque esſe, a ceteris Stoicis discedens, indicare videtur ANTONINVS *lib. IIII. §. XII.* Senſum effati, mentemque imperatoris erudite exponit DACERIVS: *Les Stoiciens mettoient la louange entre les choſes indifferentes: mais ils partageoint ces choſes indifferentes en deux clasſes, en choſes* eligibles *et en choſes* rejettables, *et ils mettoint la louange dans le premier rang. Mais comme ils faiſoient encore trois clasſes de ces choſes eligibles, la premiere des*

des choſes eligibles par elles-même ; la ſeconde des choſes eligibles à cauſe de leur utilité, et la troiſiéme de celles qui le ſont par l'un et par l'autre, ils n'étoient pas bien d'accord dans lequel de ces trois derniers rangs ils devoient placer la louange. Antonin ſe moquoit de ces vaines ſubtilités, et ſans entrer dans toutes ces diſputes, qui ne ſont bonnes que pour l'Ecole, et point du tout pour la conduite de la vie, il ne faiſoit aucun cas de la louange. Car ſi elle n'eſt eligible que pour ſon utilité, ce n'eſt donc plus elle qui eſt bonne, c'eſt le bien qui en revient. Or le ſage ne fait dependre ſon bien que de lui-même. Voila quelle estoit la penſée de cet Empereur ; tom. I. p. 99.

§. VII. Deſcendere ad ſingula iuuabit, ſed illa ſolum, quae momentum aliquod habent, atque diſpicere, quae praecipue inter bona malaue, aut ἀδιάφορα a Stoicis collocentur. Enimuero hoc vt definiatur, omnium maxime refert, cum virtutum aeque ac peccatorum non ferme alius fons ſit, quam praua de bonis malisque opinio, teſte ipſo ANTONINO: Ὧ ἂν ἐντυγχάνῃς εὐθὺς σεαυτῷ πρόλεγε· οὗτος τίνα δόγματα ἔχει περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν; εἰ γὰρ περὶ ἡδονῆς καὶ πόνου καὶ τῶν ποιητικῶν ἑκατέρου, καὶ περὶ δόξης, ἀδοξίας, θανάτου, ζωῆς, τοῖα δέ τινα δόγματα ἔχει οὐδὲν θαυμαστὸν ἢ. ξένον μοι δόξει, ἐὰν τὰ δέ τινα ποιῇ. *Quicunque tibi occurrit, ſtatim te ipſum ante interroga: quaenam is ſentit de bonis ac malis? Nam ſi tales cum de voluptate et dolore, eorumque efficientibus; de honore, ignominia, morte, vita, opiniones habere nihil mirum; certe neque debet mihi nouum aut mirum videri, ſi haec aut illa agat, lib. VIII. §. XI.*

§. VIII. At praecipue de voluptate, de diuitiis, et honoribus dubitari ſolet. Enimuero eſt haec humanae naturae indoles, aut prauitas, vt omnes ad voluptates, opes, honores, quaſi impetu quodam feramur, virtutis ſanaeque rationis raro admodum habeamus rationem: ſed tamen pro temperamenti diuerſitate, innata haec ad praua propenſio diuerſimode ſeſe exſerit, vt alius ad honores, alius ad opes acquirendas, alius denique ad voluptates magis procliuis ſit, vt viris doctis paſſim obſeruatum eſt. Et hanc quoque ob cauſſam disſenſiones illas contentionesque de bonis et malis, ad tria commode reuocabi-

mus capita. Sed et cur Stoici, et praeſertim ANTONINVS omne in eo collocauerit ſtudium, vt demonſtraret, voluptatem, honores, et opes, in bonorum, et quae his oppoſita ſunt in malorum cenſum neutiquam venire, hinc intelligere licebit. Integrum eius huc transferrem librum, ſi conuectare cuncta quae huc ſpectant, vellem; ideoque ſolum quibus rationibus, id quod cupit euincat, vel tribus indicabimus verbis.

§. VIIII. Et de voluptate quidem ita pronuntiat: Ἡλίκας ἡδονὰς ἥσθησαν λησαὶ, κύναιδοι, πατραλοῖαι, τύραννοι; *quot voluptatibus ac quantis frui contigit latronibus, cinaedis, parricidis, tyrannis? lib. VI. §. XXVI.* Inde itaque colligit, quod non poſſit inter bona referri. Quae enim a prauis perditiſſimisque mortalium poſſidentur, ea inter bona minime obtinere locum, id confesſuros omnes homines vel rationis vſu non plane deſtitutos, ſibi perſuadet. Sed alia et luculentiori argumentandi ratione, idem comprobaturus, vtitur: Ἡ μετάνοια ἐστιν ἐπίληψίς τις ἑαυτοῦ, ὡς χρήσιμόν τι παρεικότος. τὸ δὲ ἀγαθὸν χρήσιμόν τι δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιμελητέον αὐτοῦ τῷ ἀγαθῷ καὶ καλῷ ἀνδρί. οὐδεὶς δ' ἂν καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ μετανοήσειεν, ἐπὶ τῷ ἡδονήν τινα παρεικέναι· οὔτε ἄρα χρήσιμον, οὔτε ἀγαθὸν ἡδονή. *Poenitentia eſt reprehenſio quaedam ſui ipſius, propter bonum aliquod dimisſum: bonum vero oportet vtile esſe; ideoque eius cura eſt habenda viro bono et honeſto. At nullus talis poenitentia ducetur ob neglectam aliquam voluptatem; ergo voluptas neque in bonis eſt, neque in vtilibus numeranda; lib. VIII. §. VIII.* Addit DACERIVS: *Ce raiſonnement eſt admirable, on ne peut pas prouver plus ſolidement que la volupté n'eſt pas un bien. tom. II. p. 93.* Enimuero fundamentum, cui haec ANTONINI ratiocinatio innititur, ſic exprimit alibi ipſe, quod nihil poſſit pro bono reputari, cuius contemtus omnium conſenſu honeſtum bonumque virum deceat. Sed et alibi ita infert, quod omne iſtud pro malo ſit reputandum, quod cum natura mentis humanae pugnat: cum autem voluptas cum ea pugnet, non poſſe profecto illam inter bona ſuum obtinere locum; *lib. VIII. §. XXXVI.* add. *lib. VIII. §. XXXIIII.*

§. X. At diuitiae tamen bonis erunt adnumerandae! Minime

vero

vero omnium. Quantas curas, quot pericula, quot impedimenta virtutis ſecum trahunt! Hoc te docebit decantata iſta de mure vrbano et ruſtico veterum fabula. Hic enim illius ſuaſu vrbem petebat, lautiorem fortunam ſperans:

ponit vterque
In locuplete domo veſtigia: rubro vbi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos
Gaudet mutata ſorte (mus ruſticus) *boniſque*
rebus agit laetum conuiuam:
cum ſubito ingens
Valuarum ſtrepitus lectis excusſit vtrumque.

Periculis tandem ſuperatis timoreque excusſo rura ſua iterum petit mus, et

Haud mihi vita
Eſt opus hac (ait) et valeas, me ſilua, cauusque
Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur eruo.

HORATIVS *lib. II. Satyr. VI.* circa *finem*. Et hoc quidem eſt, quod ANTONINVS dicit: Τὸν μῦν τὸν ὀρεινὸν, καὶ τὸν κατ᾽ οἰκίδιον, καὶ τὴν πτοίαν τούτου, καὶ διασόβησιν. *Murem montanum, et domeſticum, huiusque pauorem et fugam,* (in memoriam tibi reuoca) *lib. XI. §. XX.* Enimuero opes vrbanas, et pericula quae ſecum coniuncta habent, hoc commento ſiſtit ANTONINVS, tacite iſtud ſubinnuens, quod boni nomen titulumque neutiquam promereatur, quod plura mala (vulgo ſic adpellata) certisſime ſecum coniuncta habet, animique tranquillitatem adeo plane non efficit, vt tollat, certe eidem maxime obſit. Eiusmodi argumentationibus, κατ᾽ ἄνθρωπον illos conuincere adnititur, qui veraee felicitatis vt expertes, ita et plane adhuc ignari ſunt. Hinc et MARCVS imperator illos laudat philoſophos, qui voluntariam inopiam profesſi ſunt, quorum magnum fuisſe numerum teſtatur ORIGENES *lib. II. contra Celſum, p. 84.* Ὁ μὲν, inquit ANTONINVS, χωρὶς χιτῶνος φιλοσοφεῖ, ὁ δὲ χωρὶς βιβλίου, ἄλλος οὗτος ἡμίγυμνος, ἄρτους οὐκ ἔχω φησὶ, καὶ ἐμμένω τῷ λόγῳ. *Alius ſine toga philoſophatur, alius absque libro. Alius ſeminudus, inquit, ego ſum, et eſurio: nec tamen a recta ratione deſciſco. lib. IIII. §. XX.*

§. XI. Sed praecipue in honoris gloriaeque vanitate demonſtranda occupatus eſt; vt euincat inter bona hanc non eſſe reponendam. Reponunt enim plurimi, quibus profecto gloriae cupiditas ſaepisſime ſub honeſtatis ac virtutis ſpecie adblanditur, certe pro incitamento ad virtutem perperam habetur. Digna verba eius ſunt quae hic legantur: Ὁ περὶ τὴν ὑστεροφημίαν ἐπτοημένος οὐ φαντάζεται ὅτι ἕκαστος τῶν μεμνημένων αὐτοῦ, τάχιστα καὶ αὐτὸς ἀποθανεῖται· εἶτα πάλιν καὶ αὐτὸς ὁ ἐκεῖνον διαδεξάμενος, μέχρι καὶ πᾶσα ἡ μνήμη ἀποσβῇ διὰ ἐπτοημένων καὶ σβεννυμένων προϊοῦσα. Ὑπόθου δ' ὅτι καὶ ἀθάνατοι μὲν οἱ μεμνησόμενοι, ἀθάνατος δ' ἡ μνήμη, τί οὖν τοῦτο πρὸς σέ; καὶ οὐδὲν λέγω ὅτι πρὸς τὸν τεθνηκότα, ἀλλὰ πρὸς τὸν ζῶντα, τί ὁ ἔπαινος, πλὴν ἄρα δι' οἰκονομίαν τινά; *Qui famae poſt mortem cupiditate ducitur, non cogitat quemlibet eorum, qui ipſius mentionem ſint facturi, mox ipſum etiam moriturum: deinde itidem eum qui huic ſuccedit, idque eo vsque, dum omnis memoria per attonitos inani fama, extinctosque homines propagata aboleatur. Quin etiam finge, immortales fore eos, qui tui recordentur, immortalemque tui futuram memoriam; quid ergo id ad te, ne dicam mortuo; quid vel viuo tibi laus proderit? niſi ratione cuiusdam diſpenſationis; lib. IIII. §. XII.* Et alibi: οἷόν ἐστι, inquit, ὃ ποιοῦσιν. τοὺς μὲν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χρόνου, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ζῶντας ἀνθρώπους εὐφημεῖν οὐ θέλουσιν. αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν μεταγενεστέρων εὐφημηθῆναι, οὓς οὔτε εἶδόν ποτε οὔτε ὄψονται, περὶ πολλοῦ ποιοῦνται. τοῦτο δὲ ἐγγύς ἐστι τῷ λυπηθῆναι ἄν, ὅτι οὐχὶ καὶ οἱ προγεννέστεροι περὶ σοῦ λόγους εὐφήμους ἐποιοῦντο. *Vide quid agant homines. Eos qui eodem cum ipſis viuunt tempore, laudare nolunt: ipſi vero a poſteritate laudari magnum exiſtimant: nimirum ab iis, quos neque viderunt, neque videbunt vnquam. Id vero haud multo aliud eſt, quam ſi dolerent, non a prioris etiam aetatis hominibus ſe laudatos eſſe. lib. VI. §. XIIII.*

§. XII Haec itaque cum bonis non posſint adnumerari, opes quidem atque honores ad indifferentia, voluptatem vt plurimum ad mala ipſa referunt. Neque vero hic ſubſiſtunt, ſed multis aliis rebus, quae pro bonis malisque vulgo cenſentur, hanc indifferentium claſſem augent. Quin ipſam vitam mortemque

temque huc referunt. Impietatis accuſare eum non dubitat ANTONINVS, qui ſecus ſentit: χρὴ δὲ πρὸς ἃ ἡ κοινὴ φύσις ἐπίσης ἔχει· οὐ γὰρ ἀμφότερα ἐποίει, ἐι μὴ πρὸς ἀμφότερα ἐπίσης εἶχε· πρὸς ταῦτα καὶ τοὺς τῇ φύσει βουλομένους ἕπεσθαι ὁμογνώμονας ὄντας ἐπίσης διακεῖσθαι. ὅστις οὖν πρὸς πόνους καὶ ἡδονὰς, ἢ θάνατον καὶ ζωὴν, ἢ δόξαν καὶ ἀδοξίαν, οἷς ἐπίσης ἡ τῶν ὅλων φύσις χρῆται, αὐτὸς οὐκ ἐπίσης ἔχει, δῆλον ὡς ἀσεβεῖ. *Oportet autem ad ea, quae natura in vtramque partem fecit indifferentia (neque enim vtraque feciſſet, niſi ad vtramque partem ex aequo ſe habuiſſet,) eum qui naturam vult ſequi ducem, ſimiliter indifferenter eſſe adfectum. Itaque qui dolores et voluptates, mortem et vitam, gloriam et ignominiam, quibus indifferenter vtitur natura, non in eodem ponit momento, procul dubie impie agit. lib. VIIII. §. I.*

§. XIII. Difficulter admodum hoc ſe pleriſque mortalium perſuaſurum, mortem non eſſe malam, intellexit noſter: hinc eo ſaepius et propemodum vbique aliis aliisque hoc inculcauit argumentis. Vnum delibaſſe ſufficiat. Mortem quippe *myſterium naturae* vocat, eamque eſſe nihil homine indignum, non itaque poſſe vocari malam. Ο θάνατος τοιοῦτος, inquit, οἷον γένεσις, φύσεως μυστήριον. σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων, ἐις ταυτά· ὅλως δ' οὐκ ἐφ' ᾧ ἄν τις αἰσχυνθείη. οὐ γὰρ παρὰ τὸ ἑξῆς τῷ νοερῷ ζώῳ· οὐδὲ παρὰ τὸν λόγον τῆς παρασκευῆς. *Mors perinde ac vita, arcanum eſt naturae opus, ex iisdem elementis in eadem confuſio et mixtio. Denique non eſt ea res, cuius pudore aliquem debeat: neque enim tale quid eſt, quod vel animalis ratione praediti naturae incohaerens et incongruum ſit; vel quod contra eius ſtructurae rationem; lib. IIII. §. V.* et *§. VI.* ſequenti: Ἆρον τὴν ὑπόληψιν, ἦρται τὸ βέβλαμμαι· ἆρον τὸ βέβλαμμαι, ἦρται ἡ βλάβη. ὃ χείρω αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον οὐ ποιεῖ, τοῦτο οὐδὲ τὸν βίον αὐτοῦ χείρω ποιεῖ, οὐδὲ βλάπτει, οὔτε ἔξωθεν, οὔτε ἔνδοθεν· ἠνάγκασται ἡ τοῦ συμφέροντος φύσις τοῦτο ποιεῖν. *Tolle opinionem, ſimul etiam de accepto damno abolebitur cogitatio, hacque ſublata, ipſum etiam damnum non erit. Quod hominem ſeipſo deteriorem non facit, id neque vitam eius peiorem reddit, neque laedit, neque extrinſecus, neque intrinſecus. Natura vtilitatis*

hoc neceſſario fecit. Quin nihil aliud eam eſſe quam miſeriae laboriſque finem; *lib. VI. §. XXII.* Graeca verba ita accurate exprimit DACERIVS: *la mort eſt la fin du combat*; *tom. II. p. 18.*

§. XIIII. Dedit tamen haec ſententia Stoicos in grauiſſimum errorem praecipites. Inde quippe inferebant, quod dimittere vitam mortemque ſibi conſciſcere quilibet poſſit. Refellit hunc errorem, vt pareſt, IVSTVS LIPSIVS, *manuduct. ad Stoicam philoſ. lib. III. diſſertat. XXII.* et *XXIII. p. 155.* ſeqq. add. HVGO GROTIVS *lib. II. de iur. belli et pac. cap. XVIIII. §. V.* Nec ab eo ANTONINVS alienus eſt. Haud obſcure iſtud colligitur ex *lib. V. §. XXI.* Ὡς ἐξελθὼν, inquit, ζῆν διανοῇ, οὕτως ἐνταῦθα ζῆν ἔξεστιν. Ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπωσι, τότε καὶ τοῦ ζῆν, ἔξιθι. οὕτως μέν τοι, ὡς μηδὲν κακὸν πάσχων· καὶ, καπνός ἐστι, ἀπέρχομαι. τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; Μέχρι δέ με τοιοῦτον οὐδὲν ἐξάγει, μένω ἐλεύθερος, καὶ οὐδείς με κωλύσει ποιεῖν ἃ θέλω. θέλω δὲ κατὰ φύσιν τοῦ λογικοῦ καὶ κοινωνικοῦ ζώου. *Vt ſeceſſurus viuere cogitas, ita hic quoque viuere tibi licet. Quod ſi tibi non conceditur, tunc vita excede: ita tamen, vt qui nihil mali patiatur. Sed, fumus hic eſt, abeo. Quid hoc rei eſſe putas? dum vero nihil me tale abducit, liber permaneo, neque me quisquam prohibet agere, vt volo: volo autem, vt naturae animantis ratione praediti, et ad coetum nati conuenit.* Videtur tamen durum hoc Stoicorum decretum quodammodo temperare, dum alibi, nec ſemel, exſpectare mortem iubet: τοὐναντίον γὰρ, inquit, δεῖ παραμυθούμενον ἑαυτὸν περιμένειν τὴν φυσικὴν λύσιν, καὶ μὴ ἀσχάλλειν τῇ διατριβῇ. *Contra vero ſpe mortis et exſpectatione conſolari ſeipſum oportet; ſic tamen vt moram non indigne feras; lib. V. §. VIII.* add. et *lib. IIII. §. XXX.* Quin chriſtianos ipſos hoc nomine arguit, quod inconſulta potius pertinacia abrepti, quam ratione ducti morti ſeſe obiiciant: τὸ δὲ ἕτοιμον τοῦτο ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἔρχηται· μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ χριστιανοὶ; *Vt autem ſic parata ſit anima* (ad diſcedendum ex corpore) *a peculiari iudicio veniat oportet: non ex ſimplici, quod chriſtiani faciunt, obſtinatione* etc. *lib. XI. §. III.* Suffragantem quidem ſibi habet PLINIVM, qui in *epiſtola ad*

Tra

Traianum lib. X. epiſt. XCVII. hanc chriſtianorum promtitudinem, qua grauisſima ſubire ſupplicia non recuſabant, *inflexibilem obſtinationem* vocat; ſed fallitur vterque: diuiniorem iſtum impulſum quo concitabantur veritatis confesſores, quem non capiebant profani homines, obſtinationis et pertinaciae nomine inſigniebant: add. DACERIVS ad *h. l.*

§. XV. De ceteris, quae huc referuntur, non adeo laborat ANTONINVS. De ingenii ſolum tarditate ex eius mente adhuc aliquid eſt addendum: quam indifferentibus rebus et ceteri Stoici adnumerant; idque non immerito, iudice ANTONINO, vt vt ſecus ſentire plurimi videantur. Etenim qui ingenio alterum ſuperat, haud leui re eumdem ſuperare videtur, immo tali ex qua praeſtantiam quamdam non ſine ratione homines ſperant. Sed aliud nos ANTONINVS edocet. *Δριμύτητά σου οὐκ ἔχουσι θαυμάσαι. ἔστω· ἀλλὰ ἕτερα πολλὰ, ἐφ᾽ ὧν οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, οὐ γὰρ πέφυκα - - - μόνον δὲ εἰ ἄρα ὡς βραδύτερος, καὶ δυσπαρακολουθητότερος καταγινώσκεσθαι. καὶ τοῦτο δὲ ἀσκητέον μὴ παρενθυμουμένῳ, μηδὲ ἐμφιληδονοῦντι τῇ νωθείᾳ. Ingenii tui acumen vt admirentur non eſt. Sit ſane; at multa alia, ad quae te non esſe natura aptum, dicere non potes* etc. *id modo in animum tuum induxisſes, vt tardioris et hebetioris ingenii notam non impatienter ferres. In quo ipſo dum te exerces, ita debes te gerere, vt nec tui tarditas ingenii te moueat, nec eadem contra tibi placeat. lib. V. §. III.*

§. XVI. Iam haud difficulter de ipſo ſummo bono inſtitui diſceptatio poteſt. Namque ſi voluptates, honores, diuitiae, aliaeque res, quae nonnullis hoc titulo ſummi boni dignae videntur, ne in bonorum quidem cenſum veniunt: quanto minus pro ſummo posſunt reputari bono. Nimirum iſtud eſt quod ANTONINVS docet: *πεπείρασαι γὰρ περὶ πόσα πλανηθεὶς, οὐδαμοῦ εὗρες τὸ εὖ ζῆν· οὐκ ἐν συλλογισμοῖς, οὐκ ἐν πλούτῳ, οὐκ ἐν δόξῃ, οὐκ ἐν ἀπολαύσει, οὐδαμοῦ· ποῦ οὖν ἐστιν; ἐν τῷ ποιεῖν, ἃ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις. πῶς οὖν ταῦτα ποιήσει; ἐπὰν δόγματα ἔχῃ ἀφ᾽ ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις. τίνα δόγματα; τὰ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ὡς οὐδενὸς μὲν ἀγαθοῦ ὄντος ἀνθρώπῳ, ὃ οὐχὶ ποιεῖ δίκαιον, σώφρονα, ἀν-*

δρεῖον,

δρεῖον, ἐλεύθερον· ȣ̓δενὸς δὲ κακȣ̃, ὃ ȣ̓χὶ ποιεῖ τ'ἀναντία τοῖς εἰρημένοις. *Experturus enim es circum quot res vagatus, nuſquam vitam beatam inueneris: non in ſyllogiſmis, non in diuitiis, non in gloria, non in voluptate, nullibi. Vbi vero eſt? in agendo ea, quae hominis natura requirit. Quomodo ita aget? ſi ea habeat dogmata, a quibus conſentaneae adpetitiones et actiones veniant. Quae ſunt illa? de bonis et malis. Scilicet nihil eſſe bonum homini, quod non reddit iuſtum, temperantem, fortem, liberalem: nihil malum, niſi quod horum contrarium efficiat. lib. VIII. §. I.*

§. XVII. In quo ANTONINVS ceteros Stoicos plane ſecum conſentientes habet, qui omnes vno profitentur ore, ſummum hominis bonum eſſe, *naturae conuenienter viuere*, quod *bene viuere* HORATIVS dixit *lib. I. epiſt. XI.* et *lib. I. ſat. I. intra naturae fines viuere.* LVCANVS:

Hi mores: haec duri immota Catonis
Secta fuit, ſeruare modum finemque tenere
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo
NATVRAMQVE SEQVI, patriaeque impendere vitam.

in *laudib. Catonis lib. II. p. 44.* vid. quoque IVSTVS LIPSIVS in *manuduct. ad philoſ. Stoic. lib. II. diſſert. XIIII. p. 79.* FRIDERICVS RAPPOLTVS ad *Horat. lib. I. ſat. I. p. m. 55.*

§. XVIII. Equidem ZENO Cittiaeus *naturae* vocem non addidit, ſed finem bonumque vltimum eſſe dixit, ὁμολογȣμένως ζῆν, *conuenienter viuere*, id quod de virtute recte SENECA capit: *Virtus conuenientia conſtat. Omnia opera eius cum ipſa concordant et congruunt; epiſt. LXXIIII.* CLEANTHES itaque vocem naturae addidit; ſed naturam communem, hoc eſt, Deum intellexit. Rotunde ex eius ſententia EPICTETVS *I. diſſert. X.* finem eſſe dixit *Deum ſequi*: h. e. mentem ſuam ſubmittere gubernanti omnia menti, ſicut boni ciues legi ciuitatis. CHRYSIPPVS vero de *natura propria* ſeu ratione, hoc explicauit: quae cum ſit pars naturae communis ex mente Stoicorum, plane cum CLEANTHE illi conuenit. Rurſus cum virtus in tali vita naturae conformi recte collocetur, vterque cum ZENONE conſentit. Tantum

itaque abeſt vt ſecum pugnent ſtoicae ſectae principes, vt plane conſpirent. Adeoque nec ſecum ANTONINVS pugnat, mox cum Zenone loquens, mox cum Cleanthe aut Chryſippo: ſentiens cum omnibus. ZENONIS ὁμολογίαν redolet pulcherrimum eius effatum: *Ω μὲν εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ἀεὶ τοῦ βίου σκοπὸς, οὗτος εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δι᾽ ὅλου τοῦ βίου εἶναι οὐ δύναται. οὐκ ἀρκεῖ τὸ εἰρημένον, ἐὰν μὴ κἀκεῖνο προσθῇς, ὁποῖον εἶναι δεῖ τοῦτον τὸν σκοπόν. ὥσπερ γὰρ οὐχ ἡ πάντων τῶν ὁπωσοῦν πλείοσι δοκούντων ἀγαθῶν ὑπόληψις ὁμοία ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἡ τῶν τοιῶνδέ τινων, τουτέστι τῶν κοινῶν· οὕτως καὶ τὸν σκοπὸν, δεῖ τὸν κοινωνικὸν καὶ πολιτικὸν ὑποστήσασθαι. ὁ γὰρ εἰς τοῦτον πάσας τὰς ἰδίας ὁρμὰς ἀπευθύνων, πάσας τὰς πράξεις ὁμοίας ἀποδώσει καὶ κατὰ τοῦτο ἀεὶ ὁ αὐτὸς ἔσται. Qui non eumdem per omnem vitam propoſitum habet ſcopum, is vnus et idem eſſe per totam nequit. Non ſatis eſt id quod diximus, niſi et hoc addatur, qualem eſſe oporteat eum ſcopum. Quemadmodum enim de vulgo creditis bonis opinio firma ſtabilisque non poteſt eſſe, ſed ea demum quae bona definite talia, puta communia, ſola pro veris bonis habet: ita et ſcopus vt vnus idemque ſemper ſit, ille nobis proponendus, qui ſit ad tuendam generis humani ſocietatem, bonumque publicum procurandum proprius et accommodatus. Ad hunc qui omnes ſuos animi impetus direxerit, omnes actiones ſimiles reddet, eoque modo ſemper ſui erit ſimilis. libr. XI. §. XVIIII.* vid. DACERIVS ad *h. l. tom. II. p. 229.*

§. XVIIII. CLEANTHIS ſententiam exprimunt verba ANTONINI: *ἀσχιλίας δὲ πάσας καὶ σπουδὰς ἀφῆκεν, καὶ οὐδὲν ἄλλο βούλεται, ἢ εὐθεῖαν περαίνειν διὰ τοῦ νόμου, καὶ εὐθεῖαν περαίνοντι ἕπεσθαι τῷ Θεῷ. Alias omnes occupationes, omnia ſtudia miſſa faciens, huic modo intentus, vt recta ſecundum legem ingrediatur, Deum ſequens recta via ingredientem.* Hoc ita explicat DACERIVS: *Suivre Dieu c'eſt ſe conformer entierement à ſes volontez, et recevoir avec plaiſir tout ce qu'il ordonne;* in *comment.* ad *h. l. tom. II. p. 177.* Hoc eſt quod alibi dixit: *συζῆν Θεοῖς*, viuere cum diis. Idque ita explicat ipſe: *συζῇ δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις· ποιοῦσαν δὲ ὅσα*

βούλε-

βέλεται ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος. *Vitam vero cum diis agit, qui continenter iis ſuum animum oſtendit, probantem ea, quae ipſi fatum tribuit, agentemque ea, quae genio placita ſunt, quem Iupiter ſuae quandam particulam naturae, vnicuique praeſidem ducemque dedit: nimirum mentem atque rationem. lib. V. §. XVIIII.* add. *lib. VIII. §. II.* vbi hominem ſapientem, eadem, qua Deus ipſe, lege regi autumat. Hoc vero cum non verbis ſolum explicauerit ANTONINVS, ſed factis quoque comprobare adlaborauerit, IVLIANVS imperator eum concilio deorum ita reſpondentem introducit, quod optimum vitae finem ſemper duxerit: *deos imitari. Statim hoc reſponſum* addit IVLIANVS, *dii non ab degenere mente profectum, ſed quouis eſſe pretio dignum cenſuere.* de *Caeſarib. p. 516.*

§. XX. Nihil autem ſolemnius eſt MARCO noſtro, quam Chryſippi frequentata loquendi ratione, de ſummo bono, vti. Nobis vel vnicum ſufficit documentum. Luculenter hac de re disſerit, cum, συμφέρει, inquit, ἑκάστῳ τὸ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ κατασκευὴν καὶ φύσιν. *Vtile*, (h. e. bonum, ſecundum ſupra dicta) *eſt vnicuique id, quod naturae eius et conſtructioni conſentaneum.* Iam, quid per *naturam hominis* intelligat, addit: ἡ δὲ ἐμὴ φύσις λογικὴ καὶ πολιτική· πόλις καὶ πατρὶς, ὡς μὲν Αντονίνῳ μοι, ἡ Ρώμη· ὡς δὲ ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος. Τὰ ταῖς πόλεσιν οὖν ταύταις ὠφέλιμα μόνα ἐστί μοι ἀγαθά. *At natura mea rationis eſt compos, et ciuili coetui* (ſocietati) *accommodata. Ciuitas mihi eſt et patria, quatenus quidem Antoninus ſum, Roma: quatenus homo, mundus; haec igitur tantum mihi ſunt vtilia, quae his ciuitatibus conducunt. lib. VI. §. XXXII.* Indeque omnino, qui ſecus viuit, quam vt ſocietati humani generis iſtud expediat, ne quidem hominis nomine dignum eſſe, palam profitetur *lib. X. §. XVII.*

§. XXI. Habet ſane ANTONINVS iſtud peculiare, quod longe luculentius, quam aut ceteri philoſophi omnes, aut certe Stoici, efferat, quid per rationis conuenientiam ſibi velit. Plerisque contigit, vt, cum ſemper inculcarent, rationi conuenienter eſſe viuendum, neſcirent ipſi, quid ratio eſſet. Planiſſime

niſſime contra ANTONINVS ad ſocietatem omnia refert, ad quam colendam ratione homo eſt praeditus, vt diſerte contendat, non poſſe prope hominem rationalem dici, niſi et eumdem ſocialem adpellites. Paucis rem complectar: rationi is demum conuenienter viuit ſecundum ANTONINVM, qui in omnibus ita ſe gerit, vt ſe non ſibi, ſed ſocietati natum eſſe demonſtret. Non poterat luculentius rem efferre. Atque hoc ſibi voluit, cum *lib. VI. §. XXXII.* dixit, naturam propriam hominis eſſe, quae et rationis eſt compos et ſocietati accommodata. Sic et: *ὅταν ἐξ ὕπνου δυσχερῶς ἐγείρῃ, ἀναμιμνήσκου, ὅτι κατὰ τὴν κατασκευήν σου ἐστὶ, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπικὴν φύσιν, τὸ πράξεις κοινωνικὰς ἀποδιδόναι. τὸ δὲ καθεύδειν κοινὸν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων. ὃ δὲ κατὰ φύσιν ἑκάστῳ, τοῦτο οἰκειότερον καὶ προσφυέστερον, καὶ δὴ καὶ προσηνέστερον. Si difficulter a ſomno expergiſcaris, reminiſcere conſentaneum eſſe tuae conſtitutioni, et naturae humanae, vt aliquid agas quod coetui humano proſit. At dormire etiam brutis eſt commune. Quod autem vnicuique ſecundum naturam eſt, id et magis proprium ei eſt, et cognatius, adde etiam gratius. lib. VIII. §. X.* Prorſus egregie autem *lib. VIIII. §. VI.* hac de re diſſerit; namque omnes res ad vnionem quamdam pro naturae ſuae conditione, tendere docet: *πᾶν*, inquit, *τὸ κοινῆς νοερᾶς φύσεως μέτοχον, πρὸς τὸ συγγενὲς ὁμοίως σπεύδει, ἢ καὶ μᾶλλον· ὅσῳ γὰρ ἐστι κρεῖττον παρὰ τὰ ἄλλα, τοσούτῳ καὶ πρὸς τὸ συγκιρνᾶσθαι τῷ οἰκείῳ καὶ συγχεῖσθαι ἑτοιμότερον. Omne id quod communis mentis eſt particeps, ſimiliter ad id quod cognatum eſt contendit, atque etiam multo magis. Quanto enim eſt aliis rebus praeſtantius, tanto et paratius vt commiſceatur cum eo quod eiusdem eſt generis.* Hinc tandem infert, hominem quoque natura ad ſocietatem ferri: quam qui rumpit aut violat, eum contra propriam aliquid committere naturam; nec tamen ita rumpere ſocietatem poteſt, vt non alia iterum ratione, ſe ad ſocietatem natum, facto ipſo comprobet. add. DACERIVS in *not.* ad *h. l. tom. II. p. 137.* Sine ambagibus quoque id quod ſentit, pronuntiat: *τὸ μὲν οὖν προηγούμενον ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ τὸ κοινωνικόν ἐστι. Quod igitur in hominis conſtitutione primarium eſt, hoc eſt, vt ſociabilis*

ſit,

ſit, et communitati ſtudeat. lib. VII. §. XXXI. Hinc porro adſerit omnes hominis actiones ad ſocietatem ceu vltimum finem esſe referendas. Ὥσπερ αὐτὸς σὺ πολιτικȣ̃ συστήματος συμπληρωτικὸς εἶ, οὕτως καὶ πᾶσα πρᾶξίς σου συμπληρωτικὴ ἔστω ζωῆς πολιτικῆς. ἥτις ἐὰν οὖν πρᾶξίς σου μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν, εἴτε προσεχῶς, εἴτε πόῤῥωθεν ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον, καὶ οὐκ ἐᾷ ἕνα εἶναι, καὶ στασιώδης ἐστὶν, ὥσπερ ἐν δήμῳ τὸ καθ' αὐτὸν μέρος διιστάμενος ἀπὸ τῆς τοιαύτης συμφωνίας. *Vt ipſe tu ad complendum corpus ciuile factus es, ita omnem actionem tuam ad vitam ciuilem complendam facere debere. Etenim quaecunque tua actio non ad ſocietatem humanam, tanquam finem vel propinquum, vel remotum refertur, illa vero vitam interpellat, & vnitatem eius ſoluit, ac ſeditioſa eſt, vt in populo ſi quis partes ſuas a reliqui corporis vnitate et concordia diuellat. lib. VIIII. §. XVII.* Quin hanc actionum noſtrarum vult esſe normam, vt ſemper diſpiciamus, conueniantne cum ſocietate nec ne. Παρατήρει, inquit, τί σου ἡ φύσις ἐπιζητεῖ, ὡς ὑπὸ φύσεως μόνον διοικȣμένου. εἶτα ποίει αὐτὸ καὶ προσίεσο, εἰ μὴ χεῖρον μέλλει διατίθεσθαι σου ἡ ὡς ζώου φύσις. ἑξῆς δὲ παρατηρητέον, τί ἐπιζητεῖ σου ἡ ὡς ζώου φύσις, καὶ πᾶν τοῦτο παραληπτέον, εἰ μὴ χεῖρον μέλλει διατίθεσθαι, ἡ ὡς ζώου λογικοῦ φύσις. ἔστι δὲ τὸ λογικὸν εὐθὺς καὶ πολιτικόν. τούτοις δὴ κανόσι χρώμενος μηδὲν περιεργάζου. *Obſerua quid natura tua requirat, quatenus a natura ſimpliciter vegetatiua gubernaris: id deinde fac et admitte, niſi tua natura, qua animal es, eo fiat deterior. Secundo igitur loco animaduertendum eſt, quid animalis natura, quae in te eſt, requirat: idque omne admittendum eſt, niſi deterior ſit habitura ea natura, ob quam rationis particeps diceris: nempe ciuilis et rationalis. His vſus regulis nihil age ſuperuacaneum. lib. X. §. II.*

§. XXII. Plura congerere ſuperuacaneum puto; nihil enim luculentius et veritati conſentaneum magis, ſi modo recte intelligatur, dicere ANTONINVM potuisſe, iam ſatis liquet, vid. interim et *lib. XI. §. IIII. VII. XII. XVII. XVIII. XVIIII. l. XII. §. XV.*

SECT.

SECTIO TERTIA
DE DEO.

AD diuinitatis itaque faſtigium eum quodammodo accedere docebant Stoici, qui ſummi boni eſſet compos. Quid ergo de Numine exiſtimauerint, praeeunte nobis ANTONINO, paucis exponere erit pretium operae.

§. II. Eſſe Deum, in porticu extra litem erat. Nec etiam deſtituebantur rationibus, quibus de exiſtentia Dei dubitantibus obuiam ire poterant. Πρὸς τοὺς ἐπιζητοῦντας, inquit ANTONINVS, ποῦ γὰρ ἰδὼν τοὺς θεοὺς, ἢ πόθεν κατειλυφὼς ὅτι εἰσὶν, οὕτω σέβεις· πρῶτον μὲν καὶ ὄψει ὁρατοί εἰσιν. ἔπειτα μέντοι οὐδὲ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ ἑώρακα, καὶ ὅμως τιμῶ. οὕτως οὖν καὶ τοὺς θεοὺς, ἐξ ὧν τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἑκάστοτε πειρῶμαι, ἐκ τούτων ὅτι τε εἰσὶ καταλαμβάνω, καὶ αἰδοῦμαι. *Qui quaerit, qui deos ſic colas, quomodo eos videris, aut eſſe deprehenderis? ei reſpondebis, primum eſſe eos viſibiles: deinde absque hoc ſit, tamen animam meam cum non videam, nihilominus magnifacio: ita Deos quoque ex viribus eorum quas identidem percipio, cum eſſe intelligo, tum veneror. lib. XII. §. XXIII.* Viſibilem nimirum Deum dicit, eo quod in rebus a ſe productis conſpiciatur, plane ad mentem diui Paulli *Rom. 1. 20.* Deinceps exemplo animae iſtud comprobat, quae vtvt videri nequeat, tam manifeſtae tamen eius ſunt operationes, vt ne ſtupidiſſimus quidem dubitet, an habeat animam. Mentem imperatoris ita ediſſerit DACERIVS: *Quand nous examinons les qualitez et les proprietez de la matiere, nous ne ſçaurions douter de l'exiſtence de l'ame, nous la voyons plus clairement que nous ne voyons les corps. Tout de même quand nous examinons la nature et les qualitez de l'ame, il faut neceſſairement ou nous aveugler volontairement nous-mêmes, ou être entierement convaincus de l'exiſtence de Dieu. Car Dieu eſt au-deſſus de l'ame à proportion de ce que l'ame eſt au-deſſus de la matiere, et l'un et l'autre ſont tres-ſenſibles et tres-viſibles par leurs effets. in not. ad h. l. tom. II. p. 258.*

§. III. Quid itaque Deus ſit potius eſt inquirendum. Ro-

tunde et ſine ambagibus iterum ANTONINVS Deum *mentem* vocat, quae per vniuerſam rerum naturam penetrat ac per omnes ſaeculorum curſus definitos atque datos mundum gubernat. *lib.V. §. XXIIII.* Ita quippe et ZENO ſectae huius conditor docuit: *θεὸν εἶναι πνεῦμα διῆκον δι᾽ ὅλου τοῦ κόσμου.* quod TVLLIVS ita exprimit: *Rationem quamdam per omnem naturam pertinentem*, vel *animum per naturam rerum omnem intentum et commeantem. lib. 1. de nat. deorum, cap. XI. et XIIII.* Sed ita omnes in vniuerſum Stoici, qui Deum pro anima mundi venditabant. Iſtud vero et hic ſibi vult ANTONINVS, et alibi quoque aperte docet. Namque et *lib. VI. §. XXIX.* opificem mundi h. e. Deum, rerum naturae ſemper intime adeſſe adſerit: *ἐπὶ τῶν ὑπὸ φύσεως συνεχομένων, ἔνδον ἐστὶ, καὶ παραμένει ἡ κατασκευάσασα δύναμις.* in his quae natura continentur, remanet, intusque eſt vis ea opifex. Et alibi: *Μηκέτι μόνον συμπνεῖν τῷ περιέχοντι ἀέρι, ἀλλὰ ἤδη καὶ συμφρονεῖν τῷ περιέχοντι πάντα νοερῷ. οὐ γὰρ ἧττον ἡ νοερὰ δύναμις πάντη κέχυται καὶ διαπεφοίτηκε τῷ σπάσαι δυναμένῳ, ἤπερ ἡ ἀερώδης τῷ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ.* *Non iam tantum vna ſpirandus eſt circumfuſus aër, ſed et conſentiendum cum mente quae vniuerſa complectitur: Haud enim minus vis intellectrix vbique circumfuſa eſt, et omni qui trahere poteſt, ſe vbique ingerit, quam communis hic aër, omni ſpirare volenti. lib. VIII. §. XLV.* Nimirum non tantum Deum eſſe animam mundi hic docuit ANTONINVS, ſed et homines ipſos diuinae huius eſſentiae, ſiue animae mundanae eſſe participes. Plane ad eius mentem SENECA: *Totum hoc quo continemur, et vnum eſt, et Deus eſt: et ſocii eius et membra ſumus. epiſt. XCVII.* Atque inde etiam euenit, vt Deus tum ceteris Stoicis, tum etiam ſaepius ANTONINO noſtro *naturae* nomine veniat. Sic *ἡ τῶν ὅλων φύσις*, inquit, *τοῦτο ἔργον ἔχει, τὰ ὧδε ὄντα ἐκεῖ μετατιθέναι, μεταβάλλειν, αἴρειν ἔνθεν καὶ ἐκεῖ φέρειν.* *Vniuerſi natura hoc agit, vt quae hoc modo habet, alio mutet, et ex vno loco in alium res transferat. lib. VIII. §. V.*

§. IIII. Sed omnes quidem Stoicorum quos de Deo fouebant errores, vnico quaſi faſciculo accurate complexus eſt IACOBVS

BVS THOMASIVS *de exuſt. mundi Stoic. diſſert. XIIII. p. 178.* Docebant enim Deum intime inſinuatum eſſe mundo, et quidem per modum partis formalis, qualis eſt anima in corpore, ita vt cum eo conſtituat vnum per ſe compoſitum, alterque alteri et nomen ſuum et proprietates communicaret. Iſtud quidem recte adſerebant, et ANTONINVS quoque docuit, intime adeſſe Deum mundo: vnde et ATHENAGORAS *legat. pro Chriſtianis p. 9.* et CLEMENS ALEXANDRINVS *lib. V. Stromat. p. 699.* edit. IOAN. POTTERI, cum chriſtiana doctrina haec Stoicorum placita contendunt. At in eo plane falluntur, quod Deum I.) partem vniuerſi formalem facerent, II.) idque Deum mundo eſſe, quod anima eſt corpori, adeoque III.) Deum cum mundo vnum per ſe conſtituere, et IIII.) nomina quoque et proprietates vtrumque habere communes docebant. Id quod copioſe eruditisſimeque demonſtrauit IACOBVS THOMASIVS *l. c.* Nec ANTONINVS, vtvt ſaepius ceteris Stoicis longe ſanior ſit, ab hoc errore immunis eſt: Dum enim *mentem per vniuerſam rerum naturam penetrare* dixit, ſine dubio eiusmodi vnionem intellexit, qua corpori iuncta eſt anima. Praeterea dum *naturae* nomine Deus pariter ac mundus illi venit, idem vtrique nomen tribuit, et cum ceteris Stoicis plane ſe conſentire demonſtrat.

§. V. Nec disſimulandus eſt alter Stoicorum error, qui Deo aliud etiam principium aeternum, materiam, addebat. Sed non Stoici tantum, quin plerique gentiles philoſophi in eo conſpirarunt, exſtitisſe ab aeterno materiam ex qua productus fuerit mundus; vt probat PETRVS GASSENDVS *ſect. I. phyſ. lib. I. cap. VI.* Causſas huius erroris haud infeliciter detexit IAC. THOMASIVS in *ſchediasmat. hiſtor. §. XXXVII.* ANTONINVS itidem hoc errore fuit imbutus, ita tamen temperauit ſententiam Stoicorum, vt materiam Deo ſubiectam eſſe docuerit, *lib. VI. §. 1.* ἡ τῶν ὅλων ὐσία, εὐπειθὴς, καὶ εὐτρεπὴς. Quae verba ita transfert DACERIVS: *La matiere de l'univers eſt obëisſante et ſouple*, et deinde ita hoc explicat: *Antonin avoit corrigé l'opinion extravagante de quelques Stoiciens, qui ſoûtenoient que Dieu trouvoit quelque-*

 ſois

fois la matiere deſobéïſſante et revêche, et que comme il ne l'avoit pas creée, et qu'elle étoit éternelle auſſi-bien que luy, il n'avoit ſur elle qu'un pouvoir fort limité; impieté que les Peres ont heureuſement combatuë. in *not.* ad *h. l. tom. II. p.* 1.

§. VI. Iſtud tamen recte docebant Stoici, vnum ſaltem eſſe Deum. Sane quotieſcumque ferme de Deo loquitur ANTONINVS, non multitudinis, ſed vnitatis ac ſingularitatis vtitur nota. Sic *lib. X. §. XI.* ſapientem adhortatur ἕπεσθαι τῷ θεῷ, non vt deos, ſed Deum ſequeretur. Similiter vnitatis nota Deum *mentem* vocat *lib. V. §. XXVI.* et *naturam omnia gubernantem lib. VI. §. IX.* Idque plane ex mente ceterorum quoque Stoicorum. PETRVS DANIEL HVETIVS, poſtquam Platonicorum aliorumque veterum philoſophorum vnum ſolum Deum adſerentium documenta protuliſſet in medium, de Stoicis addit: *Teſtes ſunt iſti quoque in eamdem ſententiam conſpiraſſe totam porticum. Sic Zeno quidem cum ſequacibus ſuis, ſic Seneca, ſic Marcus Aurelius, ſic Arrianus;* in *quaeſtionib. Alnetan. lib. II. cap. II. §. XIII. p. 109.* Sæpe tamen ex mente plebis ANTONINVS loquitur, hinc potius deos plures ſtatuere videtur, ſaltem quod ob diuerſa munera variis Deus inſigniatur nominibus. Sic *lib. IX. §. XXIX.* καὶ οὐδεμία ἄρα δύναμις ἐν τοσούτοις θεοῖς ἐξευρέθη ποτὲ ἡ διορθώσουσα ταῦτα. *Ergo nullus inter tot deos repertus eſt qui ea corrigeret.* Vbi quidem DACERIVS hanc rationem adfert, quod plures deos inferiores admiſerint Stoici, diuerſi quidem ordinis, quoad aut magis aut minus de eſſentia Dei ſuperioris participauerint: *Quoy que les Stoiciens crûſſent un ſeul Dieu createur et maître de toutes choſes, ils ne laiſſoient pas d'établir pluſieurs divinitez inferieures plus ou moins parfaites ſelon que l'eſprit du premier être leur étoit plus ou moins communiqué. tom. II. p. 155.* Et hoc pacto aſtris quoque diuinitatem tribuit ANTONINVS: τί θαυμάζεις; καὶ ὁ ἥλιος ἐρεῖ πρὸς τὸ ἔργον γέγονε, καὶ οἱ λοιποὶ θεοί. *Quid mirum? etiam ſol, et reliqui dii poſſunt dicere, cuius rei cauſa facti ſunt. lib. VIII. §. XV.* Et reliqui dii, *c'eſt à dire,* inquit DACERIVS, *les autres aſtres. Car les Stoiciens croyoient que les aſtres étoient animez, et ils les eſtimoient de Dieux. tom. II. p. 97.*

§. VII

§. VII. Vnus igitur ille Deus Stoicis et ſumme bonus eſt: CLEANTHES in *poëmate de Deo,* boni explicans naturam, non aliis eam definiuit verbis, quam quibus Deum ipſum definiuerat, apud *Clement. Alexandr. lib. V. Strom. p. 715.* edit. IOAN. POTTERI, et EPICTETVS, vbi eſſet eſſentia Dei, illic eſſe dixit eſſentiam boni. SALLVSTIVS Cynicus inter communes notiones primam hanc poſuit, omnem Deum eſſe bonum. Hisce igitur adſtipulatur ANTONINVS, qui plane egregie de bonitate Dei disſerit: ἡ τῶν ὅλων οὐσία, inquit, εὐπειθὴς, καὶ εὐτρεπής· ὁ δὲ ταύτην διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν. κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ· οὐδὲ βλάπτεταί τι ἀπ᾽ ἐκείνου· πάντα δὲ κατ᾽ ἐκεῖνον γίνεται καὶ περαίνεται. *Natura vniuerſi ſuo gubernatori obediens eſt, ac bene compoſita: quae vero eam gubernat mens, nullam in ſe ipſo habet malefaciendi cauſſam: quippe nihil in ſe mali habens, nihil etiam male facit, neque peccat, neque ab ea quidquam laeditur: omnia vero ſecundum eam fiunt atque perficiuntur. lib. VI. §. 1.* Bonitatem Dei erga improbos quoque praedicat: οἱ θεοὶ ἀθάνατοι ὄντες, οὐ δυσχεραίνουσιν, ὅτι ἐν τοσούτῳ αἰῶνι δεήσει αὐτοὺς πάντως ἀεὶ τοιούτων ὄντων καὶ τοσούτων φαύλων ἀνέχεσθαι. προσέτι δὲ καὶ κήδονται αὐτῶν παντοίως. *Dii cum ſint immortales, tamen non indigne ferunt, quod in tam diuturno aeuo ſemper omnino aut improbos homines perferre debeant: quinimmo illorum curam ſummam gerunt; lib. VII. §. XLIIII.* Sed vero bonitas Dei cum iuſtitia ita eſt temperata, vt licet ſit benignisſimus, non tamen deſinat eſſe iuſtisſimus. Id quod pulcherrime obſeruauit ac praeclare etiam docuit ANTONINVS: πῶς ποτε πάντα καλῶς καὶ φιλανθρώπως διατάξαντες οἱ θεοὶ, τοῦτο μόνον παρεῖδον, τὸ ἐνίους τῶν ἀνθρώπων καὶ πάνυ χρηστοὺς, καὶ πλεῖστα πρὸς τὸ θεῖον ὥσπερ συμβόλαια θεμένους, καὶ ἐπὶ πλεῖστον δι᾽ ἔργον ὁσίων καὶ ἱερουργιῶν συνήθεις τῷ θείῳ γενομένους, ἐπειδὰν ἅπαξ ἀποθάνωσι, μηκέτι αὖθι γίνεσθαι, ἀλλ᾽ εἰς τὸ παντελὲς ἀπεσβηκέναι; τοῦτο δὲ εἴπερ καὶ οὕτως ἔχει, οὐ ἴσθι ὅτι εἰ ὡς ἑτέρως ἔχειν ἔδει, ἐποίησαν ἄν· εἰ γὰρ δίκαιον ἦν, ἦν ἂν καὶ δυνατόν· καὶ εἰ κατὰ φύσιν, ἤνεγκεν ἂν αὐτὸ ἡ φύσις. ἐκ δὴ τοῦ μὴ οὕτως ἔχειν, εἴπερ οὐχ οὕτως ἔχει,

πιςέσθω σοι τὸ μὴ δεῆσαι ἔτως γίνεσθαι. ὁρᾷς γὰρ καὶ αὐτὸς, ὅτι τοῦτο παραζητῶν δικαιολογῇ πρὸς τὸν Θεόν. ἐκ ἂν δ' ἔτως διελεγόμεθα τοῖς Θεοῖς, εἰ μὴ ἄριςοι καὶ δικαιότατοί εἰσιν. εἰ δὲ τοῦτο, ἐκ ἄν τι περιῆδον ἀδίκως καὶ ἀλόγως ἠμελημένον τῶν ἐν τῇ διακοσμήσει. *Qui fit, quod dii, cum omnia pulchre et humaniter ordinauerint, hoc vnum neglexerunt, quod nonnullos homines apprime bonos, ac qui plurima cum diuino numine quaſi foedera ſanciuerunt, illique ſeſe familiares multis piis actionibus et ſacrificiis effecerunt, ſemel fato functos non reducunt, ſed omnino exſtingui ſinunt? Id autem ſi ita eſt, certo ſcias deos aliter inſtitutos fuiſſe, ſi aliter fieri expediuiſſet. Nam ſi erat iuſtum, erat vtique etiam poſſibile: ac ſi erat ſecundum naturam, certe natura id tuliſſet. Quod ergo res non ita habet (ſi tamen non ita habet) id tibi faciat fidem non fuiſſe ex vſu, vt aliter quam eſt fieret. Vides enim ipſe quoque te, dum hoc ſcrutaris, cum Deo de iure diſceptare. Atqui non hoc modo cum diis colloqueremur, niſi eos optimos eſſe et iuſtiſſimos putaremus. Si autem tales ſunt, nihil certe in ordine mundi conſtituendo iniuſte ac contra rationem neglectum praeterierunt. lib. XII. §. V.* Nimirum hoc plerosque gentilium philoſophos ſollicitos tenuit quo pacto piorum calamitates proſperique impiorum ſucceſſus cum iuſtitia et bonitate Numinis conſiſtere potuerint: cum praeſertim de animae immortalitate non plane fuerint certi. Belle hinc ſe expedit ANTONINVS, et licet vel maxime poſt mortem anima pereat, nihilo ſecius tamen de bonitate aut iuſtitia Numinis dubitare nefas putat. conf. DACERIVS in *not.* ad *h. l.* Nihil denique tribuebant Deo Stoici et cum illo MARCVS AVRELIVS, quod diuinam perfectiſſimamque illam eſſentiam dedeceret. Vnum praecipue commemorat ANTONINVS, nec nobis hic praetermittendum, eo quod a clandeſtinis quoque ſceleribus homines cohibet, omnia, etiam intima cordis, noſſe Deum. Idque eſt quod ANTONINVS docuit; cum enim dubitaret, verane eſſet Phocionis probitas, an ſimulata, addit: τὰ ἔσω δεῖ τοιαῦτα εἶναι καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν βλέπεσθαι ἄνθρωπον πρὸς μηδὲν ἀγανακτικῶς διατιθέμενον, μηδὲ δεινοπαθοῦντα. *Intus omnia oportet recte habere, et a diis conſpici homi-*

hominem nullam rem indigne ferentem, aut queritantem, lib. XI. §. XII. add. et ARRIANVS in *Epictetum lib. I. cap. XIIII.* et *lib. II. cap. XIII.*

§. VIII. Praeterea Deum rerum omnium prouidam agere curam exiſtimabant, quin numquam non inculcabant Stoici. Nec ANTONINVS noſter ſecus ſentit. Sic, τὰ τῶν θεῶν προνοίας μεϛά. τὰ τῆς τύχης ȣ̓κ ἄνευ φύσεως ἢ συγκλώσεως, καὶ ἐπιπλοκῆς τῇ προνοίᾳ διοικȣμένων. πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ. *Quae ad deos vt auctores referuntur, ea prouidentiae plena eſſe nemo dubitat. Quae fortunae vulgo adſcribuntur, ne illa quidem plane ſunt extra naturae leges, h. e.* (illa enim particula ἢ vertenda. conf. DACERIVS in *not.) fatalem illum contextum complexumque rerum, quae a prouidentia adminiſtrantur. Inde omnia fluunt: lib. I. §. XVI.* Non me pigebit addere, quae ad hunc locum obſeruat doctiſſimus DACERIVS: *Antonin n'eſt pas de ceux qui oppoſent la nature à Dieu, et qui enſeignent qu'elle produit tout au hazard et par elle-même, ſans l'aide d'aucun eſprit intelligent qui la gouverne; en un mot, qu'elle eſt l'ouvriere, et non pas l'inſtrument dont Dieu ſe ſert. Cet Empereur reconnoit au contraire qu'elle obeït aux ordres du Souverain, et que dans tout ce qu'elle produit, elle ſuit les loix de la providence. Ainſi cet* ou *du texte n'eſt pas une particule disjonctive, mais copulative. Elle explique la penſée d'Antonin, qui n'eſt point du tout de faire la nature independante, mais ſervante et ſoûmiſe, telle que la veritable religion nous la donne, en nous enſeignant que les cheveux de noſtre teſte ſont comptez, et qu'il n'en tombe pas un que par la volonté de Dieu.* in *not.* ad *h. l. tom. I. p. 40.*

§. IX. Quin ſingulorum quoque hominum agere Deum curam ANTONINVS adſerebat. Ὡς ὁ ἀναβάλλων, inquit, τὴν σφαῖραν, τί ȣ̓ν ἀγαθὸν τῷ σφαιρίῳ ἀναφαιρομένῳ ἢ κακὸν, καταφερομένῳ, ἢ καὶ πεπτωκότι; τί δὲ ἀγαθὸν τῇ πομφόλυγι συνεϛώσῃ, ἢ κακὸν διαλυθείσῃ; τὰ ὅμοια δὲ καὶ ἐπὶ λύχνȣ. *Si quis pilam in ſublime iaciet, quidnam ea vel cum effertur, vel cum defertur, aut cadit, boni maliue patitur? Quid bullae boni accidit ſi conſtet, aut mali, ſi diſſoluatur? Idem de lucerna posſis intelligere. lib. VIII. §. XVII.*

 Sen-

Senſum horum verborum non omnes facile capient. Lucem ergo illis addet DACERIVS: *Cette comparaiſon me paroit fort belle. Comme un bon joueur de paume ne viſe pas ſeulement à pouſſer la balle, mais à la pouſſer où il faut et où il veut la placer; tout de même Dieu, qui, comme dit Plaute, nous tient dans la main comme des balles.*

Enimuero Dii nos quaſi pilas homines habent, *ne penſe pas ſeulement à nous faire naître, mais il a ſes vûes pour nôtre durée et pour nôtre fin. Ainſi nous ne devons nullement nous mettre en peine. Dieu ſçait bien ce qu'il veut faire de nous. Le meilleur joüer de paume peut manquer, mais Dieu ne manque jamais et ne prend jamais de fauſſes meſures.* Hinc porro homines omnes cuncta gubernanti voluntati Numinis vel inuitos ſe attemperare autumat: *ἐκεῖνος μὲν γὰρ*, inquit, *πάντως σοι καλῶς χρήσεται ὁ τὰ ὅλα διοικῶν, καὶ παραδέξεταί σε εἰς μέρος τι τῶν συνεργῶν καὶ συνεργητικῶν. Nam adminiſtrator huius vniuerſi, vtique te vtetur recte, et accipiet te inter cooperarios et ea quae operi conducunt: lib. VI. §. XXXI.* Non quidem ſatis conſtare ſibi videtur noſter, dum ita diſſerit: *εἰ μὲν οὖν ἐβουλεύσαντο περὶ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμοὶ συμβῆναι ὀφειλόντων οἱ θεοὶ, καλῶς ἐβουλεύσαντο. ἄβουλον γὰρ θεὸν, οὐδὲ ἐπινοῆσαι ῥάδιον. κακοποιῆσαι δέ με διὰ τίνα αἰτίαν ἔμελλον ὁρμᾷν; τί γὰρ αὐτοῖς ἢ τῷ κοινῷ, οὗ μάλιστα προνοοῦνται, ἐκ τούτου περιεγένετο; εἰ δὲ μὴ ἐβουλεύσαντο κατ' ἰδίαν περὶ ἐμοῦ, περί γε τῶν κοινῶν πάντως ἐβουλεύσαντο, οἷς κατ' ἐπακολούθησιν καὶ ταῦτα συμβαίνοντα ἀσπάζεσθαι καὶ στέργειν ὀφείλω. εἰ δ' ἄρα περὶ μηδενὸς βουλεύονται· πιστεύειν μὲν οὐχ ὅσιον· ἢ μηδὲ θύωμεν, μηδὲ εὐχώμεθα, μηδὲ ὀμνύωμεν, μηδὲ τὰ ἄλλα πράσσωμεν, ἅπερ ἕκαστα ὡς πρὸς παρόντας καὶ συμβιοῦντας τοὺς θεοὺς πράσσομεν· εἰ δ' ἄρα περὶ μηδενὸς τοῦ καθ' ἡμῶν βουλεύονται· ἐμοὶ μὲν ἔξεστι περὶ ἐμαυτοῦ βουλεύεσθαι. ἐμοὶ δέ ἐστι σκέψις περὶ τοῦ συμφέροντος. Si de me et his quae mihi euenire debuerunt, dii conſultauerunt, recte nimirum mihi conſuluerunt. Nam Deum ſine conſilio agentem ne cogitare quidem facile eſt. Quae autem fuiſſet cauſa, propter quam male mihi conſultum voluiſſet? Quid inde ad deos, et ad vniuerſum (cuius maxime habent rationem) fructus rediiſſet?*

Sin

Sin de me priuato nihil; at certe de vniuerſo conſilium ceperunt, ex quo quum et illa quae mihi eueniunt, neceſſario conſequuntur, non debet me eorum poenitere. Sane de nulla re eos conſilium inire impium eſt credere: aut ne ſacrificandum, ne precandum, ne iurandum quidem, neque quidquam eorum faciendum, quae ſingula tamquam cum praeſentibus et vna viuentibus diis agimus. Sed tamen ſi nihil illi de nobis ſtatuerunt, licet mihi de me ipſo conſilium capere, ac de mea vtilitate deliberare. lib. VI. §. XXXII. Sed non eſſe haec verba dubitantis aut haeſitantis luculenter euincit DACERIVS: *Ce n'eſt pas qu'Antonin doute de la providence, mais il veut ſe prouver à lui-même, que quand même il ſeroit posſible qu'il n'y eût qu'une providence generale, qui ne deſcendroit pas jusques à nous pour nous conduire, l'homme ne devroit pourtant pas laisſer du recevoir agreablement tout ce qui luy arrive, et qu'il ſeroit obligé de le prendre comme une ſuite de l'ordre que Dieu auroit établir pour la conſervation du general, dont l'intereſt eſt preferable au noſtre. Mais il va encore plus loin, et il établit, que quand on ſeroit asſez impie pour croire que Dieu laisſe tout aller au hazard, ou même qu'il n'y a point de Dieu, nous ne pourrions trouver nôtre ſouverain bien que dans la juſtice, et nullement dans l'accomplisſement de nos deſirs, ou dans nos intereſts particuliers* in *not. ad h. l. tom. II. p. 31.* Atque hoc pacto capienda etiam ſunt, quae *lib. XII. §. XII.* diſſerit: Ἤτοι ἀνάγκη εἱμαρμένη, ἀπαράβατος τάξις· ἢ πρόνοια ἱλάσιμος· ἢ φυρμὸς εἰκαιότητος καὶ ἀπροστάτητος. εἰ μὲν ἀπαράβατος ἀνάγκη, τί ἀντιτείνεις; εἰ δὲ πρόνοια ἐπιδεχομένη τὸ ἱλάσκεσθαι, ἄξιον αὑτὸν ποίησον τῆς ἐκ τοῦ θείου βοηθείας· εἰ δὲ φυρμὸς ἀνηγεμόνευτος, ἀσμένιζε, ὅτι ἐν τοιούτῳ τῷ κλύδωνι, αὐτὸς ἔχεις ἐν σεαυτῷ τινα νοῦν ἡγεμονικόν. *Omnia ſunt aut neceſſitas fatalis, atque ordo ineuitabilis:* (h. e. fatum abſolutum et immutabile, ex mente quorumdam Stoicorum, qui rigidiores poterant vocari) *aut prouidentia placabilis:* (h. e. prouidentia cui fatum eſt ſubiectum ex ſententia aliorum Stoicorum, quos forte mitiores recte dixeris) *aut confuſio inanis et nullum habens rectorem.* (ex mente Epicuraeorum.) *Quodſi eſt neceſſitas ineuitabilis, quid reluctaris? ſin*

prouidentia, quae admittit placationem, dignum praebe te ipſum diuino auxilio. Sin confuſio eſt, cui praeſit nemo, contentus eſto, quod in tanto rerum fluctu ipſe in te habes mentem. Nimirum non rigidiorum Stoicorum fatum, nec Epicuraeorum confuſionem comprobat: ſupponit haec ſaltem vt euincat, et tum quoque aduerſa aequo animo esſe ferenda, ſi vel maxime haec ita ſe haberent. conf. et *lib. IX. §. XXII.* vbi etiam plane hunc in modum verba facit.

§. X. Sunt et quae a profanis hominibus contra prouidentiam diuinam obiici conſueuerunt. Quibus quo pacto obuiam iri queat, ſi quis alius, ANTONINVS certe praeclare docet. Si enim a prouidentia et Deo omnia bona, vnde monſtra, vnde venena, vnde res non inutiles modo, ſed et noxiae in iſto orbe ſunt? Talia qui ex te quaerunt, ea agunt, quae agere profecto ſapientem non decebat. Sed audi ANTONINVM: Σίκυος πικρὸς; ἄφες. βάτοι ἐν τῇ ὁδῷ; ἔκκλινον. ἀρκεῖ. μὴ προσεπείπῃς, τί δαὶ καὶ ἐγίνετο ταῦτα ἐν τῷ κόσμῳ ἐπεὶ καταγελασθήσῃ ὑπὸ ἀνθρώπου φυσιολόγου, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τέκτονος καὶ σκυτέως γελασθείης, καταγινώσκων ὅτι ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ ξέσματα καὶ περιτμήματα τῶν κατασκευαζομένων ὁρᾷς. καίτοι ἐκεῖνοί γε ἔχουσι ποῦ αὐτὰ ῥίψωσιν. ἡ δὲ τῶν ὅλων φύσις ἔξω οὐδὲν ἔχει, ἀλλὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς τέχνης ταύτης ἐστὶν, ὅτι περιορίσασα ἑαυτὴν, πᾶν τὸ ἔνδον διαφθείρεσθαι καὶ γηράσκειν καὶ ἄχρηστον εἶναι δοκοῦν, εἰς ἑαυτὴν μεταβάλλειν καὶ ὅτι πάλιν ἄλλα νεαρὰ ἐκ τούτων αὐτῶν ποιεῖ· ἵνα μήτε οὐσίας ἔξωθεν χρήζῃ, μήτε ὅπου ἐκβάλῃ τὰ σαπρότερα προσδέηται. ἀρκεῖται οὖν καὶ χώρᾳ τῇ ἑαυτῆς καὶ ὕλῃ τῇ ἑαυτῆς, καὶ τέχνῃ τῇ ἰδίᾳ. *Cucumis amarus eſt? omitte eum: vepres in via ſunt? declina eas: neque vero dicas, cur nam haec in mundo ſunt facta? Rideberis enim ab homine naturae rerum ſciente, haud ſecus quam a fabro aut ſutore, ſi damnares quod in officina ramenta et reſecamenta operum videres. Atqui hi ea posſunt aliquo abiicere: vniuerſi natura nihil extra ſe habet. Verum hoc in eius arte potisſimum mirari decet, quod cum ſe ipſam circumſcripſiſſet omnia quae in ſe habet, quae obnoxia corruptioni, ſenioque, et nullius esſe vſus videatur, in ſeipſam transmutat, rurſusque ex his alia noua efficit: ita vt neque*

ſub-

ſubſtantiam extra ſe requirat, neque locum, quo viliores res eiiciat: contenta ſuo loco, materia et arte. lib. VIII. §. XLII.

§. XI. At vnde mala moralia ſeu peccata? Si omnia a Deo eiusque prouidentia, ergo et haec? Iſtud vero dictu nefandum impiumque eſt. Fateor, gentilibus philoſophis hic aqua haeſit. Plerique ad materiam confugiunt. Stoicorum praeſtantisſimi ſaltem in eo conſentiunt, Deum non eſſe peccatorum causſam, vndecunque etiam prouenerint. Hisce adſtipulatur ANTONINVS. Non poterat quis luculentius hac de re verba facere, vt facit ipſe: Ἡ τῶν ὅλων ἐσία, εὐπειθὴς, καὶ εὐτρεπής· ὁ δὲ ταύτην διοικῶν λόγος ἐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ ἔχει τῇ κακοποιεῖν· κακίαν γὰρ ἐκ ἔχει. ἐδέ τι κακῶς ποιεῖ, ἐδὲ βλάπτεταί τι ὑπ᾽ ἐκείνε. πάντα δὲ κατ᾽ ἐκεῖνον γίνεται, καὶ περαίνεται. *Natura vniuerſi ſuo gubernatori obediens eſt, ac bene compoſita: quae vero eam gubernat mens nullam in ſe ipſa, habet malefaciendi causſam: quippe nihil in ſe mali habens, nihil etiam male facit, neque peccat, neque ab ea quidquam laeditur: omnia vero ſecundum eam fiunt atque perficiuntur. lib. VI. §. 1.* add. DACERIVS ad *h. l.* Et lib. I. §. XIIII. ὅσον ἐπὶ τοῖς θεοῖς, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν διαδόσεσι καὶ συλλήψεσι, καὶ ἐπινόιαις, μηθὲν κωλύειν ἤδη κατὰ φύσιν ζῆν με. ἢ ἀπολείπεσθαι ἔτι τέτε παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὸ μὴ διατηρεῖν τὰς ἐκ τῶν θεῶν ὑπομνήσεις, καὶ μόνον ἐχὶ διδασκαλίας. *Ad Deos quidem quod attinet, et quaecumque ab illis ſeu munera, ſeu auxilia, ſeu conſilia quis exſpectet, per illos vtique minime ſteterit, quo minus ſecundum naturam pridem vitam inſtituerem; quod hactenus autem non emerſerim et praeualuerim, id vero mea vnius culpa, qui deorum monitus et tantum non diſciplinam, non obſeruem, contigerit.* Quod vero *lib. VI. §. XXXI.* adſerit, mundum habere opus improbis, inde quidem minime colligendum ac ſi ex ipſius mente improbi in mundo plane fuerint necesſarii, ſed quod certo modo vtiles ſint, vt proborum virtus horum ſceleribus oppoſita eo clarius effulgeat. Et id quidem etiam CHRYSIPPVS adſeruerat, cuius effatum perperam, dum non intelligit, exagitat PLVTARCHVS, in libro *de repugnantiis* ſeu *contradictionibus Stoicorum.*

§. XII.

§. XII. Sed iſtud plerosque in transuerſum egit, quod ipſa experientia magiſtra, improbis feliciter cuncta et ex animi ſententia fluere videant: ſecus autem cum probis hominibus ſeſe rem habere. Hi ipſi vero qui ſic opinantur vt inde prouidentiam diuinam tollant, hoc ipſo demonſtrant, quam parum rerum naturam exploratam habent. Neſciunt profecto, quod ea quae mala vocant, minime talia ſint, adeoque probis hominibus numquam mala eueniant; improbi vero hoc ipſo, quod improbi ſint, infelicisſimi miſerrimique ſint mortalium omnium. Grauiter itaque hoc argumentum diluit ANTONINVS: καὶ μὴν ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰς διώκων· τοὺς δὲ πόνους ὡς κακὰ φεύγων, ἀσεβεῖ. ἀνάγκη γὰρ τὸν τοιοῦτον μέμφεσθαι πολλάκις τῇ κοινῇ φύσει, ὡς παρ᾽ ἀξίαν τι ἀπονεμούσῃ τοῖς φαύλοις καὶ τοῖς σπουδαίοις· διὰ τὸ πολλάκις τοὺς μὲν φαύλους ἐν ἡδοναῖς εἶναι, καὶ τὰ ποιητικὰ τούτων κτᾶσθαι· τοὺς δὲ σποδαίους, πόνῳ, καὶ τοῖς ποιητικοῖς τούτου περιπίπτειν. ἔτι δὲ ὁ φοβούμενος τοὺς πόνους, φοβηθήσεταί ποτε τῶν ἐσομένων τι ἐν τῷ κόσμῳ. τοῦτο δὲ ἤδη ἀσεβές. *Impietatis reus is quoque eſt, qui voluptates tamquam bonum adpedit dolorem vt malum fugit. Hic enim neceſſe eſt ſaepenumero incuſet communem naturam, quaſi ea aliquid praeter dignitatem bonis maliſue tribuerit: propterea quod ſaepe mali voluptatibus fruuntur, eaque, quibus efficiuntur eae, posſident: boni vero dolore adficiuntur, et in cauſſas doloris incidunt. Iam qui dolorem metuit, metuet aliquando aliquid eorum, quae in mundo fient: id vero impium eſt. lib. IX. §. I.*

§. XIII. Ceterum ſolet prouidentia diuina aliquando et *fati* nomine venire ipſis quoque Stoicis: accuratius tamen a ſe discernuntur. Hic vero nonnulli plane Stoicorum diſciplinam condemnant; alii contra ea excuſant, quae excuſare hominem veritatis amantem non decebat. Enim vero plerosque Stoicorum immutabile quoddam et abſolutum adſeruisſe fatum, cuius legi Deum ipſum quoque ſubiecerint, negari nequit; ſpeciatim ipſum CHRYSIPPVM ita cenſuisſe conſtat. Alii autem ita interdum locuti ſunt, ac ſi fatum prouidentiae diuinae ſubiecerint. Ipſe ANTONINVS id indicare videtur, quando in duas quaſi clasſes Stoicorum opiniones dispeſcit:

ἤτοι

ἤτοι ἀνάγκη εἱμαρμένη ἀπαράβατος τάξις· ἢ πρόνοια ἱλάσιμος. *Omnia ſunt aut neceſſitas fatalis atque ordo ineuitabilis: aut prouidentia placabilis. lib. XII. §. XIIII* conf. DACERIVS ad *h.l.* Sed et alibi ita hac de re loquitur, ac ſi fati nomine rerum omnium atque cauſſarum ſeriem ordinemque prout a diuina prouidentia dirigitur, intelligat: τὰ ἑξῆς ἀεὶ τοῖς προηγησαμένοις οἰκείως ἐπιγίνεται. οὐ γὰρ οἷον καταρίθμησίς τις ἐστὶν ἀπηρτημένως, καὶ μόνον τὸ κατηναγκασμένον ἔχουσα· ἀλλὰ συνάφεια εὔλογος, καὶ ὥσπερ συντέτακται συνηρμοσμένως τὰ ὄντα· οὕτως τὰ γινόμενα οὐ διαδοχὴν ψιλὴν, ἀλλὰ θαυμαστήν τινα οἰκειότητα ἐμφαίνει. *Quaecumque neceſſario continuationis ordine ſubſequuntur, ea praecedentibus accommoda natura, congruaque ſuccedunt. Non enim quaſi numerus certus quidem, ſed independens, a ſola neceſſitate manans; verum rationi conſentanea continuatio; (quae fiunt in mundo, ſcilicet) ac quemadmodum certo ordine quae ſubſiſtunt omnia, ſint coaptata; ita quae fiunt, non ſucceſſionem nudam, ſed mirabilem etiam quamdam inter ſe coniunctionem et neceſſitudinem oſtentant. lib. IIII. §. XXIIX.* Ecce! fatetur, non a ſola neceſſitate res manare, ſed rationi (h. e. menti diuinae) conſentaneam eſſe hanc continuationem. Atque haec vnumquemque haud difficulter eo adducere poſſent, vt in mitiorem de hocce imperatore pronuntiaret partem, niſi alia eius obſtarent effata, quibus omnia fato, ſeu abſolutae neceſſitati tribuit. Huc ea ſpectant, quae *lib. VII. §. VII.* profert: πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται, καὶ ἡ σύνθεσις ἱερά. καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ. συγκατατέτακται γὰρ καὶ συγκοσμεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον. *Omnia inter ſe ſunt complexa ſacro nodo, neque quidquam ab altero eſt alienum: ordine enim omnia certo diſpoſita, vnum eumdemque exornant mundum.* Hic fati immutabilem ac indeclinabilem neceſſitatem *ſacri nodi* nomine, referendo ſe ad nodum Herculis, vel Iouis catenam HOMERO memoratam, deſignat, eadem fere ratione, qua CHRYSIPPVS fatum definiebat, quod ſit naturalis compoſitio vniuerſorum ab aeterno mutuo ſe conſequentium apud AVL. GELLIVM *noct. Attic. lib. VII. cap. VI.* Res vero indicaturus, quae ſacro hoc

nodo

nodo colligatae inter ſe atque connexae ſint, adeoque ineluctabili fati neceſſitati obnoxiae, in ſequentibus Deum quoque ceterasque mundi partes nominat. Idque et alibi innuit, quando hunc in modum verba facit: πολλάκις ἐνθυμοῦ τὴν ἐπισύνθεσιν πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ σχέσιν πρὸς ἄλληλα. τρόπον γάρ τινα πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται, καὶ πάντα κατὰ τοῦτο φίλα ἀλλήλοις ἐστί. καὶ γὰρ ἄλλοι ἑξῆς ἐστι τοῦτο, διὰ τὴν τυπικὴν κίνησιν καὶ σύμπνοιαν, καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς οὐσίας. *Saepenumero cogita de omnium in hoc vniuerſo rerum connexu, mutuaue adfectione. Quodam enim modo omnia inuicem ſunt implicata, eaque ratione amica mutuo. Aliud enim ex alio conſequitur, propter conſtantem motum ac conſpirationem et vnitionem ſubſtantiae. lib. VI. §. XXIIX.* Nec abludunt quando quid fati nomine intelligat, ita explicat: ὅλως γὰρ ἁρμονία ἐστὶ μία. καὶ ὥσπερ ἐκ πάντων τῶν σωμάτων ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληροῦται, οὕτως ἐκ πάντων τῶν αἰτιῶν ἡ εἱμαρμένη τοιαύτη αἰτία συμπληροῦται. *Omnino enim vna quaedam eſt harmonia: atque vt hoc vniuerſum ex omnibus corporibus in tale quoddam corpus coagmentatum eſt, ita ex omnibus cauſſis fatum talis quaedam ſuprema cauſſa conſummatur, lib. V. §. VI.* Atque hinc diiudicandum quando alibi rurſus a fato rationem diſtinguit: ὅτι πᾶν τὸ συμβαῖνον, δικαίως συμβαίνει, ὃ ἐὰν ἀκριβῶς παραφυλάσσῃς, εὑρήσεις. οὐ λέγω μόνον κατὰ τὸ ἑξῆς, ἀλλ᾽ ὅτι κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ ὡς ἂν ὑπό τινος ἀπονέμοντος τὸ κατὰ ἀξίαν. *Quidquid accidit, iuſte accidit: quod ſi diligenter obſerues, ita habere inuenies: atque hoc dico, non tantum cauſſarum conſequentia* (h. e. fato) *ita fieri, ſed etiam ratione iuſtitiae, et ab aliquo quod tribuit vnicuique pro dignitate ſuum. lib. IIII. §. VII.* Ceterum quae hinc ad adfectus compeſcendos remedia ducit, aut hominis officia, ea deinceps ſuo loco demonſtrabuntur. Hic viam nobis ad talia muniuiſſe ſufficiat.

§. XIIII. Denique et Deum pro orbis et vniuerſi humani generis conditore agnoſcit ANTONINVS. Ἡ τοῦ ὅλου φύσις, inquit, ἐπὶ τὴν κοσμοποιΐαν ὥρμησεν. *Vniuerſi natura* (h. e. Deus) *olim cum mundum conderet, conſilio et deliberatione vſa eſt. lib. VII. §. XLVII.* Poſtea addit, praecipuum in-

inter res creatas locum obtinere τὰ λογιστικὰ (ita enim ſecundum CASAVBONVM legendum) ea quae ratione praedita ſunt, ſeu homines, adeoque praecipue diuinam illis proſpicere prouidentiam; id quod iterum ex ſectae ſuae diſciplina docet; hinc et ex mente ſententiaque Stoicorum intelligendum eſt. Stoicorum magiſter ZENO Deum adpellat *verbum*, TERTVLLIANO teſte in *apolog. cap. XXI. cumque* determinat *factitatorem vniuerſitatis, qui cuncta in diſpoſitione formauerit. Hoc Cleanthes in ſpiritum congerit, quem permeatorem vniuerſitatis adfirmat.* SENECA mundum ſtatuit habuiſſe natalem, cum in hunc habitum ex informi vnitate discesſit in *quaeſt. nat. lib. III. cap. XXX.* In ſpecie animantium hominumque fabricam diuinae ſolertiae ita tribuebant Stoici, vt tempus aliquod fuiſſe putarint, cum animantes non esſent, auctore CENSORINO de *die natali cap. IIII.*

§. XV. Nec enim huic adſerto mundi aeternitas, a Stoicis, vt quidam putant, adſerta, obſtat. Neque vero cum PLATONE vnicum ſtatuebant in perpetuum absque vniuerſali deflagratione duraturum mundum, ſed mundos infinitos continuo ſibi circulo ſuccedentes, ita vt vno per ἐκπύρωσιν pereunte alter renaſceretur; quemadmodum autem in ἐκπυρώσει ita cuncta ſecundum eos intereunt:

Caeli regia cedere concidet,
Certos atque obitus trahet,
Atque omnes pariter deos,
Perdet mors aliqua et chaos.

teſte SENECA in *Hercule Octaeo act. III. p. 318.* ſic cuncta quoque redeunt, et virtute ignis omnia conſumentis, omnia quoque reſurgunt, nouumque et meliorem habitum induunt. DIOGENES LAERTIVS in *vita Zenonis* ſiue *lib. VII. ſect. CXXXIIII.* et *CXXXVII.* ignem iſtum Stoicorum Deum ſummum, abſumere in ſe omnem esſentiam, rurſusque ex ſe generare autumat. add. IVSTVS LIPSIVS *phyſiolog. Stoicor. lib. I. disſertat. IIII. p. 12. ſeqq.* et *lib. II. disſertat. XXII. p. 107. ſeqq.* Atque huc nonnulli iſtud ANTONINI trahunt: Πάντα τὰ ὑποκείμενα τάχιστα μεταβάλλει. καὶ ἤτοι ἐκθυμαθήσεται, εἴπερ ἥνωται ἡ οὐσία. *Omnia ſubiecta celerrime*

mu-

mutantur, et aut in halitum reſoluuntur, ſiquidem omnium rerum in vnam ſubſtantiam futura eſt recollectio; lib. VI. §. III. Alii tamen non tam de rerum omnium per ἐκπύρωσιν in Deum reſolutione hoc intelligunt quam potius ad quotidianam rerum mutatarum ἀναθυμίασιν referunt. Cum itaque poſt ἐκπύρωσιν cuncta a Numine reducebantur, ipſique etiam homines prodirent, hinc creationem Deo tribuebant: atque ita et ANTONINVS intelligendus, cum omnia a Deo creata eſſe autumat.

SECTIO QVARTA
DE HOMINE.

SVmmum bonum, cuius auctor eſt Deus, vt obtineri ab homine poſſit, partim nonnulla ei ſunt praeſtanda, partim obſtacula ac impedimenta remouenda, ſiue compeſcendi coercendique ſunt adfectus. Vtrumque et recte tradi, et percipi nequit, niſi naturam hominis cognitam habeamus et exploratam. De homine igitur quid Stoici ſentiant, breuiter eſt ediſſerendum.

§. II. Ad dignitatem hominis, et officium eius ſignificandum haec Stoicorum deſcriptio pertinet, qua eum ciuem ſupremae ciuitatis h. e. mundi adpellitant. Οὐδὲν γὰρ, inquit ANTONINVS, οὕτως μεγαλοφροσύνης ποιητικὸν, ὡς τὸ ἐλέγχειν ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἕκαστον τῶν τῷ βίῳ ὑποπιπτόντων δύνασθαι, καὶ τὸ ἀεὶ οὕτως εἰς αὐτὰ ὁρᾷν, ὥστε συνεπιβάλλειν, ὁποίῳ τινὶ τῷ κόσμῳ, ὁποίαν τίνα τοῦτο χρείαν παρεχόμενον· τίνα μὲν ἔχει ἀξίαν ὡς πρὸς τὸ ὅλον, τίνα δὲ ὡς πρὸς τὸν ἄνθρωπον πολίτην ὄντα πόλεως τῆς ἀνωτάτης, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις ὥσπερ οἰκίαι εἰσὶν. *Nihil enim perinde animum magnitudine extollit, ac via et vere poſſe ſingula, quae in hac vita nobis occurrunt, examinare, atque eo modo ſemper intueri, vt vna deprehendatur, cuinam vniuerſi parti vnumquodque vſui ſit, quo in pretio habendum cum ipſius vniuerſi ratione, tum hominis, qui ciuis eſt ſupremae ciuitatis, ac cuius quaſi domus ſunt reliquae ciuitates. lib. III. §. IX.* Sic et: εἰ τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινὸν, καὶ ὁ λόγος καθ᾽ ὃν λογικοί ἐσμεν κοινὸς·

εἰ τοῦ·

εἰ τοῦτο, καὶ ὁ προστακτικὸς τῶν ποιητέων, ἢ μὴ λόγος κοινός· εἰ τοῦτο, καὶ ὁ νόμος κοινός· εἰ τοῦτο, πολῖται ἐσμέν· εἰ τοῦτο, πολιτεύματός τινος μετέχομεν· εἰ τοῦτο, ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις ἐστί. τίνος γὰρ ἄλλου φήσει τις τὸ τῶν ἀνθρώπων πᾶν γένος κοινοῦ πολιτεύματος μετέχειν; ἐκεῖθεν δὲ ἐκ τῆς κοινῆς ταύτης πόλεως, καὶ αὐτὸ τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν καὶ νομικὸν ἡμῖν, ἢ πόθεν; Si intelligentia esſe praeditum, hominibus nobis inter nos eſt commune, erit et ratio, ob quam illud nobis adeſt, communis: ſin haec, etiam ratio quae praecipit quid agendum ſit, quid omittendum, communis erit omnium: proinde et lex. Quod ſi ita habet, ciues ſumus: ergo ciuitatis alicuius participes. Quo relinquitur, mundum ciuitatis loco esſe: cuius enim alius ciuitatis dicere posſemus communionem esſe humano generi? vtrum itaque ex hac communi ciuitate nobis esſe capacibus intelligentiae, vti ratione et lege, datum eſt, an aliunde? lib. IIII. §. IIII. et *lib. IIII. §. XXIII. ἐκεῖνος μέν φησι, πόλι φίλη Κέκροπος. σὺ δὲ οὐκ ἐρεῖς, ὦ πόλι φίλη Διός; Quidam dixit, o cara Cecropis ciuitas. Ego autem de te, o munde, cur non dicam, o cara Dei ciuitas!* add. et *lib. V. §. XXII.* Non male prorſus haec docebant Stoici: ſed in eo aberrabant, quod vrbem hanc diis hominibusque communem adſerebant, adeoque Numini adaequabant homines. vid. SENECA *conſolat. ad Marciam cap. XVIII.* Sed nihil ſolemnius eſt ANTONINO quam haec inculcare. vid. *lib. VII. §. IX. VIII. XXIX. X. VI. XI. VII. XIIX.* alibique.

§. III. Sed penitius nobis introſpicienda eſt natura hominis. Singulas ergo eius perluſtrabimus, duce ANTONINO, partes. Hic vero ſtatim ſine ambagibus quid ſentiat, pronuntiat, *ὅ, τί ποτε τοῦτό εἰμι, σαρκία ἐστὶ, καὶ πνευμάτιον, καὶ τὸ ἡγεμονικόν. Hoc quidquid ego ſum, id omne conſtat caruncula, animula et mente. lib. I. §. XVI.* et *lib. XII. §. III. τρία ἐστὶν ἐξ ὧν συνέστηκας· σωμάτιον, πνευμάτιον, νοῦς. τούτων τ᾽ ἄλλα μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι δεῖν, σά ἐστι. τὸ δὲ τρίτον μόνον κυρίως σόν. Tria ſunt ex quibus conſtas: corpus, anima, mens. Priora duo tantum ea ratione tua ſunt, quatenus eorum tutela tibi commisſa eſt. Tertium ſolum vere tuum eſt;* et hasce quidem partes, ſuis quaſi functionibus a ſe discerni con-

tendit: σώματος αἰσθήσεις, ψυχῆς ὁρμαί, νοῦ δόγματα. *corporis ſunt ſenſus, animi adpetitus, mentis praecepta. lib. III. §. XVI.* Vbi perperam quidem DACERIVS iſtud ex *1. Theſſal. V. 23.* trahit, vt oſtendat, cum ANTONINO hic conſentire diuum Paulum. Nimirum tres hominis partes conſtituit, animamque a mente, quae ſaepius ANTONINO τὸ ἡγεμονικὸν dicitur, diſcernit: illa vero ei eſt, qua ſentimus viuimusque, haec, qua intelligimus ſapimusque; ſicuti et LACTANTIVS dixit: *Non eſt idem mens et anima: aliud enim eſt quo viuimus, aliud quo cogitamus; diuinar. inſtit. lib. VII. cap. XII.*

§. IIII. Mentem praeterea diuinae esſentiae partem docebat ANTONINVS. Sic *lib. I. §. XV.* demonſtraturus nefas esſe alteri iraſci, ex eo, quod omnes homines cognati inter ſe ſint, addit: οὐχὶ αἵματος ἢ σπέρματος τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ νοῦ, καὶ θείας ἀπομοίρας μέτοχος. *non quia eiusdem carnis eſt aut ſeminis, ſed mentis & diuinae particulae particeps*; et *lib. XII. §. XXVI.* ἐπελάθου δὲ καὶ τοῦ, ὅτι ὁ ἑκάστου νοῦς θεὸς, καὶ ἐκεῖθεν ἐῤῥύηκε. *Oblitus es etiam mentem vnius cuiusque esſe Deum, et inde fluxisſe.* Pariter et εἰς μὲν, inquit, τὰ ἄλογα ζῶα, μία ψυχὴ διῄρηται· εἰς δὲ τὰ λογικὰ μία νοερὰ ψυχὴ μεμέρισται. ὥσπερ καὶ μία γῆ ἐστὶν ἁπάντων τῶν γεωδῶν, καὶ ἑνὶ φωτὶ ὁρῶμεν, καὶ ἕνα ἀέρα ἀναπνέομεν, ὅσα ὁρατικὰ καὶ ἔμψυχα πάντα. *Vna anima brutis animantibus eſt distributa: vna mens rationem adeptis: quemadmodum vna eſt terrenorum terra, et vnam lucem videmus, vnum aërem trahimus, quaecumque videndi et viuendi vim habemus; lib. IX. §. VIII.* Quam ſententiam in antiquis haereticis confutarunt eccleſiae veteris doctores, praeſertim AVGVSTINVS de *origine animae cap. II.*

§. V. Enimuero cum partem diuinae esſentiae, per orbem vniuerſum diffuſae, vnusquisque homo poſſideat: iam quo pacto SENECA dixerit *epiſt. XLI. bonus vir ſine Deo nemo eſt,* intelligi poterat. Nimirum *mens* hominis, ſeu τὸ ἡγεμονικὸν *Dei* nomine quandoque Stoicis venit, ipſo iterum SENECA ſuo teſtimonio hoc comprobante: *animum bonum et rectum quid hunc aliud voces, quam Deum in humano corpore hoſpitantem;*

tem; epiſt. XXXII. Atque ita omnino intelligendum eſt, quod ANTONINVS dixit: *ἔτι δὲ ὁ ἐν σοὶ θεὸς, ἔστω προστάτης ζώου ἄῤῥενος, καὶ πρεσβύτου, καὶ πολιτικοῦ, καὶ Ῥωμαίου, καὶ ἄρχοντος ἀνατεταχότος ἑαυτὸν, οἷος ἂν εἴη τις περιμένων τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ τοῦ βίου εὔλυτος. Enimuero Deus qui in te ineſt, praeſit tibi, masculo animanti, ſeni, ciui, romano, ac principi, qui ſe ita comparauerit, vt ſi tubae ſonitum, quae receptui canat ex hac vita, ſolutus et expeditus exſpectet* etc. *lib. III. §. V.*

§. VI. Quin ſaepius mens ſeu *τὸ ἡγεμονικὸν genii* quoque nomine Stoicis veniebat. Atqui ita rurſus intelligendus eſt ANTONINVS, quando ita verba facit: *εἰ δὲ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτοῦ τοῦ ἐνιδρυμένου ἐν σοὶ δαίμονος, τάς τε ἰδίας ὁρμὰς ὑποτεταχότος ἑαυτῷ, καὶ τὰς φαντασίας ἐξετάζοντος, καὶ τῶν αἰσθητικῶν πείσεων, ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγεν ἑαυτὸν ἀφειλκυκότος, καὶ τοῖς θεοῖς ὑποτεταχότος ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἀνθρώπων προκηδομένου. Sin eo qui in te eſt collocatus genio nihil praeſtantius inuenis, qui et adpetitus ſibi ipſi ſubiecit, et viſa examinat, et ab adfectionibus ſenſuum (vt dicebat Socrates) ſeipſum abduxit, ſeque Deo ſubmiſit, et hominum curam gerit; lib. III. §. VI.* Sic et: *ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῇς, ἑπόμενος τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐσπουδασμένως, ἐῤῥωμένως, εὐμενῶς, καὶ μηδὲν παρεμπόρευμα, ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα καθαρὸν ἑστῶτα τηρῇς, ὡς εἰ καὶ ἤδη ἀποδοῦναι δέοι· ἐὰν τοῦτο συνάπτῃς μηδὲν περιμένων, μηδὲ φεύγων, ἀλλὰ τῇ παρούσῃ κατὰ φύσιν ἐνεργείᾳ, καὶ τῇ ὧν λέγεις καὶ φθέγγῃ, ἡρωϊκῇ ἀληθείᾳ ἀρκούμενος, εὐζωήσεις. ἔστι δὲ οὐδεὶς ὁ τοῦτο κωλῦσαι δυνάμενος. Si rectam rationem ſequens, id quod inſtat agas diligenter, firmiter, aequo animo, neque inſtituto negotio alia admiſceas, ſed tuum genium ſincerum conſerues, perinde ac ſi iam is dimittendus tibi eſſet; atque ita ſi perſeueres, nihil exſpectans, nihil fugiens, ſed eo quod in praeſentia ſecundum naturam agis, et heroica in dictis veritate contentus, bene viue. Nemo autem qui hoc impedire posſit. lib. III. §.* XII. et *§. XVI.* proprium viri boni eſſe ait, *φιλεῖν μὲν καὶ ἀσπάζεσθαι τὰ συμβαίνοντα καὶ συγκλωθόμενα αὐτῷ· τὸν δὲ ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρυμένον δαίμονα, μὴ φύρειν, μηδὲ θορυβεῖν ὄχλῳ φαντασιῶν,*

σιῶν, ἀλλὰ ἵλεων διατηρεῖν, κοσμίως ἑπόμενον ὡς θεῷ. *aequo animo ferre ea quae accidunt, fatoque ei eueniunt; in pectore collocatum genium non miſcere, neque turba viſorum perturbare, ſed quietum ſeruare, eique decenter tamquam Deo obſequi.* Vtrumque coniungit, mentemque et Deum et genium ſuum vocat *lib. V. §. X.* ἔξεστί μοι μηδὲν πράσσειν παρὰ τὸν ἐμὸν θεὸν καὶ δαίμονα. οὐδεὶς γὰρ ὁ ἀναγκάσων τοῦτον παραβῆναι. *licet mihi nihil agere quod contra Deum geniumque meum ſit; nemo enim ad hoc me compellere poteſt.* Atque haec eiusmodi ſunt, vt nemo de iis dubitare queat. Namque per genium mentem hominis ſe intelligere perſpicue ſatis ipſe innuit ANTONINVS: Συζῇ δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις· ποιοῦσαν δὲ ὅσα βούλεται ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. οὗτος δέ ἐστιν, ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος. *Vitam vero cum diis agit, qui continenter iis ſuum animum ostendit probantem ea, quae ipſi fatum tribuit, agentemque ea, quae genio placita ſunt, quem Iupiter, ſuae quamdam particulam naturae, vnicuique praeſidem ducemque dedit nimirum* mentem *atque* rationem; *lib. V. §. XXVII.* Hinc vero doctiſſimus vir IOANNES SELDENVS documentum capit, intellectum agentem ex mente aliorum veterum philoſophorum ab ANTONINO quoque Stoicisque adſeri; *lib. I. de iur. nat. et gent. cap. II.* Ita quippe ſe res habet. Nonnullis veterum philoſophorum, praeſertim Platonicis, quin ipſi PLATONI intellectus agentis nomine veniebat intellectus vniuerſalis, omnium conditor, h. e. Deus. Quod qui adſerunt, in eo conueniunt cum Stoicis, quod diuinam eſſentiam per omnes quaſi homines diffuſam eſſe, arbitrari videantur. Sed accuratius ſi rem aeſtimes, discrimen inter ſententiam Stoicorum et Platonicorum aliorumque philoſophorum haud difficulter deprehendes. Id quod discutere accuratius mei nunc inſtituti non permittit ratio. vid. interim doctores Conimbricenſes in *lib. III. Ariſtot. de anima cap. V. quaeſt. I. art. I.* Iſtud vero praetermittendum non eſt, in eo etiam cum Platonicis conueniſſe Stoicos, quod mens quandoque genii nomine vtrisque venerit. Definiebat enim PLATO felicitatem,

tein, *genium habere felicem; genium autem dici animae no-ſtrae principale.*

§. VII. Sed ad naturam mentis humanae eo rectius cogno-ſcendam, apprime faciunt quae ANTONINVS *lib. XI. §. I.* diſſerit. Quae ſi accuratius interpretari coner, operae me facturum pretium arbitror. Τὰ ἴδια, inquit, τῆς λογικῆς ψυχῆς· ἑαυτὴν ὁρᾷ, ἑαυτὴν διαρθροῖ, ἑαυτὴν ὁποίαν ἂν βούληται ποιεῖ, τὸν καρπὸν ὃν φέρει αὐτὴ καρποῦται· τοὺς γὰρ τῶν φυτῶν καρποὺς, καὶ τὸ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ζώων, ἄλλοι καρποῦνται· τοῦ ἰδίου τέλους τυγχάνει, ὅπου ἂν τὸ τοῦ βίου πέρας ἐπιστῇ. οὐχ ὥσπερ ἐπὶ ὀρχήσεως καὶ ὑποκρίσεως καὶ τῶν τοιούτων ἀτελὴς γίνεται ἡ ὅλη πρᾶξις ἐάν τι ἐγκόψῃ· ἀλλ' ἐπὶ παντὸς μέρους, καὶ ὅπου ἂν καταληφθῇ, πλῆρες καὶ ἀπροσδεὲς ἑαυτῇ τὸ προτεθὲν ποιεῖ, ὥστε εἰπεῖν, ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμά. ἔτι δὲ περιέρχεται τὸν ὅλον κόσμον, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν κενὸν, καὶ τὸ σχῆμα αὐτοῦ, καὶ εἰς τὴν ἀπειρίαν τοῦ αἰῶνος ἐκτείνεται, καὶ τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων ἐμπεριλαμβάνει, καὶ περινοεῖ, καὶ θεωρεῖ, ὅτι οὐδὲν νεώτερον ὄψονται οἱ μεθ' ἡμᾶς, οὐδὲ περιττότερον εἶδον οἱ πρὸ ἡμῶν· ἀλλὰ τρόπον τινὰ ὁ τεσσαρακοντούτης, ἐὰν νοῦν ὁποσονοῦν ἔχῃ, πάντα τὰ γεγονότα, καὶ τὰ ἐσόμενα ἑώρακε κατὰ τὸ ὁμοειδές. ἴδιον δὲ λογικῆς ψυχῆς, καὶ τὸ φιλεῖν τοὺς πλησίον, καὶ ἀλήθεια, καὶ αἰδὼς, καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτῆς προτιμᾶν, ὅπερ ἴδιον καὶ νόμου. οὕτως ἄρ' οὐδὲν διήνεγκε λόγος ὀρθὸς, καὶ λόγος δικαιοσύνης. *Haec propria ſunt animi ratione praediti: ſe ipſum videt, ſe ipſum componit: ſe ipſum talem qualem vult, efficit; fructus quos fert (cum plantarum fructus, atque etiam animalium, alii percipiant) ipſe percipit: ſuum finem conſequitur, quicumque vitae ſit terminus: non enim vt in ſaltatione, et agendis fabulis, aliisque id genus rebus fit, vt ſi quid interrumpat, tota actio fiat irrita, ita animus: ſed is quacumque in parte, vbicumque deprehendatur, id quod ablatum eſt, perfectum et nullius porro rei indigum reddit, ita vt dicere posſit: ſe ſuum habere. Totum praeterea mundum eique inane circumdatum, et figuram eius pererrat, et in ipſam aeui aeternitatem protenditur, et certis temporum periodis circumſcriptam vniuerſi regenerationem complectitur, et contemplatur; vnde et illud in-*

telligit, neque nouum aliquid poſteris euenturum, neque eos qui ante nos fuere, quidquam nobis amplius vidiſſe: ſed quod is qui eſt quadraginta annorum, ſi plane fatuus non ſit, fere omnia praeterita et futura videt, cum omnia ſint eiusdem formae. Haec quoque ei ſunt propria, amor proximi, veritas, verecundia et vt nihil ipſe ſibi praeferat: quod quidem ei cum lege eſt commune; ita vt nihil interſit inter rectam rationem, et rationem iuſtitiae. Quod igitur initio dicit animum ſe ipſum videre, hoc DACERIVS ita explicat: *Il n'eſt pas de l'ame comme des yeux du corps; ceux-cy ne peuvent ſe voir que dans un miroir ou dans un autre oeuil: au lieu que l'ame ſe voit elle-même ſe connoit en elle-même, et ce qui eſt encore plus conſiderable, elle connoit en elle la ſouveraine ſageſſe, c'eſt-à-dire, Dieu. Mais d'un autre côté auſſi elle n'a pas plus davantage que les yeux: car ſi les yeux ne peuvent voir que quand ils ſont éclairez par une lumiere qui eſt hors d'eux, l'ame ne peut voir non plus que quand elle eſt éclairée par la lumiere éternelle et vivante pour peu qu'elle s'éloigne de cet objet, et qu'elle s'attache aux objets grosſiers et palpables, elle tombe dans de profondes tenebres, et n'eſt plus qu'aveuglement.* in *not.* ad *h. l. tom. II. p.* 200. Praeterea cum addit: *ſe ipſum componit, et talem, qualem vult, efficit;* talem actionem animae innuit, qua luculentisſime a corpore discernitur. Porro addit: *fructus quos fert, ipſe percipit;* fructus animae nimirum ſunt virtutes, quas auctore DACERIO *l. c.* ſacra ſcriptura *fructus ſpiritus* vocat; corporis contra, vel ſtilo apoſtoli, *carnis fructus* ſunt, qui illis ſunt oppoſiti. Suos itaque fructus anima percipit, dum ex eis in animam iterum laetitia quaedam redundat: id quod ſecus in corporis ſeſe habet fructibus. Rurſus aliud animae et corporis inde elucet discrimen, quod illa, vt ANTONINVS loquitur, ſuum finem conſequatur, quicumque vitae ſit terminus, id quod DACERIVS ita explicat: *A quelque heure que la mort arrive, l'ame eſt en état de partir; car elle eſt à ſa perfection, elle eſt toûjours entiere et parfaite; et non ſeulement cela, mais elle fait encore que ſon entrée dans le monde, quelque courte qu'elle ſoit, eſt comme une piece de theatre qui a toutes ſes parties. Il n'en eſt pas de même du corps,* in *not.* ad *h. l.*

tom.

tom. II. p. 201. Praecipue vero iſta mentis operatio, qua proxime ad diuinitatem accedere videtur, quod, vt ANTONINVS inquit, totum mundum pererrat, et in ipſam aeui aeternitatem protenditur, et certis temporum periodis circumſcriptam vniuerſi regenerationem complectitur et contemplatur, eius et corporis differentiam luculenter teſtatur. Omnes philoſophos, ad ſpiritualitatem ac immortalitatem animae comprobandam, hoc argumento vſos fuiſſe, obſeruat DACERIVS ad *h. l. tom. II. p. 202.* et iſtud addit: *En effet ſi elle n'eſtoit pas ſpirituelle et immortelle, elle ne ſeroit nullement capable des proprietez que Dieu luy a communiquées, comme de n'eſtre rien d'étendu dans l'eſpace; de meſurer l'éternité; de comprendre l'infini; de penetrer dans les cieux et dans les abymes de la terre; et de joüir de la contemplation de l'immenſité de Dieu, comme ſi elle n'avoit avec luy que les mêmes bornes: proprietez que la matiere ne peut jamais recevoir.* Nec vero cetera quibus hic ANTONINVS idem euincit documenta, minus clara ſunt atque perſpicua, atque inſigne eum inter corpus et animam conſtituiſſe diſcrimen, condocent; quamuis haud dubie omnia ex mente ſententiaque Stoicorum ſint intelligenda.

§. VIII. De immortalitate animae ambigue loquitur ANTONINVS: *ὁ τὸν θάνατον φοβούμενος, ἤτοι ἀναισθησίαν φοβεῖται, ἢ αἴσθησιν ἑτεροίαν. ἀλλ' εἴτε οὐκέτι αἴσθησιν, οὐδὲ κακοῦ τινος αἰσθήσῃ· εἴτε ἀλλοιοτέραν αἴσθησιν κτήσῃ, ἀλλοῖον ζῶον ἔσῃ, καὶ ζῆν οὐ παύσῃ. Qui mortem metuit, aut amisſionem ſenſuum timet, aut diuerſum ſenſum. Quod ſi amittet ſenſum, nihil vtique mali ſentiet: ſin alium ſenſum adipiſcetur, aliud erit animal, neque amittit vitam. lib. VIII. §. LVIII.* Enimuero videtur ANTONINVS hic ad alienam ſententiam ſe accommodare. Cum enim ad mortis contemtum homines ſtudeat adducere, faciendum id eſſe probat et ab iis, qui immortales animas eſſe credunt, et ab iis, qui mortales. Atque ita Socrates, cum immortalitatem animae praeclaris adſtruxiſſet argumentis, quae PLATO refert in *Phaedone*, quibusdam locis tamen id videtur dubie proponere, hominum, quibuscum illi commercium intercedebat, genio ſeſe

attemperans. Quamobrem ad hanc Socratis diſputationem attendens CATO apud CICERONEM in *Caton. mai.* et CICERO ipſe *lib. I. Tuſculan. quaeſtion.* cum ex ſententia ſua diſputat, poſtquam ex animi immortalitate ſolatium mortis petiit, ne iis quidem valde timendam eſſe mortem ostendit, qui animas interire exiſtimant. Sic et moriens Cyrus apud XENOPHONTEM *lib. VIII. Cyropaed. cap. VII. p. 548.* edit. Oxonienſis, quae anno MDCCIII. prodiit; poſtquam animum ſuum corpori ſuperſtitem futurum, propterea que colendum dixit, ſubiicit illico, etiamſi animus eſſet interiturus, deos tamen eſſe pertimeſcendos. Atque ita excuſari aut defendi ANTONINVS potuiſſet, niſi apertius ipſe ſuam prodidiſſet mentem, dum Ἐνυπέστης ὡς μέρος, inquit, ἐναφανισθήσῃ τῷ γεννήσαντι· μᾶλλον δὲ ἀναληφθήσῃ εἰς τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν σπερματικὸν κατὰ μεταβολήν. *Hactenus, vt pars, vita ſuppetente, ſubſtitiſti: in illud ipſum quod te produxit, moriturus aboleberis: aut potius facta mutatione, ad mentem eam, quae eſt reliquarum origo adſumeris; lib. IIII. §. XIIII.* Nimirum cum Stoicis ſuis aliisque philoſophis Deum hic pro animarum fonte venditat, adeoque poſt mortem animum hominis iterum in eſſentiam diuinam mutatum iri arbitratur: qua de re alibi iam diſſerui. Huc et iſtud pertinet: οὕτως αἱ εἰς τὸν ἀέρα μεθιστάμεναι ψυχαὶ, ἐπὶ πόσον συμμείνασαι, μεταβάλλουσι, καὶ χέονται, καὶ ἐξάπτονται, εἰς τὸν τῶν ὅλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβανόμεναι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον χώραν ταῖς προσυνοικιζομέναις παρέχουσι. *Sic animae in aërem ſubuectae, quum aliquamdiu ibi perſtiterunt, ſeu fuſae ſeu accenſae mutantur et ad mentem omnium aliarum genitricem adiunguntur, eaque ratione aliis aduentantibus locum cedunt. lib. IIII. §. XXI.*

§. IX. Ceterum in mente hominis duas iterum deprehendimus facultates, intellectum et voluntatem. Intellectus ANTONINO *lumen mentis* dicitur, quo veram tum aliarum omnium rerum naturam, tum ſuam ipſius perſpicit ac contemplatur. Ita enim diſerte ait: Σφαῖρα ψυχῆς αὐτοειδὴς, ὅταν μήτε ἐκτείνηται ἐπί τι, μήτε ἔσω συντρέχῃ, μήτε συνιζάνῃ, ἀλλὰ φωτὶ λάμπηται, ᾧ τὴν ἀλήθειαν ὁρᾷ τὴν πάν-

τῶν,

των, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ. *Anima globo ſimilis eſt, figurae aequabilis, quando neque effert ſe, neque contrahit, neque ſubſidit, ſed lumine fulget, quo veram tum aliarum omnium rerum naturam, tum ſuam ipſius perſpicit, ac contemplatur. lib. XI. §. XII.* Globo ſimilem mentem dixit; idque ad perfectionem eius ſignificandam pertinet: quemadmodum et HORATIVS de homine ſapiente ex diſciplina Stoicorum dixit:

- - Et in ſe ipſo totus teres atque rotundus
Externi ne quid valeat per leue morari.

lib. II. ſat. VII. Eſt enim figura ſphaerica perfectisſima, vt pluribus in *Timaeo* Platonis docetur. Sed quod ſtatim de intellectu addit, animam lumine fulgere, quo omnia contemplatur ac perſpicit, hoc ipſo quidem innuit, vt DACERIVS putat, quod intellectus hominis a Deo illuminetur: cui illuminationi tamen ſaepius homo ipſe obſtacula ponit vitiis ſuis ſceleribusque. Sed ipſe verba faciat DACERIVS: *Quand un corps rond eſt eclairé par quelque lumiere, les enfoncemens, et les bosſes qui ſe rencontreront dans ce corps y cauſeront des obſcuritez, parce qu'ils empêcheront la lumiere de s'étendre également par tout, et d'éclairer toutes ſes parties. Il en eſt de même de l'ame, pendant qu'elle eſt égale et arrondie en elle-même, elle reçoit également par tout la lumiere dont il plait à Dieu de l'éclairer. Mais des que le vice y fait des enfoncemens ou des bosſes, il empêche necesſairement le cours de cette lumiere celeſte et la plonge dans une profonde obſcurité.* in *not.* ad *h. l. tome II. p. 215.* Nimirum haec ANTONINI verba: *lumine fulget*; non de ipſo intellectu, ſed de lumine diuino intelligit DACERIVS, cuius beneficio longe accuratius tum ſe ipſam, tum alias res cognoſcere ac contemplari poteſt: *comme nôtre ame n'eſt pas ſa propre lumiere à elle-même, elle ne peut voir la verité des choſes, ny la verité qui eſt en elle, c'eſt-à-dire, connoitre biens ſon esſence et ſon exiſtence, que dans la raiſon univerſelle, par les lumieres dont il plait à Dieu de l'éclairer. l. c.*

§. X. Ad voluntatem vero quod attinet, eius libertatem ſi quis alias, certe ANTONINVS praeclare adſeruit. Namque et *lib. VIII. §. XLI.* diſerte docet, principem hominis

partem ſiue mentem ſemper ſuum obtinere dominium; et *§. XLVIII.* eiusdem libri: Μέμνησο, ὅτι ἀκαταμάχητον γίνεται τὸ ἡγεμονικὸν, ὅταν εἰς ἑαυτὸ συστραφὲν ἀρκεσθῇ ἑαυτῷ, μὴ ποιοῦντι ὃ μὴ θέλει, κἂν ἀλόγως παρατάξηται. *Memento, partem tui principem inuictam euadere, cum in ſe tota collecta in hoc ſuo bono, vt ad felicitatem ſibi ſufficienti adquieſcit, quod inuita cogi non poſſit, etiamſi non inſtructa ratione pugnam conferat;* h. e. tanta eſt voluntatis noſtrae libertas, vt ſi velit etiam ea, quae rationi contraria ſunt, cogi tamen nequeat: addit: τί οὖν ὅταν καὶ μετὰ λόγου περιεσκεμμένως κρίνῃ περί τινος; διὰ τοῦτο ἀκρόπολίς ἐστιν ἡ ἐλευθέρα παθῶν διάνοια. οὐδὲν γὰρ ὀχυρώτερον ἔχει ἄνθρωπος, ἐφ' ὃ καταφυγὼν ἀνάλωτος λοιπὸν ἂν εἴη. ὁ μὲν οὖν μὴ ἑωρακὼς τοῦτο, ἀμαθής. ὁ δὲ ἑωρακὼς καὶ μὴ καταφεύγων, ἀτυχής. *Quid ergo fiet, ſi etiam a ratione parata, circumſpecte de rebus iudicet? Itaque mens ab adfectibus libera, arx eſt: nihil enim munitius homo habet, quo refugiens ſuperari non poſſit. Id qui non vidit, indoctus eſt: qui vidit, neque eo refugit, infortunatus.* Et luculentisſime alibi: τῷ μὲν οὖν κυλίνδρῳ, οὐ πανταχοῦ δίδοται φέρεσθαι τὴν ἰδίαν κίνησιν. οὐδὲ τῷ ὕδατι, οὐδὲ πυρὶ, οὐδὲ τοῖς ἄλλοις, ὅσα ὑπὸ φύσεως ἢ ψυχῆς ἀλόγου διοικεῖται· τὰ γὰρ διείργοντα καὶ ἐνιστάμενα πολλά. νοῦς δὲ καὶ λόγος διὰ παντὸς τοῦ ἀντιπίπτοντος οὕτως πορεύεσθαι δύναται, ὡς πέφυκε, καὶ ὡς θέλει· *Nam cylindro quidem non datur, vt quouis loco feratur ſuo proprio motu; vt neque aquae, neque igni, neque aliis, quae a natura aut anima rationis experte reguntur: multa enim ſunt quae obſtent eis, et intercipiant. Mens autem, ſiue ratio, per omnia quae reſiſtunt pergere poteſt ſecundum ſuam naturam et voluntatem. lib. X. §. XXXIII.* Praeclare et ἐπεφύκεις γὰρ, inquit, μέρος. νῦν σεαυτὸν ἀπέκοψας. ἀλλ' ὧδε κόμψον ἐκεῖνο, ὅτι ἔξεστί σοι πάλιν ἑνῶσαι σεαυτόν. τοῦτο ἄλλῳ μέρει οὐδενὶ θεὸς ἐπέτρεψεν, χωρισθέντι, καὶ διακοπέντι, πάλιν συνελθεῖν. ἀλλὰ σκέψαι τὴν χρηστότητα, ᾗ τετίμηκε τὸν ἄνθρωπον. καὶ γὰρ ἵνα τὴν ἀρχὴν μὴ ἀποῤῥαγῇ ἀπὸ τοῦ ὅλου, ἐπ' αὐτῷ ἐποίησε· καὶ ἀποῤῥαγὲν πάλιν ἐπανελθεῖν, καὶ συμφῦναι, καὶ τὴν τοῦ μέρους τάξιν ἀπολαβεῖν ἐποίησεν. *Natura quidem tu quoque pars,* (ſcil. vniuerſi) *vt*

tu

tu te ipſum nunc abſcidiſti (ſcil. per crimina ſ. peccata.) *Id vero, in quo merito glorieris, quod iterum tibi licet ei adiungi,* (per virtutem) *id quod nulli alii parti Deus concesſit, vt ſeparata et auulſa rurſum inoleſceret toti. Hic mihi bonitatem conſidera, quae homini tantum honoris contulit. Nam et initio ipſius in manu* (h. e. libero arbitrio) *poſuit, ne a toto auelleretur; et deinde, vt auulſus redire, iterumque concreſcere et locum partis recuperare posſet, dedit; lib. VIII. §. XXXIIII.* Cuncta quae huc faciunt, ſi congerere vellem, rem ſuſciperem infiniti laboris: vbique fere id inculcat; interim vid. adhuc *lib. X. §. I. lib. XII. §. XI. XII. XIIII.* et alibi. Chryſippum quidem Stoicorum principem reprehendit Oenomaus Cynicus in libro quem *indaginem praeſtigiatorum* vocat, apud EVSEBIVM in *praeparat. euangel. lib. VI. cap. VII.* quod mentem noſtram ſubiecerit fati necesſitati, natiuamque libertatem nobis ademerit. Et reprehenduntur hoc nomine tantum non omnes Stoici, nec immerito. Quantumuis enim non tantum ANTONINVS noſter, ſed et reliqui, vt vel ex ARRIANO patet, *in Epictetum lib. II. cap. X.* et *lib. III. cap. XXVI.* praeclare admodum de libertate voluntatis loquuntur; ipſimet tamen rationes non inueniunt, quibus expediant, quo pacto voluntatis libertas cum immutabili necesſitate conſiſtere posſit. Chryſippi quidem ſententiam expoſitam habemus a CICERONE in *lib. de fato cap. XVII.* Putabat ille a fato omnia regi, ſed ita tamen vt necesſitate liberaret animos, atque ita tamquam arbiter honorarius, auctore CICERONE ſedebat inter eos, et qui fato vim necesſitatis adferri, et qui motus animorum ſine vllo fato voluntarios esſe dicebant. At ea inter ſe pugnare recte contendebat CARNEADES, et acute demonſtrabat. Nec inſolens Stoicis talia proferre, quae inter ſe conciliari nequeunt, vt iam ex inſtituto PLVTARCHVS demonſtrauit, *de Stoicorum repugnantiis tom. II. operum p. 1033. ſeqq.*

§. XI. Sunt et, qui praeter intellectum et voluntatem in mente partem quamdam irrationalem ſtatuunt, quae *adpetitus ſenſitiui* nomine aliis venit, iſtumque in *iraſcentem* et *concupiſcentem* iterum diſpeſcunt. Quod quo iure faciant, nunc mea parum

rum refert. Ipſe tamen SENECA diſerte ita docet *epiſt. XCI.* Adſtipuleturne ei ANTONINVS, cum hac de re nihil tradat, definire mihi procliue non eſt. Interim concupiſcentis et iraſcentis facultatis mentionem iniicit *lib. II. §. VII.* Theophraſti enim ibi decretum adprobat, adſerentis turpiora eſſe peccata quorum concupiſcens, quam, quorum iraſcens potentia pro cauſſa eſt.

§. XII. Iſtud praetermittendum non eſt, quod menti primas ita detulerunt partes Stoici, vt corpus nihil aliud illis quam inſtrumentum fuerit, quo mens vtitur. Praecipue hoc tantum non vbique docet atque inculcat ANTONINVS, qui et ſubinde contemtim corpus humanum inſectatur. Vas illud adpellat animi, corticem, terram, ſaniem, reticulum, neruis, venis, et arteriis contextum, atque oſſa, folliculum, cadauer. Tum adhortatur nos ad deſpiciendas carnes iſtas tamquam cito morituras, et ad detrectandum corporis ſeruitium, et actum vaſis deterioris. Ex infinita, quibus hoc comprobauit, documentorum mole, vel vnum alterumue attuliſſe iuuabit. Μέμνησο, inquit, ὅτι τὸ νευροσπαστοῦν, ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ ἔνδον ἐγκεκρυμμένον. *Memento quod animum huc et illuc, ſigillariorum more raptat et impellit, illud eſſe quod intus latet.* (ſed elegantius DACERIVS haec ita transfert: *Souviens-toy que ce qui te remuë et qui te fait agir comme une marionette, ce ſont les reſſorts cachez au dedans de toy).* Μηδέποτε συμπεριφαντάζου τὸ περικείμενον ἀγγειῶδες, καὶ τὰ ὀργάνια ταῦτα τὰ περιπεπλασμένα. ὅμοια γάρ ἐστι σκεπάρνῳ. μόνον δὲ διαφέροντα, καθότι προσφυῆ ἐστιν. ἐπεί τοι οὐ μᾶλλόν τι τούτων ὄφελός ἐστι τῶν μορίων, χωρὶς τῆς κινούσης καὶ ἰσχούσης αὐτὰ αἰτίας, ἢ τῆς κερκίδος τῇ ὑφαντρίᾳ, καὶ τοῦ καλάμου τῷ γράφοντι, καὶ τοῦ μαστιγίου τῷ ἡνιόχῳ. *Non igitur vel circumiectum tibi vas, vel adhaerentia illi inſtrumenta negotium tibi faceſſant: ſimilia enim illa ſunt dolabrae, ea tantum differentia, quod adnata ſunt. Ceterum ſine cauſſa interna, quae ea mouet et continet, haud maiori ſunt vſui, quam textrici radius, calamus ſcriptori, flagellum aurigae. lib. X. §. XXXVIII.* Quin longe pulcherrime *lib. IX. §. XXIIII.* hominem ſpiritum eſſe dicit, qui cadauer geſtat. Atque huc

tra-

trahit ea, quae de hominum mortuorum vmbris in inferno oberrantibus HOMERVS diſſerit. conf. DACERIVS ad *h. l.* et *lib. VIII. §. XXI.* cum bulla comparat hominem, cui boni nihil vt ait, accidit, ſi conſtet, nihil mali, ſi diſſoluatur. ἔκστρεψον, pergit, *καὶ θέασαι, οἷόν ἐστι, γηράσαν δὲ οἷον γίνεται, νοσῆσαν δὲ, πορνεῦσαν.* *Inuerte et quale ſit hoc: vel ſenio confectum, vel morbo languidum, vel aeſtuans libidine, (quod vulgo tanti fit, et extra tam ſpecioſum adparet corpusculum) cogita;* et *lib. XI. §. XXI.* eiusmodi contra peccata remedium tradit: *σεαυτῷ ὀνειδιεῖς ὅτι τοῦτο ἡττωμένου ἐστὶ καὶ ὑποκατακλινομένου τοῦ ἐν σοὶ θειοτέρου μέρους, τῇ ἀτιμωτέρᾳ καὶ θνητῇ μοίρᾳ τῇ τοῦ σώματος, καὶ ταῖς τούτου παχείαις ἡδοναῖς.* *Tibi ipſi exprobra, eſſe hoc* (contra rationem aliquid agere) *eius, qui diuiniore ſui parte vincatur, et cedat ignobiliori et mortali parti, corpori ſcilicet et eius craſſis voluptatibus.* Sic et *lib. XII. §. III.* ad veram felicitatem illi demum patere viam contendit, qui a mente ſeparat eas res, quae ex ſocietate et contagione corporis et animae illi adhaerent: atque iſtum quidem qui illud facit vere eſſe generoſum. Et *§. XXVII.* omnia, quae extra voluntatis arbitrium ſunt poſita, fimum et fumum eſſe profitetur.

§. XIII. Vtriusque igitur, tum corporis, tum mentis ſi rationem habeas, hominem quidem, ſecundum Stoicorum placita, recte partem vniuerſi dixeris. Mens quidem diuinae eſſentiae, vt ſupra commonſtratum; corpus autem, cui et animam adſcribimus, quippe quam pro corpore, ſed magis tenui et ſubtiliori Stoici habebant, materiae erit particula. Adeoque vt poſt mortem in diuinam eſſentiam mens, ita corpus et anima in materiam vniuerſi commutatur. Atque hoc eſt, quod tum alibi, tum praeſertim *lib. X. §. VII.* ANTONINVS docet: *ὡς γελοῖον, ἅμα μὲν φάναι πεφυκέναι τὰ μέρη τοῦ ὅλου μεταβάλλειν· ἅμα δὲ ὡς ἐπί τινι τοῦ παρὰ φύσιν συμβαίνοντι θαυμάζειν ἢ δυσχεραίνειν. ἄλλως τε καὶ τῆς διαλύσεως εἰς ταῦτα γινομένης, ἐξ ὧν ἕκαστον συνίσταται, ἤτοι γὰρ σκεδασμὸς στοιχείων, ἐξ ὧν συνεκρίθη ἢ τροπή· τοῦ μὲν στερεμνίου εἰς τὸ γεῶδες· τοῦ δὲ πνευματικοῦ, εἰς τὸ ἀερῶδες· ὥστε καὶ ταῦτα ἀναληφθῆναι εἰς τὸν τοῦ ὅλου λόγον.* *Quam*

ridi-

ridiculum erit hoc, mundi partes a natura factas ad mutationes, dicere; et earum mutationes quaſi contra naturam euenientes, mirari aut indigne ferre? praeſertim cum ſingula ex quibus ſunt conflata, in ea etiam diſſoluantur. Aut enim diſcretio fit elementorum ex quibus concretae ſunt res; aut mutatio, ſolidi quidem in terram, ſpiritualis autem (h. e. animae) *in aërem, ita vt haec quoque adſumantur in rationem vniuerſi* etc.

SECTIO QVINTA
DE ADFECTIBVS EORVMQVE REMEDIIS.

Τὸ μὲν οὖν προηγέμενον ἐν τῇ τε ἀνθρώπε κατασκευῇ, inquit ANTONINVS, τὸ κοινωνικόν ἐςι. δεύτερον δὲ τὸ ἀνένδοτον πρὸς τὰς σωματικὰς πείσεις. *Quod igitur in hominis conſtitutione primarium eſt, hoc eſt, vt ſociabilis ſit et communitati ſtudeat, proximum eſt, vt corporis adfectibus ne frangatur. lib. VII. §. LV.* Enimuero iſtud eſt, quod ſupra dixi, hominem partim officia praeſtando, partim adfectus compeſcendo ad ſummae felicitatis culmen peruenire poſſe. De poſteriori prius eſt diſpiciendum.

§. II. Et vero quod hominis proprium ſit animi non ſuccumbere paſſionibus, ita oſtendit ANTONINVS: λογικῆς γὰρ καὶ νοερᾶς κινήσεως ἴδιον περιορίζειν ἑαυτὴν, καὶ μήποτε ἡτ]ᾶσθαι μήτε αἰσθητικῆς μήτε ὁρμητικῆς κινήσεως· ζωώδεις γὰρ ἑκάτεραι. ἡ δὲ νοερὰ ἐθέλει πρωτιςεύειν καὶ μὴ κατακρατεῖσθαι ὑπ᾽ ἐκείνων δικαίως γε. πέφυκε γὰρ χρηςικὴ πᾶσιν ἐκείνοις. *Ratione enim et intellectu praeditae facultatis proprium eſt ſe ipſam circumſcribere, et neque ſenſitiuae neque adpetiuae motioni ſuccumbere: harum enim vtraque etiam brutorum eſt. At intellectiua principatum obtinere, neque ab illis regi vult: nec iniuria, quippe cuius natura ferat, vt omnibus reliquis ipſa vtatur. lib. VII. §. LV.*

§. III. Nec alia magis ex re, quam ex adfectuum debellatione, praeſtantiam ac dignitatem hominis eſſe metiendam luculentiſſime exemplo Socratis noſter comprobat. Hunc enim non

non ideo fuiſſe illuſtrem et meliori conſtitutione praeditum, autumat, quod clariori occubuerit morte, quod peritius diſputauerit cum ſophiſtis, quod patientius in frigore pernoctauerit, et Salaminium abducere iuſſus fortiter repugnauerit, et in viis vultus prae ſe tulerit maieſtatem, ſed quod ſorte ſua contentus piusque erga Deum, adfectibus carnis numquam conſentientem praebuerit mentem. *lib. VII. §. LXVI.*

§. IIII. Ceterum adfectus ANTONINO noſtro nihil aliud ſunt, quam *opiniones*. Id quod plane ex mente et ſecundum decreta ceterorum Stoicorum docet; quippe apud quos nihil ſolemnius, quam τὰ πάθη ſiue adfectus *κρίσεις φαυλὰς καὶ δόξας*, *iudicia praua et opiniones*, adpellitare. Diſſentiebant tamen hic inter ſe Zeno et Chryſippus. Zeno opinionem eſſe cauſſam efficientem adfectuum contendebat. Chryſippus adfectus opiniones ipſas eſſe ſtatuebat. Id quod pluribus docent DIOGENES LAERTIVS in *Zenone* et GALENVS de *decretis Hippocratis et Platonis*. Et ſane Chryſippi impeditior videtur eſſe ratio. Namque ſi adfectus ſunt ipſae opiniones, non videtur ſatis commode cauſſam adfectuum deſignare poſſe. Hanc igitur Chryſippi ſententiam acerbe perſtringit et exagitat GALENVS: hinc quaerit ex Chryſippo GALENVS: *Hunc praeter rationem motum, qui ex aliqua prodiit cauſſa, petimus a te, quae cauſſa produxerit? Nam nos*, pergit, *interim τὴν θυμοειδῆ facultatem, interim τὴν ἐπιθυμητικὴν, eos motus perturbationum progignere adfirmamus: tu vero quid? qui nec fateri hoc audes, nec rationalem facultatem eorum eſſe productricem prodere ſustines, ſed temere exſiſtere vbi dixiſti, tum putas te quaeſtionis ſolutione probe eſſe defunctum.* Haec ad nauſeam vsque GALENVS contra Chryſippum inculcat. Sed Chryſippi contra Galenum defenſionem ſuſcepit CLAVDIVS SALMASIVS in *commentar.* in *Epictetum et Simplicium p. m. 95.* Et initio quidem, ſi plura Chryſippi hodie exſtarent monumenta, ſine dubio rectius diiudicari poſſet, quo iure is reprehenderetur a Galeno. Sed vero et ex paucis, quae adducunt illi a quibus reprehenditur, haud difficulter colligitur, quaenam eius de cauſſa adfectuum fuerit ſententia. Non ille

quidem vllam aliam in anima hominis facultatem agnoſcit, praeter rationalem: nec admittit facultatem iraſcentem et concupiſcentem, quas ſedes adfectuum esſe alii philoſophi volunt, vt ex his quaſi fontibus deducantur et oriantur. Totam mentis σύςασιν esſe rationalem cenſuit, et proinde cum nulla alia ſit pars, quae iſtam σύςασιν componat, praeter rationem in illa ipſa λογικῇ συςάσει perturbationes exſiſtere, non quidem a ratione ipſa productas et generatas, quippe quae contra rationem potius ſint, ſed ex imbecillitate et infirmitate rationis. Cum enim illa ad regendum totum corpus corporisque pasſiones homini indita ſit, vbi ſatis virium non habet, vt hoc faciat, regitur ipſa potius quam regit, vbi ſe perturbationibus corporeis quaſi valentioribus permiſit. Vt enim infirmus vel imperitus auriga, ſi nactus ſit equos ferociores et freni impatientiores, tum ipſe ab his quos regere debebat, abripitur et aliquando etiam effunditur. Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. Quos nonquit continere prae imperitia regendi, aut virium infirmitate, dare ſe illis cogitur, et ferri ſe ſinere quo ferunt. In quo ſimul duo haec exſiſtunt, ἀπόςασις a recto curſu, et ἔνδυσις in prauum, vbi rectus curſus teneri non poteſt. Haec eſt ἀκράτεια, quam Stoici ſtatuebant omnium esſe perturbationum causſam atque fontem. CICERO: *Omnium perturbationum fontem esſe dicunt intemperantiam, quae eſt a tota mente et a recta ratione defectio.* etc. *Tuſculanar. quaeſtion. lib. IIII. cap. IX.* add. SALMASIVS *l. c.* vbi eruditisſime de hoc argumento disſerit.

§. V. Atque haec quidem vel ideo edisſerenda accuratius nobis fuere, quod ANTONINVS vt plurimum ſuffragari Chryſippo videatur. Certe vbicumque opiniones eiicere praecipit, tollendos esſe adfectus docet. Ἐξαλεῖψαι φαντασίαν, inquit, ςῆσαι ὁρμὴν, σβέσαι ὄρεξιν, ἐφ' ἑαυτῷ ἔχειν τὸ ἡγεμονικόν. *Opinionem tolle, ſiſte impetum animi, exſtingue adpetitum, partem principalem liberam, ſibique intentam ſerua; lib. IX. §. VII.* et alibi: εἰ μὲν διά τι τῶ ἐκτὸς λυπῆ, οὐκ ἐκεῖνό σοι ἐνοχλεῖ, ἀλλὰ τὸ σὸν περὶ αὐτῶ κρῖμα. τῶτο δὲ ἤδη ἐξαλεῖψαι ἐπὶ σοί ἐςιν. εἰ δὲ λυπεῖ σέ τι τῶ ἐν τῇ σῇ διαθέσει, τίς ὁ κωλύων διορθῶσαι τὸ δόγμα; *Sin propter extra-*

traneam aliquam rem perturbaris: non illa tibi, ſed tuum de ea iudicium, (ſeu opinio) *moleſtiam adfert: id vero vt aboleas, in tua eſt poteſtate. Quodſi quid eorum, quae ſunt in tuis moribus, te moleſtat, quis eſt qui prohibeat, ne prauas opiniones, (quae morum prauorum cauſſa) emendes? lib. VIII. §. XLVII.* Vbi quidem, ſi per *mores* adfectus intelligeret, palam ad ſententiam Zenonis accederet. Sic et *lib. VIII. §. XL.* ἐὰν ἀφέλῃς τὴν σὴν ὑπόληψιν περὶ τοῦ λυπεῖν σε δοκοῦντος, αὐτὸς ἐν τῷ ἀσφαλεστάτῳ ἕστηκας. τίς αὐτός; ὁ λόγος. ἀλλ᾽ οὐκ εἰμὶ λόγος. ἔστω. οὐκοῦν ὁ μὲν λόγος αὐτὸς ἑαυτὸν μὴ λυπείτω. *Si tuam opinionem detrahas ab eo quod videtur dolorem adferre, ipſe in tutisſimo es collocatus. Quis ipſe? Ratio. Verum ego, inquies, non ſum ratio. Eſto. Proinde ratio ſe ipſam ne dolore adficiat.* Hic manifeſte rationem perturbationum cauſſam esſe adſerit, ſed non ipſam rationem, quin potius imbecillitatem rationis, vt ſupra iſtud edisſerui. Huc et iſtud *lib. II. §. XV.* pertinet: ὅτι πᾶν ὑπόληψις, *vniuerſa esſe ſita in opinione,* h. e. omnes animi perturbationes esſe opiniones.

§. VI. Debeatne autem et posſit homo, etiam ſecundum ANTONINVM plane ἀπαθὴς esſe, haud difficulter intelligitur. Saltem vt mentem Stoicorum rite percipiamus, nauanda eſt opera. Enimuero in omni adfectu tres motus ſiue gradus esſe, et aliis ſapientibus traditum et ipſis quoque Stoicis obſeruatum eſt. Ita diſerte SENECA: *Vt ſcias, quemadmodum incipiant adfectus, aut creſcant, aut efferantur: eſt primus motus non voluntarius, quaſi praeparatio adfectus, et quaedam comminatio. Alter cum voluntate non contumaci. Tertius motus eſt iam impotens, qui rationem euicit; lib. II. de ira cap. III.* Secundus itaque et tertius motus, ſiue συγκατάθεσις et ὁρμὴ proprie adfectus nomine Stoicis veniebant: et ita omnino intelligendi ſunt, quando adfectus, motus voluntarios, et plane eradicandos tollendosque esſe pronuntiant. De primis autem motibus, quos peripatetici aliique philoſophi etiam adfectus nomine inſigniunt, numquam hoc adſerunt eosdem aut voluntarios esſe, aut posſe vel debere eradicari. Id quod vel ex SENECAE *epiſt. LXXI.*

 in-

intelligitur. Dubito igitur iure meritoque, an ſententiam Stoicorum ita vt decebat, ſecum expenderint, qui, vt cum peripateticis illos in concordiam reducant, duriores haſce Stoicorum voces: *tollere, euellere, eradicare,* emolliendos esſe contendunt. conf. AVGVSTINVS, *lib. IX. de ciuit. dei cap. IIII.* FRID. RAPPOLTVS, in *Horatium p. 1224.* Etenim pacem hac ratione inter haſce ſectas ſtabiliri non poſſe, vel inde patet, quia adfectus nomen vtrique parti diuerſa ratione ſumitur: atque adeo, ſi accuratius rem aeſtimes, ne pugnant quidem inter ſe: atque adeo labore eos conciliandi, ſuperſedere facile posſumus. Atque hinc etiam cauſſa arcesſi poteſt, quod et ANTONINVS non tam ipſos adfectus, ne nomine iſto in errorem quis inducatur, ſed opiniones, h. e. ipſas praecipue *συγκαταθέσεις* eiiciendas esſe inculcat. Et haſce quidem non temperandas, aut mitigandas, ſed plane tollendas et eiiciendas esſe ſemper contendit. Βάλε ἔξω τὴν ὑπόληψιν, inquit, *σέσωσαι. τίς οὖν ὁ κωλύων ἐκβάλλειν.* *Eiice opinionem, et ſaluus es, nemo id prohibebit; lib. XII. §. XXV.* Quin omnem emollitionem reſpuunt haec verba: *ἐξάλειφε τὰς φαντασίας, συνεχῶς σεαυτῷ λέγων· νῦν ἐπ' ἐμοί ἐστιν, ἵνα ἐν ταύτῃ τῇ ψυχῇ μηδεμία πονηρία ᾖ, μηδὲ ἐπιθυμία, μηδὲ ὅλως ταραχή τις. ἀλλὰ βλέπων πάντα ὁποῖά ἐστι, χρῶμαι ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν.* Μέμνησο *ταύτης τῆς ἐξουσίας, κατὰ φύσιν.* *Continenter te ipſum admone: nunc in mea eſt poteſtate, vt in animo hoc nihil ſit malitiae, nihil cupiditatis, nihil tumultus: ac cum omnia ita cernam, vti ſunt, ſingulis vtor pro ipſorum dignitate. Hoc tibi licere memineris ſecundum naturam. lib. VIII. §. XXIX.* Nimirum *licere homini*, h. e. in viribus eius poſitum esſe, coercere adfectus, contendit ANTONINVS; quod et alibi hunc in modum confirmat: Κάλλιστα δὲ ζῆν, *δύναμις αὕτη ἐν τῇ ψυχῇ, ἐὰν πρὸς τὰ ἀδιάφορα ἀδιαφορῇ. ἀδιαφορήσει δὲ, ἐὰν ἕκαστον αὐτῶν θεωρῇ διῃρημένως καὶ ὁλικῶς, καὶ μεμνημένος, ὅτι οὐδὲν αὐτῶν ὑπόληψιν περὶ αὐτοῦ ἡμῖν ἐμποιεῖ, οὐδὲ ἔρχεται ἐφ' ἡμᾶς· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀτρεμεῖ, ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν, οἱ τὰς περὶ αὐτῶν κρίσεις γεννῶντες, καὶ οἷον γράφοντες ἑαυτοῖς· ἐξὸν μὲν μὴ γράφειν· ἐξὸν δὲ κἄν που λάθῃ εὐθὺς ἐξαλεῖψαι.*

Feli-

Feliciſſime viuendi facultas eſt in tuo animo poſita; nimirum vt res neque bonas, neque malas, in nullo ponas diſcrimine. Id fiet ſi vnamquamlibet earum contempleris diuiſim, et ratione totius, memor nullam earum in animis noſtris de ſe poſſe excitare opinionem, neque ad nos venire: ſed ipſas quidem quieſcere, nos autem eſſe, qui de iis iudicia faciamus apud nos, easque nobis quaſi depingamus: cum liceat tamen aut omnino non depingere illas, aut ſi qua irrepſerunt, ſtatim delere. lib. XI. §. XVI.

§. VII. Praeterea hinc patet, quo pacto Stoicis adfectus omnis dicatur eſſe malus. Quidquid enim a praua ratione proficiſcitur, quomodo poterit adpellari bonum? Illi vero motus, qui a ratione recta proficiſcebantur, ne adfectus quidem nomine apud Stoicos veniebant. Non itaque illis, nec etiam ANTONINO noſtro vitio verti debet, quod etiam v. g. adfectum *compasſionis*, qui tamen fons et origo multarum bonarum actionum eſſe videtur, ex cordibus hominum euulſum cupiunt: quemadmodum et ANTONINVS praecipit: Μὴ συνεπιθρηνεῖν, μὴ σφύζειν. *Noli flere cum flentibus, et illorum clamores ne te moueant. lib. VII. §. XLIII.* At enim vero non damnabant iſtum impulſum rectae rationis, quo quis inuitatur ad ſuccurrendum miſeris; ſed effeminatam iſtam animi mollitiem, quam aliorum facile in nobis excitant calamitates, et quam raro admodum ſerium aliis opitulandi decretum comitatur. Hoc etiam eſt, quod DACERIVS docet: *On reprochoit aux Stoiciens qu'ils faiſoient une paſſion vicieuſe de la compaſſion, et on ne leur pardonnoit point d'avoir dit que le Sage étoit ſans pitié. Je me ſouviens ſur cela d'un beau mot de Phocion, qui dit que de bannir du coeur des hommes la compaſſion, c'eſt ôter les autels des temples. Mais ce reproche qu'on faiſoit aux Stoiciens n'a pas tant de ſolidité que de vraiſemblance. Ces philoſophes étoient trop ſages pour pretendre étouffer dans les hommes un ſentiment ſi naturel, et qui répand ſur les miſeres de cette vie un beaume ſi ſalutaire et ſi precieux; leur desſein étoit de le retenir dans ſes bornes; ils vouloient nous empêcher de nous troubler ſur de legeres ou de fauſſes apparances de mal, et de*

de borner à l'attendriſſement ſeul les ſecours effectifs que nous devons aux miſerables. En effet, combien y a-t-il de gens qui croyent qu'en ouvrant leur coeur aux miſeres de leur prochain cela ſuffit, quoy qu'ils tiennent la main dans leur ſein, comme parle l'Ecriture? Ce n'eſt donc pas la compasſion que les Stoiciens condamnoient, mais la compasſion outrée, inutile et infructueuſe. Quand il nous eſt ordonné dans ſaint Paul de pleurer avec ceux qui pleurent, flete cum flentibus, *Dieu ne nous demande pas quelques larmes ſteriles; car, comme ſaint Jerôme l'a fort bien dit,* cum flente flere, et nihil, cum posſis, flenti conferre, ſubſannationis, non pietatis, indicium eſt. *Pleurer avec celuy qui pleure, et ne luy pas donner les ſecours qui dependent de nous; c'eſt une moquerie, et non pas une action de pieté. Et il ajoûte; c'eſt pleurer pieuſement avec ſon prochain, que de tarir ſes larmes. En un mot les Stoiciens exigeoient de nous la même choſe que S. Jean, lors qu'il nous dit:* N'aimons pas de la langue, mais par nos œuvres et dans la verité. *Ils vouloient que nous fisſions ſans douleur toutes les œuvres de miſericorde* etc. in *not.* ad *h. l. tom. II. p. 62.*

§. VIII. Ex hactenus dictis quoque colligitur, quod ex mente Stoicorum in bruta adfectus non cadant. Innuit hoc ANTONINVS cum *lib. IX. §. VI.* brutis non amorem, ſed *quaſi amorem* tribuit. *Il dit* comme les amours, inquit DACERIVS, *parce que les Stoiciens ne vouloient pas reconnoître dans les animaux de veritables pasſions; ils diſoient ſeulement qu'ils avoient* comme des pasſions. *Car les pasſions, diſoient ils, ſont des modifications de la raiſon, et ne ſubſiſtent pas ſans elle. tom. II. p. 138.*

§. IX. De numero atque partitione adfectuum, ſingulisque adfectibus, ANTONINVS plane nihil tradit: namque in compeſcendis magis ſubiugandisque, quam numerandis, aut definiendis animi pasſionibus, aetatem occupauit. Ceteri autem Stoici ad quatuor fontes, *laetitiam, triſtitiam, cupidinem,* atque *timorem*, ſolent omnes animi pasſiones reuocare; de quibus vid. LACTANTIVS *inſtitut. diuin. lib. VI. cap. XV.*

§. X. Quibus igitur rationibus animi pasſionibus obuiam iri queat,

queat, vt ſupprimantur euellanturque, id vero, duce ANTONINO, breuiter nobis eſt edisſerendum. Regulis quibusdam vniuerſum negotium complectemur, quarum prima haec erit: Res, quae cognitioni noſtrae offertur, diligenter et ſedulo eſt examinanda, ne ſub ſpecie boni et mali nobis imponat. Causſa enim adfectuum eſt ratio praua: praua autem ratio redditur, cum obiectum vtique non ita concipit, vt concipere debebat, ſed aliquid pro malo vel bono reputat, quod tamen neutiquam tale eſt. Quo pacto autem res examinari, illarumque aut bonitas aut prauitas detegi debeat, id ipſe nos docebit ANTONINVS, quem copioſius hac de re disſerentem hic legere, neminem poenitebit. Et libro quidem *III. §. IX.* praecipit, vt veneremur δύναμιν ὑποληπτικὴν, *facultatem penes quam opinandi ius eſt*; vt nulla opinio menti noſtrae inſeratur, quae vel naturae, vel animalis ratione praediti conſtitutioni repugnet; et *§. XI.* iubet, vt viſi cuiuscumque, quod animo noſtro cogitandum ſe offert, definitionem ſeu deſcriptionem faciamus, vt vnusquisque ſecum ipſe disſerere posſit, quaenam ſit eius nudi et ab omnibus aliis ſeparati natura. Quae omnia vt rectius intelligas, rem exemplo comprobat: οἷον δὴ τὸ φαντασίαν λαμβάνειν ἐπὶ τῶν ὄψων, καὶ τῶν τοιούτων ἐδωδίμων· ὅτι νεκρὸς οὗτος ἰχθύος, οὗτος δὲ, νεκρὸς ὄρνιθος, ἢ χοίρου· καὶ πάλιν, ὅτι ὁ Φαλέρνος, χυλάριόν ἐστι σταφυλίου· καὶ ἡ περιπόρφυρος, τρίχια προβατίου, αἱματίῳ κόγχης δεδευμένα. καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν συνουσίαν· ἐντερίου παράτριψις, καὶ μετά τινος σπασμοῦ μυξαρίου ἔκκρισις. οἷαι δὴ αὗταί εἰσιν αἱ φαντασίαι καθικνούμεναι αὐτῶν τῶν πραγμάτων, καὶ διεξιοῦσαι δι' αὐτῶν, ὥστε ὁρᾷν ἅτινά ποτ' ἐστίν. οὕτως δεῖ παρ' ὅλον τὸν βίον ποιεῖν, καὶ ὅπου λίαν ἀξιοπιστότατα πράγματα φαντάζεται ἀπογυμνοῦν αὐτὰ, καὶ τὴν εὐτέλειαν αὐτῶν καθορᾷν καὶ τὴν ἱστορίαν ὑφ' ᾗ σεμνύνεται περιαιρεῖν· δεινὸς γὰρ ὁ τῦφος παραλογιστής· καὶ ὅτε δοκεῖς μάλιστα περὶ τὰ σπουδαῖα καταγίνεσθαι, τότε μάλιστα καταγοητεύει. *Quam praeclarum illud eſt, ciborum et eduliorum quorumcumque tales in*

animo notiones impreſſas et conſignatas habere: hoc eſt piſcis cadauer, illud auis aut porci: item, falernum, ſuccus eſt exiguus vuulae: purpura, capilli ouiculae, modico teſtudinis ſanguine imbuti: tum coitus, inteſtini parui adſrictio, mucique excretio non ſine conuulſione. Cogitationes hae praeclarae ſunt: nam rem ipſam attingunt, ac totam peruadunt, vt qualis ea ſit, cerni posſit. His per omnem vitam vtendum eſt: ac ſicubi res quam maxime videtur comprobatu digna, tegumentis eſt nudanda, vt et eius in conſpectum veniat vilitas, et verborum phalerae quibus ſe oſtentabat, ei adimantur. Etenim fucus impoſtor eſt callidisſimus, ac tum maxime in fraudem inducit, cum quis maxime ſe res ſerias et dignas tractare putat. lib. VI. §. XIII. Plane eadem et hisce inculcat: Ὠδῆς ἐπιτερποῦς, καὶ ὀρχήσεως, καὶ παγκρατίου καταφρονήσεις, ἐὰν τῆς μὲν ἐμμελῆ φωνὴν καταμερίσῃς εἰς ἕκαστον τῶν φθόγγων, καὶ καθ' ἕνα πύθῃ σεαυτοῦ, εἰ τούτου ἥττων εἶ. διατραπήσῃ γάρ. ἐπὶ δὲ ὀρχήσεως τὸ ἀνάλογον ποιήσας καθ' ἑκάστην κίνησιν ἢ σχέσιν. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ παγκρατίου. ὅλως οὖν χωρὶς ἀρετῆς, καὶ τῶν ἀπ' ἀρετῆς, μέμνησο ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος τρέχειν, καὶ τῇ διαιρέσει αὐτῶν, εἰς καταφρόνησιν ἰέναι. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τὸν βίον ὅλον μετάφερε. *Cantilenam iucundam, ſaltationem, et pancratium contemnes, ſi vocem ſuaue ſonantem diuidas in ſingulos ſonos, atque ſeorſim de ſingulis ex te ipſo quaeras, an ab hoc tantillo patiare te vinci; pudore profecto adſicieris. Idem de ſaltatione, ad ſingulos motus et geſtus: idem de pancratio, pro diuerſa cuiusque natura, tibi dictum puta. Denique in omnibus illis quae non ſunt de virtutis esſentia, nec a virtute proficiſcuntur, memento ad partes eorum reſpicere, diuiſioneque illa in contemtum adducere: idque in vſum totius vitae eſt transferendum. lib. XI. §. II.* Haec vero vlterius ita explicat DACERIVS: *On dira pour en éluder la force que la beauté de la muſique ne conſiſte pas dans les tons ſeparez; mais dans le rapport qu'ils ont les uns avec les autres, et dans la proportion des mouvemens dont il reſulte une harmonie qui eſt plus ou moins parfaite, ſelon que cette pro-*

por-

portion approche plus ou moins de l'unité qu'elle veut repreſenter. Il en eſt d'elle comme de la beauté des vers, cette beauté ne ſe trouve pas dans les ſyllabes qu'on prononce l'une aprés l'autre, elle eſt dans le tout qui nous frape et qui nous faiſit. Quelque vraye que ſoit cette objection elle ne detruit point du tout le raiſonnement de cet Empereur. Car il eſt toûjours tres-conſtant que la beauté de la muſique, comme celle de la poëſie, et toutes les autres beautez corporelles et qui touchent les ſens, ne ſont que des beautez imparfaites, parce qu'elles ne ſont belles que par rapport ou au lieu ou au temps, et qu'étant compoſées de parties fugitives qui ne ſçauroient ſubſiſter toutes enſemble, elles ne repreſentent qu'imparfaitement la veritable unité, et l'égalité ſouveraine qui eſt le ſeul et unique modelle du beau. in *not.* ad *h. l. tom. II. p. 204.* Huc etiam iſtud ſpectat, quod dixit: ὅμοιον δ' εἶναι δεῖ ἐν τῇ τῶν δογμάτων χρήσει παγκρατιαστῇ, οὐχὶ μονομάχῳ. ὁ μὲν γὰρ τὸ ξίφος ᾧ χρῆται ἀποτίθεται καὶ ἀναιρεῖται· ὁ δὲ τὴν χεῖρα ἀεὶ ἔχει, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ συστρέψαι αὐτὴν δεῖ. *In vſu placitorum* (h. e. opinionum) *ſimilem oportet eſſe pancratiaſtae, non gladiatori: hic enim enſem quo vtitur ſi deponit, interficitur; alter vero manum ſemper habet paratam, neque alia re indiget, quam vt eam contorqueat. lib. XII. §. IX.* Quod effatum ita explicat DACERIVS: *Comme il n'y a que nos opinions qui nous trompent et qui nous ſeduiſent, nous devons être toûjours en garde contre elles, et les combatre de tout nôtre pouvoir. Mais dans ce combat il ne faut pas resſembler au gladiateur qui n'a que des armes étrangeres: car il ne les a pas plûtôt perduës qu'il eſt mort. Il faut resſembler au luteur qui vient armé de ſes propres armes, c'eſt à dire, de ſon bras. Si nous nous ſervons contre nos opinions d'armes etrangeres, nous ſerons bientôt defaits, au lieu que ſi nous employons nos armes naturelles, c'eſt à dire, les armes de l'intelligence, nous ſommes asſurez de vaincre toûjours.* in *not.* ad *h. l. tom. II. p. 247.*

§. XI. Multum quoque ad ſupprimendas animi perturbationes confert, ſi cogitationes ab eiusmodi obiectis, quae adfectus excitare posſunt, ſi nimirum illa nondum accuratius exa-

minauit, aut ad ea examinanda non eſt idoneus, aut talia denique ſint, quae ſtatim reiici debuisſent, aliorſum conuertantur: praecipue vero ſi adſueſcamus de nulla alia re cogitare, quam quae hominem, vt ANTONINVS ait, ad ſocietatem natum decent. Vires enim cumprimis animi pasſiones adquirunt, cum obiectis, per quae excitari posſunt, cogitando diutius inhaeremus. Χρὴ μὲν οὖν καὶ τὸ εἰκῆ καὶ μάτην ἐν τῷ εἱρμῷ τῶν φαντασιῶν περιΐστασθαι, inquit MARCVS AVRELIVS, πολὺ δὲ μάλιστα τὸ περίεργον, καὶ κακόηθες. Καὶ ἐθιστέον ἑαυτὸν, μόνα φαντάζεσθαι περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω ἐπανέροιτο, τί νῦν διανοῇ, μετὰ παῤῥησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο, ὅτι τὸ, καὶ τό. ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς δῆλα εἶναι, ὅτι πάντα ἁπλᾶ, καὶ εὐμενῆ, καὶ ζώου κοινωνικοῦ, καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων· ἢ φιλονεικίας τινὸς, ἢ βασκανίας καὶ ὑποψίας, ἢ ἄλλου τινὸς, ἐφ' ᾧ ἂν ἐρυθριάσειας ἐξηγούμενος, ὅτι ἐν νῷ αὐτὸ εἶχες. Ὁ γάρ τοι ἀνὴρ ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἔτι ὑπερτιθέμενος τὸ ὡς ἐν ἀρίστοις ἤδη εἶναι, ἱερεύς τις καὶ ὑπουργὸς θεῶν, χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτοῦ, ὃ παρέχεται τὸν ἄνθρωπον ἄχραντον ἡδονῶν, ἄτρωτον ὑπὸ παντὸς πόνου, πάσης ὕβρεως ἀνέπαφον, πάσης ἀναίσθητον πονηρίας. ἀθλητὴν ἄθλου τοῦ μεγίστου, τοῦ ὑπὸ μηδενὸς πάθους καταπληθῆναι, δικαιοσύνῃ βεβαμμένον εἰς βάθος, ἀσπαζόμενον μὲν ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα, καὶ ἀπονεμόμενα πάντα. μὴ πολλάκις δὲ, μηδὲ χωρὶς μεγάλης καὶ κοινωφελοῦς ἀνάγκης φανταζόμενον, τί ποτε ἄλλος λέγει, ἢ πράσσει, ἢ διανοεῖται. μόνα γὰρ τὰ ἑαυτοῦ πρὸς ἐνέργειαν ἔχει. καὶ τὰ ἑαυτῷ ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα διηνεκῶς ἐννοεῖ. *In ſerie cogitationum declinanda eſt vanitas, omniumque maxime curioſitas, et malitia. Sed et adſuefacere te ipſum debes, vt de his tantum rebus cogites, de quibus ſi quis te ſubito interroget: quid nunc mediteris, confeſtim libere posſis reſpondere, hoc aut hoc: nimirum vt ſtatim conſtet, cogitationes tuas esſe ſimplices, placidas, conſentaneas animali ad ſocie-*

ſocietatem nato, ac negligenti earum quae ad voluptatem oblectationemue faciant cogitationum, vacuo contentionis, inuidiae, ſuſpicionis, aliorumue, quae ſi te animo agitasſe faſſus esſes, pudore ſuffundi oportuisſet. Nam qui talis eſt, ad certam praeſentemque ſummi boni fruitionem quantum poteſt contendens, deorum quidam quaſi ſacerdos et adminiſter, eo praeter alios vtitur, qui in ipſo tamquam ſacrario conſecratus eſt. Id autem hominem praeſtat purum a voluptatibus, inuiolatum a doloribus, intactum a libidine, inſcium omnis malitiae, certatorem maximi certaminis, (ne ſcilicet vllus cum adfectus proſternat) alte tinctum iuſtitia, ex animo contentum iis, quae eueniunt, fatoue deſtinata ipſi ſunt; non ſaepe, neque niſi magna et publica necesſitate vrgente, de aliorum dictis, factis, aut cogitationibus meditantem: vt qui ſolis eis, quae propria ſunt ipſius, efficiendis intentus ſit; et ſola illa, quae ipſi ex integra rerum vniuerſitate peculiari fato deſtinata ſunt, indeſinenter meditari ſoleat. lib. III. §. IIII. Atque hoc eſt, quod etiam *§. VII.* eiusdem libri inculcat: Τοῦτο μόνον παρ' ὅλον τὸν βίον εὐλαβούμενος, τὸ τὴν διάνοιαν ἔν τινι τῶν οἰκείων νοεροῦ πολιτικοῦ ζώου τροπῇ γενέσθαι. *Id vnum per vniuerſam vitam obſeruans, vt cogitationes ſemper ſint de iis rebus quae ad ſocietatem ciuilem nato animali, eique rationis compoti conueniant.* Et *lib. IIII. §. XXIIII.* τὰ πλεῖστα ὧν λέγομεν καὶ πράσσομεν, οὐκ ἀναγκαῖα ὄντα, ἐάν τις περιέλῃ, εὐσχολώτερος καὶ ἀταρακτότερος ἔσται. ὅθεν δεῖ, καὶ παρ' ἕκαστα ἑαυτὸν ὑπομιμνήσκειν, μή τι τοῦτο οὐ τῶν ἀναγκαίων. Δεῖ δὲ μὴ μόνον πράξεις τὰς μὴ ἀναγκαίας περιαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ φαντασίας· οὕτως γὰρ οὐδὲ πράξεις παρέλκουσαι ἐπακολουθήσουσι. *Ex his, quae plurima et agimus et loquimur, ſi quis ea quae non ſunt necesſaria tollat, is et maiori otio vtetur, et pauciores animi perturbationes experietur. Itaque ſingulis in rebus quas adgredimur, tacitum hoc ſibi quemque ſuggerere expedit, annon et hoc ex iis, quae minime necesſaria? At non modo actiones, ſed et cogitationes inutiles ſunt vitandae; ita enim fiet, vt ne actiones quidem ſuperuacaneae conſequantur.* Nec praetermittendum nobis eſt, quod noſter dicit: Μηδὲν πλέον σεαυτῷ λέγε, ὧν αἱ προηγούμεναι φαντασίαι

ἀναγγέλλουσιν, ἤγγελται ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει. ἤγγελται τοῦτο. τὸ δὲ ὅτι βέβλαψαι, οὐκ ἤγγελται. βλέπω ὅτι νοσεῖ τὸ παιδίον. βλέπω, ὅτι δὲ κινδυνεύει, οὐ βλέπω. οὕτως οὖν μένε ἀεὶ ἐπὶ τῶν πρώτων φαντασιῶν, καὶ μηδὲν αὐτὸς ἔνδοθεν ἐπίλεγε, καὶ οὐδέν σοι γίνεται. μᾶλλον δὲ ἐπίλεγε, ὡς γνωρίζων ἕκαστα τῶν ἐν τῷ κόσμῳ συμβαινόντων. *Si quid cogitationes quae primae ſe offerunt animo tibi renuntiant, caue aliquid tu addas. Renuntiatum eſt, aliquem tibi male dixiſſe. Eſto, id adlatum; non tamen id quoque, eſſe te laeſum. Video puerum aegrotare: video; ſed quod in periculo ſit, non video. Ad hunc modum ſemper inſiſte primis cogitationibus; nihil ipſe intus adiice: ita nihil mali erit. Immo adde, ſed vt qui omnia quae in mundo eueniunt, perſpecta penitus habeat. lib. VIII. §. XLIX.*

§. XII. Mentis natura eiusque praeſtantia ſedulo eſt cogitanda: adeoque quae huic principatum adimunt, ceu homine indigna deſpicienda et contemnenda. Εἰ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτοῦ τοῦ ἐνιδρυμένου ἐν σοὶ δαίμονος, τάς τε ἰδίας ὁρμὰς ὑποτεταχότος ἑαυτῷ καὶ τὰς φαντασίας ἐξετάζοντος, καὶ τῶν αἰσθητικῶν πείσεων, ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγεν ἑαυτὸν ἀφειλκυκότος, καὶ τοῖς θεοῖς ὑποτεταχότος ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἀνθρώπων προκηδομένου. εἰ τούτου πάντα τὰ ἄλλα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα εὑρίσκεις, μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ, πρὸς ὃ ῥέψας ἅπαξ καὶ ἀποκλίνας οὐκ ἔτι ἀπερισπάστως τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖνο τὸ ἴδιον, καὶ τὸ σὸν προτιμᾷν δυνήσῃ. ἀντικαθῆσθαι γὰρ τῷ λογικῷ καὶ ποιητικῷ ἀγαθῷ, οὐ θέμις οὐδ' ὁτιοῦν ἑτερογενὲς· οἷον τὸν παρὰ πολλῶν ἔπαινον, ἢ ἀρχὰς, ἢ πλοῦτον, ἢ ἀπολαύσεις ἡδονῶν· πάντα ταῦτα, κἂν πρὸς ὀλίγον ἐναρμόζειν δόξῃ, κατεκράτησεν ἄφνω καὶ παρήνεγκεν. *Si eo, qui in te eſt collocatus genio nihil praeſtantius inuenis, qui et adpetitus ſibi ipſi ſubiecit, et viſa examinat, et ab adfectionibus ſenſuum (vt dicebat Socrates) ſe ipſum abduxit, ſeque Deo ſubmiſit, et hominum curam gerit: ſi hoc inferiora omnia, et viliora deprehendis, nulli alteri rei locum concede,* *ne*

ne ſemel ad eam inclinans, poſthac proprium illud tuum bonum praeferre omnibus rebus nequeas. Nefas enim eſt vllam aliam diuerſi generis rem bono rationali et operatiuo ex aduerſo quaſi caſtrametari: vt laudem popularem, principatum, diuitias, voluptatum perceptionem: haec omnia, ſi vel tantulum congruere videbuntur, confeſtim praeualent, et a recta via abducunt. lib. III. §. VI. Paucis interiectis addit: ὁ τὸν ἑαυτοῦ νοῦν καὶ δαίμονα, καὶ τὰ ὄργια τῆς τούτου ἀρετῆς προελόμενος, τραγῳδίαν οὐ ποιεῖ, οὐ στενάζει οὐκ ἐρημίας, οὐ πολυπληθείας δεήσεται. Τὸ μέγιστον, ζήσει, μήτε διώκων, μήτε φεύγων. *Qui menti ac genio ſuo, et ſacris virtutis eius primas defert, is tragoedias nullas excitat, non gemet, non ſolitudinis, non frequentiae hominum indigerit: quod maximum eſt, viuet neque adpetens quidquam, neque fugiens.* Hinc porro *lib. IIII. §. IX.* praecipit, vt id tantum agamus, quod ratio eius partis, quae regnum in nobis et poteſtatem obtinet legislatoris, nos hortatur, idque propter hominum vtilitatem; *libro II.* vero *§. XIX.* edisſerens, quotuplici ratione anima hominis ſeipſam contumelia adficiat, ita quoque hoc contingere inter alia putat, ſi animi pasſionibus, voluptati atque dolori ſuccumbat. Quod ſi haec paullo adcuratius tecum reputaueris, haud adeo longe imperatorem noſtrum ab recentiorum quorumdam, praeſertim RENATI CARTESII decretis recedere deprehendes, qui vtique non praeſtantius remedium animi pasſionibus opponi poſſe cenſet, quam generoſitatem, quae cum ſit omnium virtutum clauis, ita, vt putat, fortius adfectuum vitiis reluctatur. Haec vero in eo conſiſtit, vt quis tanti ſe pendat, quanti poteſt legitime, et quanti ad ſummum iure merito aeſtimari poteſt: quia ea ratione in ſeſe reflexus, nihil eorum quae agere debet, praetermittit, nihilque ſe indignum aut adgreditur, aut patrat. Quippe perpendens, nihil ad ſe proprie pertinere, quam liberam ſuae voluntatis diſpoſitionem, nihilque in hac vita quidquam laude dignum eſſe, quam rectum eius vſum; ſe vltimum attigiſſe felicitatis gradum ducit, ſi in ſe ipſo experiatur conſtans animi propoſitum ea bene vtendi. Ita ſententiam CARTESII in compendium miſit ANTONIVS LE GRAND in *inſtitut. philoſ. part. X. art. XVIII. p. 568.*

§. XIII.

§. XIII. Euitanda ſedulo eſt omnis occaſio, qua in adfectus dari praecipites homines posſunt. Adeoque nec comoediis aut ludis ſcenicis intereſſe facile hominem ſapientiae cultorem decet, quippe per quos haud raro animi excitantur pasſiones. Hoc vero innuit MARCVS AVRELIVS *lib. VII. §. III.* cuius mentem cum latini interpretes hactenus non adſecuti ſint, gallice hic cum DACERIO referemus: *La vanité des pompes, les ſpectacles, les Tragedies et les Comedies, les asſemblées des peuples, les tournois, tout cela eſt comme un os jetté au milieu des chiens; comme un morceau de pain jetté dans un reſervoir; comme les courſes inutiles et tout le vain tracas des fourmis; comme une déroute de ſouris épouvantées; et comme tous les mouvemens des marionnettes qui ſe remuënt par resſorts. Quand on ne peut éviter de s'y trouver, il faut y eſtre avec tranquillité et ſans inſolence, et ſe ſouvenir que chacun eſt digne de loüange, ou de blâme, à proportion du blâme et de la loüange que meritent les choſes dont il fait ſon occupation.* Et ipſe quidem DACERIVS recte ad *h. l.* obſeruauit, Stoicos comoedias, ludosque ſcenicos non aliam ob causſam reiicere, quam quod mens humana ceu fomes pasſionum facile hinc ſuscipiat ſcintillulas, in magnum deinceps incendium erupturas. Idque omnino de ſimilibus etiam negotiis eſt intelligendum.

§. XIIII. Ceterum cum animi pasſiones praecipue duplicis generis ſint, prout vel ſub ratione boni, vel ſub ratione mali cognitioni noſtrae res aliqua exhibetur, ex mali quidem, ſi praeſens ſit, contemplatione dolor ſeu triſtitia; ſi immineat nobis, metus oriatur: contra bonum praeſens laetitiam, futurum cupidinem producat: illis primum animi pasſionibus, quae ex mali repraeſentatione gignuntur, quo pacto obuiam iri posſit, in ſpecie eſt edisſerendum. Et primum quidem contra dolorem ſeu triſtitiam remedium ex eo petit ANTONINVS, quia nihil contingere homini poteſt, quod non ſit humanum aut naturale. Stultum autem esſe ob ea angi et excruciari, quae tamen et humana ſunt et naturalia. Ἆρα τοῦτο ἄξιον, inquit, ἵνα δι' αὐτὸ κακῶς μου ἔχῃ ἡ ψυχὴ, καὶ χείρων ἑαυτῆς ᾖ, ταπεινουμένη, ὀρεγομένη, συνδυομένη, πτυρομένη; καὶ

καὶ τί εὑρήσεις τοῦτο ἄξιον; ἀνθρώπῳ οὐδενὶ συμβαίνειν τι δύναται, ὃ οὐκ ἔστιν ἀνθρωπικὸν σύμπτωμα. οὐδὲ βοΐ, ὃ οὐκ ἔστι βοϊκόν· οὐδὲ ἀμπέλῳ, ὃ οὐκ ἔστιν ἀμπελικόν· οὐδὲ λίθῳ, ὃ οὐκ ἔστιν λίθῳ ἴδιον. εἰ οὖν ἑκάστῳ συμβαίνει, ὃ οὐκ εἴωθεν, καὶ πέφυκεν, τί ἂν δυσχεραίνοις; οὐ γὰρ ἀφόρητόν σοι ἔφερεν ἡ κοινὴ φύσις. *Id vero an dignum eſt, vt male propterea habeat animus meus, ac ſeipſo deterior fiat; abiectus, proſtratus, anxius, perterritus? Ecquid eo dignum inueniam? Homini nihil accidere poteſt quod non ſit humanum; vt neque boui, viti, ſaxoue quidquam, quod non ſit ipſorum conſentaneum naturae. Quodſi vnicuique contingit, quod et conſuetum eſt, et naturale; quid eſt cur indigneris? nihil intolerabile tibi communis adfert natura. lib. VIII. §. XLV.*

§. XV. Secundum remedium iſtud eſt, quaecumque nobis etiam aduerſa acciderint, nihil tamen eiusmodi esſe, vt mentem noſtram posſit reddere deteriorem. Iam vero quamdiu mens non eſt deterior facta, non habet causſam homo ſe contriſtandi. Μήτε ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπισύρειν· μήτε ἐν ταῖς ὁμιλίαις φύρειν· μήτε ἐν ταῖς φαντασίαις ἀλᾶσθαι· μήτε τῇ ψυχῇ καθάπαξ συνέλκεσθαι, ἢ ἐκθόρνυσθαι· μήτε ἐν τῷ βίῳ ἀσχολεῖσθαι. Κτείνουσι, κρεανομοῦσι, κατάραις ἐλαύνουσι. τί οὖν ταῦτα πρὸς τὸ τὴν διάνοιαν μένειν καθαρὰν, φρενήρη, σώφρονα, δικαίαν; οἷον εἴ τις παραστὰς πηγῇ διαυγεῖ, καὶ γλυκείᾳ βλασφημοίη αὐτήν· ἡ δὲ οὐ παύεται πότιμον ἀναβλύουσα. κἂν πηλὸν ἐμβάλῃ, κἂν κοπρίαν, τάχιστα διασκεδάσει αὐτὰ, καὶ ἐκκλύσει, καὶ οὐδαμῶς βαφήσεται. πῶς οὖν πηγὴν ἀέναον ἕξεις, καὶ μὴ φρέαρ; φύου σεαυτὸν πάσης ὥρας εἰς ἐλευθερίαν, μετὰ τοῦ εὐμενῶς, καὶ ἁπλῶς, καὶ αἰδημόνως. *Neque in rebus agendis fluctuandum eſt, neque in communi vita turbandum, neque cogitationibus vagandum, neque omnino animus contrahendus, aut ſubito impetu efferendus, neque vita occupationibus inanibus atterenda. Occidunt, mactant; exſecrantur: quid haec posſunt, quo minus mens tua permaneat pura, prudens, modeſta, iuſta? Quemadmodum ſi quis limpido et dulci fonti* ad-

adſiſtens, ei conuicium faciat: ille quidem ob id non ceſſat puram aquam ſcaturire: quin et ſi quis lutum aut ſtercus iniiciat, tamen ſtatim ille diſſipabit atque eluet, neque ab iis obturbabitur. Quid ergo agendum, vt fontem perennem habeas, non ciſternam? Perpetuo id age vt natura duce te ad veram libertatem excolas, quae cum manſuetudine, ſimplicitate, verecundia coniuncta ſit. lib. VIII. §. LI.

§. XVI. Iuuabit etiam, quod tertio loco ponimus remedium, exempla eorum ſedulo expendere, qui aduerſa iniquo tulerunt animo, et, quam omnino nihil indignatione ſua et triſtitia profecerint, haud perfunctorie ſecum reputare. Ἐφ᾽ ἑκάστου συμβάματος ἐκείνους πρὸ ὀμμάτων ἔχειν, οἷς τὰ αὐτὰ συνέβαινον· ἔπειτα ἤχθοντο, ἐξενίζοντο, ἐμέμφοντο. νῦν οὖν ἐκεῖνοι ποῦ; οὐδαμοῦ. τί οὖν καὶ σὺ θέλεις ὁμοίως; οὐχὶ δὲ τὰς μὲν ἀλλοτρίας τροπὰς καταλιπεῖν τοῖς τρέπουσι καὶ τρεπομένοις, αὐτὸς δὲ περὶ τὸ πῶς χρῆσθαι αὐτοῖς ὅλος γίνεσθαι. Χρήσῃ γὰρ καλῶς, καὶ ὕλη σου ἔσται, μόνον πρόσεχε καὶ θέλε σεαυτῷ καλὸς εἶναι, ἐπὶ παντὸς οὗ πράσσεις. καὶ μέμνησο ἀμφοτέρων, ὅτι καὶ διάφορον ἐφ᾽ οὗ ἡ πρᾶξις. *Vt ſingula eueniunt aduerſa, ſtatim eos ante oculos habere, qui cum eadem ipſis eueniſſent, indignati ſunt, nouitatem rei mirati, et reprehenderunt ea. Vbi nunc ii ſunt? nusquam. Quid attinet te eorum ſimilem eſſe velle? ac non potius aliis verſantibus ac verſatis proprias conuerſiones, ſeu mores ſuos relinquentem, in id potius totis animi viribus incumbere, vt iis quae tibi acciderunt, recte vtaris. Vteris autem recte, et materia tibi fient actionis idonea, modo ſedulo aduertas animum; ſed et quidquid ages, ſic adfectus agas, vt tibi ipſi probari velis. Fac autem vtriusque memineris; cum diuerſa ſit et agendi materia. lib. VII. §. LVIII.*

§. XVII. Praecipue vero numquam non meminerit homo ſeſe eſſe partem totius: atque adeo ſibi ceu parti nihil poſſe contingere quod non ſit vtile atque bonum toti, ſiue vniuerſo. Omnia itaque adverſa, ceu vtilia toti, aequo animo ſuſtinebit, nec inde dolore adficietur. Πρῶτον κείσθω, ὅτι μέρος εἰμὶ τοῦ ὅλου ὑπὸ φύσεως διοικουμένου. ἔπειτα, ὅτι ἔχω πως οἰκείως πρὸς τὰ ὁμογενῆ μέρη. τούτων γὰρ μεμνημένος, καθό τι

μὲν

μὲν μέρος εἰμὶ, οὐδὲν δυσαρεστήσω τῶν ἐκ τοῦ ὅλου ἀπονεμομένων. οὐδὲν γὰρ βλαβερὸν τῷ μέρει, ὃ τῷ ὅλῳ συμφέρει. οὐ γὰρ ἔχει τι τὸ ὅλον, ὃ μὴ συμφέρει ἑαυτῷ. *Id igitur primo ſtatuatur, eſſe te partem totius quod a natura gubernatur. Deinde coniunctionem tibi quamdam eſſe cum eiusdem generis partibus. Horum memor, quatenus partem me eſſe totius ſentio, nihil aegre feram eorum, quae a toto mihi tribuuntur. Parti enim nihil poteſt nocere, quod toti prodeſt. At totum nihil habet, quod non ipſi proſit. lib. X. §. VI.* et *lib. XI. §. XVIII.* Omnes quidem motus animi eſſe ſecesſiones a natura docet, praecipue vero hunc locum ſuum deſerere, cuius animus aliquid eorum quae eueniunt, fert indigne. Quod cum vnusquisque, quam ſe dedeceat, intelligat, iam eo fortius maerori obluctabitur. Hoc vero vbique fere ANTONINVS noſter inculcat.

§. XIIX. Sed et iſtud haud perfunctorie ſemper meditandum: nihil noui in orbe euenire, tibique adeo nihil vmquam mali contingere, quod non et alii ſint iam ſaepius experti. Quin vero calamitas quaedam non poterit profecto aegre ferri, ſi pro re non inſolita, ſed quotidiana eamdem reputaueris. ἐπὶ παντὸς δὲ τοῦ συμβαίνοντος πρόχειρον ἔχε, ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ πολλάκις εἶδες. ὅλως ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ εὑρήσεις, ὧν μεσταὶ αἱ ἱστορίαι αἱ παλαιαὶ, αἱ μέσαι, αἱ ὑπόγυιοι· ὧν νῦν μεσταὶ αἱ πόλεις, καὶ οἰκίαι, οὐδὲν καινόν· πάντα καὶ συνήθη καὶ ὀλιγοχρόνια. *Quidquid omnino acciderit, expedit in promtu te habere hanc regulam, ſaepe id eſſe a te viſum. Omnino ſi ſuperiora et inferiora animo reputas, inuenies omnia eadem eſſe, quorum plenae ſunt priſcae, mediae, recentesque hiſtoriae, et vrbes et domus: nihil nouum eſt, omnia vſitata et breui durantia tempore. lib. VII. §. I.* et *lib. VI. §. XLVI.* Ὥσπερ προσίσταταί σοι τὰ ἀμφὶ τῷ θεάτρῳ, καὶ τοῖς τοιούτοις χωρίοις, ὡς ἀεὶ τὰ αὐτὰ ὁρώμενα, καὶ τὸ ὁμοειδὲς προσκορῆ τὴν θέαν ποιεῖ. τοῦτο καὶ ἐπὶ ὅλου τοῦ βίου πάσχειν. πάντα γὰρ ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν. *Quae in theatro aut ſimilibus locis vides, ea quum ſemper eadem ſpectentur, et vniformia, ſpectandi ſatietatem adferunt. Id etiam de tota vita ſentiendum. Omnia enim ſuperiora et inferiora,*

eadem

eadem ſunt, et ex iisdem cauſſis exſtiterunt. Sic et: Συνεχῶς ἐπινοεῖν, πῶς πάντα τοιαῦτα ὁποῖα νῦν γίνεται, καὶ πρόσθεν ἐγίνετο, καὶ ἐπινοεῖν γενησόμενα· καὶ ὅλα δράματα καὶ σκηνὰς ὁμοειδεῖς, ὅσα ἐκ πείρας τῆς σῆς, ἢ τῆς πρεσβυτέρας ἱστορίας ἔγνως πρὸ ὀμμάτων τίθεσθαι, οἷον αὐλὴν ὅλην Ἀδριανοῦ, καὶ αὐλὴν ὅλην Ἀντωνίνου, καὶ αὐλὴν ὅλην Φιλίππου, Ἀλεξάνδρου, Κροίσου· πάντα γὰρ ἐκεῖνα τοιαῦτα ἦν, μόνον δι' ἑτέρων. *Adſiduo conſiderandum eſt, quomodo omnia haec qualia nunc ſunt, et olim fuerint, ac proinde ſint futura; et ante oculos ponendae totae fabulae atque ſcenae rerum quae ſunt eiusdem generis, quas vel experientia vidiſti, vel ex antiqua hiſtoria cognouiſti: vt, aulam Adriani, totam Antonini aulam, totam Philippi aulam, Alexandri, Croeſi. Omnia enim haec talia erant, tantum per alios. lib. X. §. XXVII.*

§. XIX. Facilius etiam pellent dolorem homines qui cum aduerſa conflictantur fortuna, ſi reputauerint ſecum, quanta ſit vanitas, repugnare eis, quae vt ſecus fiant, vtique non ſtat penes illos. Φαντάζου πάντα τὸν ἐφ' ᾡτινιοῦν λυπούμενον, ἢ δυσαρεστοῦντα, ὅμοιον τῷ θυομένῳ χοιριδίῳ, καὶ ἀπολακτίζοντι καὶ κεκραγότι. ὅμοιον, καὶ ὁ οἰμώζων ἐπὶ τοῦ κλινιδίου μόνος σιωπῇ τὴν ἔνδεσιν ἡμῶν. καὶ ὅτι μόνῳ τῷ λογικῷ ζώῳ δέδοται, τὸ ἑκουσίως ἕπεσθαι τοῖς γινομένοις· τὸ δὲ ἕπεσθαι ψιλὸν, πᾶσιν ἀναγκαῖον. *Animo tibi finge eum, qui alicuius rei cauſſa dolet, aut indignatur, ſimilem esſe porcello qui mactatur, et calcitrat atque grunnit. Similis etiam qui gemit in lectulo ſolus tacite adligationem noſtram; et quod ſoli animali ratione praedito datum eſt, vt rebus quae eueniunt ſponte obſequatur: omnino autem ſequi eas, omnibus eſt necesſarium. lib. X. §. XXVIII.* Atque huc iſtud ſpectat, quod *lib. X. §. XVIII.* docet, auerſationem ad illa dumtaxat esſe adhibendam, quae noſtri ſunt arbitrii.

§. XX. Fato denique ſeu prouidentiae potius diuinae nos ſubmittamus, certoque ſimus perſuaſi, quidquid nobis accidat, iſtud dirigente Deo nobis euenire, atque adeo aut noſtrae propriae aut aliorum hoc ipſo eumdem conſulere voluisſe ſaluti. Merentur profecto, vt legantur ab omnibus, quae hac de re disſerit ANTONINVS: Ὁποῖόν ἐστι τὸ λεγόμενον, ὅτι συν-

συνέταξεν ὁ Ἀσκλήπιος, τούτῳ ἱππασίαν, ἢ ψυχρολουσίαν, ἢ ἀνυποδησίαν· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ συνέταξεν τούτῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις, νόσον, ἢ πήρωσιν, ἢ ἀποβολὴν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ συνέταξεν τοιοῦτόν τι σημαίνει. ἔταξε, τοῦτο πρὸς τοῦτο, ὡς κατάλληλον εἰς ὑγίειαν, καὶ ἐνταῦθα τὸ συμβαῖνον ἑκάστῳ τέτακταί πως πρὸς αὐτὸ κατάλληλον εἰς τὴν εἱμαρμένην. οὕτως γὰρ καὶ συμβαίνειν αὐτὰ ἡμῖν λέγομεν. ὡς καὶ τοὺς τετραγώνους λίθους ἐν τοῖς τείχεσι ἢ ταῖς πυραμίσι συμβαίνειν οἱ τεχνῖται λέγουσι, συναρμόζοντας ἀλλήλοις τῇ ποιᾷ συνθέσει. ὅλως γὰρ ἁρμονία ἐστὶ μία. καὶ ὥσπερ ἐκ πάντων τῶν σωμάτων ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληροῦται, οὕτως ἐκ πάντων τῶν αἰτιῶν ἡ εἱμαρμένη τοιαύτη αἰτία συμπληροῦται. Νοοῦσι δὲ ὃ λέγω, καὶ οἱ τέλεον ἰδιῶται. Φασὶ γὰρ, τοῦτο ἔφερεν αὐτῷ. οὐκοῦν τοῦτο τούτῳ ἐφέρετο, καὶ τοῦτο τούτῳ συνετάττετο. Δεχώμεθα οὖν αὐτὰ, ὡς ἐκεῖνα ὁ Ἀσκλήπιος συντάττει. Πολλὰ γοῦν καὶ ἐν ἐκείνοις ἐστὶ τραχέα. ἀλλὰ ἀσπαζόμεθα τῇ ἐλπίδι τῆς ὑγιείας. τοιοῦτόν τι σοὶ δοκείτω, ἄνυσις καὶ συντέλεια τῶν τῇ κοινῇ φύσει δοκούντων, οἷον ἡ σὴ ὑγίεια. καὶ οὕτως ἀσπάζου πᾶν τὸ γινόμενον, κἂν ἀπηνέστερον δοκῇ, διὰ τὸ ἐκεῖ ἄγειν, ἐπὶ τὴν τοῦ κόσμου ὑγίειαν, καὶ τὴν τοῦ Διὸς εὐοδίαν καὶ εὐπραγίαν· οὐ γὰρ ἂν τοῦτό τι ἔφερεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνέφερεν. οὐδὲ γὰρ ἡ τυχοῦσα φύσις φέρει τι, ὃ μὴ τῷ διοικουμένῳ ὑπ᾽ αὐτῆς κατάλληλόν ἐστι. Οὐκοῦν κατὰ δύο λόγους στέργειν χρὴ τὸ συμβαῖνόν σοι, καθ᾽ ἕνα μὲν, ὅτι σοι ἐγίνετο, καί σοι συνετάττετο, καὶ πρὸς σέ πως εἶχεν, ἄνωθεν ἐκ τῶν πρεσβυτάτων αἰτίων συγκλωθόμενον. καθ᾽ ἕτερον δὲ, ὅτι τῷ τὸ ὅλον διοικοῦντι τῆς εὐοδίας καὶ τῆς συντελείας, καὶ νὴ Δία, τῆς συμμονῆς αὐτῆς αἴτιόν ἐστι. πηροῦται γὰρ τὸ ὁλόκληρον, ἐὰν καὶ ὁτιοῦν διακόψῃς τῆς συναφείας καὶ συνεχείας ὥσπερ τῶν μορίων, οὕτω δὲ καὶ τῶν αἰτίων. Διακόπτεις δὲ ὅσον ἐπί σοι, ὅταν δυσαρεστῇς, καὶ τρόπον τινὰ ἀναιρῇς.

Quod vulgo dicimus Aeſculapium, huic equitationem, illi lo-

tionem in frigida, alteri vt nudis pedibus ambulet, conſtituiſſe: perinde dicere poſſimus. Natura vniuerſi huic homini morbum, defectum membri, aut amiſſionem prolis, aut tale aliquid conſtituit. Nam vt illic cum dicimus conſtituiſſe, intelligitur Aeſculapium vnam rem alteri ſtatuiſſe, vt ſanitati reſpondentem, et conſentaneam: ita hic, quod vnicuique accidit, ſic illi ſtatutum eſt, vt quod ordini fati ſit conſentaneum. Ita enim haec nobis (accidere) dicimus, vt opifices, quadratos lapides in muris aut pyramidibus exſtruendis (accidere) dicunt vulgo, qui certa collocatione inter ſe congruunt. Omnino enim vna quaedam eſt harmonia: atque vt hoc vniuerſum ex omnibus corporibus in tale quoddam corpus coagmentatum eſt, ita ex omnibus cauſſis fatum talis quaedam ſuprema cauſſa conſummatur. Id quod dico, etiam rudiſſimi intelligunt homines: dicunt enim; (Hoc ſors eius tulit.) Hoc igitur illi (ferebatur;) et hoc illi (conſtituebatur.) Accipiamus ergo haec ita, vt illa quae Aeſculapius (conſtituit:) nam et in illis multa ſunt aſpera, quae tamen ſpe ſanitatis ferimus. Tibi ergo eorum quae communis natura decreuerit perfectio, ſanitatis inſtar ſit: atque ita aequo ſuſcipe animo omnia quae fiunt, (etiamſi quid durius videatur) quoniam eodem tendunt, ad vniuerſi ſanitatem ſcilicet, et Iouis ipſius proſperitatem et felicitatem. Non enim hoc quidquid eſt ſors tua tibi (tuliſſet) niſi et vniuerſo (contuliſſet.) Neque enim vlla quaeuis natura aliud quidquam fert, niſi id modo, quod reſpectum ad id, quod ab ea adminiſtratur, habeat. Quare duae ſunt rationes, cur ea quae tibi eueniunt, aequo debeas animo ferre. Vna, quia ſors tua ſic ferebat, et tibi deſtinata erant ab antiquiſſima cauſſa fatali, habentia ad te certum reſpectum. Altera, quod ea faciunt ad profectum, et perfectionem, ac conſeruationem eius, qui vniuerſo praeeſt. Totum enim mutilatur, ſi etiam minimam partem continuitatis et cohaerentiae vt membrorum, ita etiam cauſſarum diſcindas. Id autem quantum in te eſt, facit, quoties ea, quae tibi obtigerunt, moleſte fers, ac quodammodo tollis. lib. V. §. VIII. Atque haec cauſſa eſt, cur tam ſaepe ANTONINVS inculcet, id quod *lib. IIII. §. XXXIIII.* diſerte docet: ἑκὼν σεαυτὸν τῇ Κλω-

δοῖ συνεπιδίδου, παρέχων συννῆσαι, οἷς τισί ποτε πράγμασι βούλεται. *Vltro te fato praebe, patereque id te iis, quae ei viſum fuerit rebus deſtinare.*

§. XXI. Conſultum itidem ducit, vt nobiscum expendamus, quid demum iſtud ſit, quod nobis creare moleſtiam posſit. Hominum improbitatem ſi indigne feramus: tum quidem cogitandum, esſe homines cognatos atque conciues noſtros: quibus iraſci nefas ſit. Fortunae ſi quis accuſet iniquitatem, illi hoc reputandum, cuncta prouida Numinis adminiſtrari cura; aut ſi iſtud ſibi perſuadere nequeat, Epicuri forte placitis imbutus, ſaltem iſtud ſemper ſecum voluat, fruſtra ſe de fatorum acerbitate conqueri: mundum etiam ciuitatis inſtar esſe: onera ergo cunctis hominibus ceu ciuibus non inique esſe ferenda. Si quem denique male iſtud habet, quod corporis non inſeruire voluptatibus queat, quod ſine gloria, ſine honore viuat; hunc ad ipſa moralis doctrinae elementa ablegat, hisce vt edoctus talia in bonorum non venire cenſum, haud aegre ferat, deesſe ſibi tale quid, quod nemo ſanus pro bono reputat. Idque pluribus edisſerit *lib. IIII. §. III.*

§. XXII. Dolori, ex morbi vehementia orto, ita medelam adfert: περὶ πόνου, τὸ μὲν ἀφόρητον, ἐξάγει· τὸ δὲ χρονίζον, φορητόν· καὶ ἡ διάνοια τὴν ἑαυτῆς γαλήνην κατὰ ἀπόληψιν διατηρεῖ, καὶ οὐ χεῖρον τὸ ἡγεμονικὸν γέγονεν. *Dolor ſi ſit intolerabilis, mortem adfert: diuturnus, ferri poteſt; interimque animus ſuam per interclusionem retinet tranquillitatem, neque fit deterior.* Nimirum ita ſecum rationes ſubducit imperator, aut intolerabilem dolorem esſe, aut eumdem ferri posſe. Si hoc ſit, non eſt, vt eumdem moleſte feramus, nec animi tranquillitatem perturbat: ſi iſtud, eumdem non fore diuturnum, ſed morte mox finitum iri docet. Mortem vero, ſiue anima ſuperſtes ſit, ſiue intereat, non tamen malam esſe alibi probauerat. Aliam medelam huic malo parauit *lib. VII. §. LXIIII.* ἐπὶ μὲν παντὸς πόνου, πρόχειρον ἔστω, ὅτι οὐκ αἰσχρὸν, οὐδὲ τὴν διάνοιαν τὴν κυβερνῶσαν χείρω ποιεῖ· οὔτε γὰρ καθὸ ὑλική ἐστιν, οὔτε καθὸ κοινωνικὴ διαφθείρει αὐτήν. Ἐπὶ μέν τοι τῶν πλείστων πόνων, καὶ τὸ τοῦ Ἐπικούρου σοι βοηθείτω, ὅτι οὔτε ἀφόρητον, οὔτε αἰώνιον· ἐὰν τῶν ὅρων μνημονεύης, καὶ μὴ

προσδοξάζῃς. Κἀκείνου δὲ μέμνησο, ὅτι πολλὰ πόνῳ τὰ αὐτὰ ὄντα, λανθάνει δυσχεραινόμενα, οἷον τὸ νυστάζειν, καὶ τὸ καυματίζεσθαι, καὶ τὸ ἀνορεκτεῖν. ὅταν οὖν τινι τούτων δυσαρεστῇς, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι πόνῳ ἐνδίδως. De omni dolore in promtu ſit tibi cogitare, eum neque turpem eſſe, neque mentem gubernatricem reddere deteriorem: quippe haec neque qua rationabilis, neque qua ſociabilis, damnum accipit. In maiori autem dolorum numero etiam Epicuri dictum prodeſt, eum neque intolerabilem eſſe, neque aeternum, ſiquidem finium recorderis, ac non praeiudicium feras. Id quoque recordare, multa cum eamdem habeant cum dolore naturam, tamen occulte (dum vt minora negliguntur) moleſta eſſe: vt dormiturire, aeſtum ferre, nauſeare, quorum aliquod ſi moleſte fers, dic tibi ipſi, nunc dolori ſuccumbis.

§. XXIII. Agmen denique inter regulas quibus triſtitiae conſulit, haec ANTONINI claudat: *Μὴ τὰ ἀπόντα ἐννοεῖν, ὡς ἤδη ὄντα· ἀλλὰ τῶν παρόντων τὰ δεξιώτατα ἐκλογίζεσθαι, καὶ τούτων χάριν ὑπομιμνήσκεσθαι, πῶς ἂν ἐπεζητεῖτο, εἰ μὴ παρῆν. ἅμα μέν τοι φυλάσσου, μὴ διὰ τοῦ οὕτως ἀσμενίζειν αὐτοῖς, ἐθίσῃς ἐκτιμᾶν αὐτά, ὥστε ἐάν ποτε μὴ παρῇ ταραχθήσεσθαι. Non de iis quae abſunt, tamquam de praeſentibus cogitandum eſt: ſed praeſentium ea quae ſunt gratiſſima deligenda ſunt, illorumque cauſſa memoria repetendum, quam cupide deſiderata fuiſſent, ſi quidem abfuiſſent. Caue tamen praeſentia adeo probes, vt etiam in honore ea habeas, ac ſi quando abſint perturberis. lib. VII. §. XXVII.*

§. XXIIII. Metum vero quod attinet; qui oritur ex repraeſentatione mali futuri: huic omnium commodiſſime obuiam iri poteſt, ſi adſueſcamus futurorum non habere rationem. Atque haec ratio eſt, cur ANTONINVS tam crebro nos adhortatur, vt futurorum non geramus curam. *Τὰ μέλλοντα μὴ ταρασσέτω*, inquit, *ἥξεις γὰρ ἐπ' αὐτὰ ἐὰν δεήσῃ· Φέρων τὸν αὐτὸν λόγον, ᾧ νῦν πρὸς τὰ παρόντα χρᾷ. Ne te perturbet fatum. Nam ſi ita vſus erit, peruenies ad ea eadem inſtructus ratione, qua nunc in praeſentibus vteris. lib. VII. §. VIII.* Hunc in finem et *§. XX.* eiusdem libri docet:

cet: non de abſentibus ſed de praeſentibus esſe cogitandum. conf. et *lib. VIII. §. XXXI.* et *XXXVII.*

§. XXV. Ceterum ex triſtitia cum variae animi oriantur perturbationes, praecipua tamen eius ſpecies eſt ira. Hanc ita compeſcere docet ANTONINVS, vt ſerio nobiscum cogitemus, quam ſit contra naturam et dignitatem hominis, iraſci. Illuſtre atque praeclarum eſt imperatoris huius effatum, quod exſtat *lib. VII. §. XXV.* cuius ſenſum cum accuratisſime DACERIVS expresſerit, gallice illud referemus: *La colere eſt entierement contre la nature, et il eſt aiſé d'en eſtre convaincu, ſi l'on prend garde que lors qu'elle revient ſouvent, et qu'on ſ'en fait une habitude, elle change tout le viſage, et éteint et amortit ſi bien toute ſa beauté, qu'il n'en reſte plus aucune marque et qu'elle ne revient plus.* In notis addit: *En effet tout ce qui eſt ſelon la nature ne fait qu'augmenter la beauté, et ce qui eſt contre elle ne fait que la detruire. La conſequence eſt aiſée à tirer: car comme dit Seneque: Liquit decor omnis iratos.* Sed praecipue nouem iſtas regulas, quibus irae mederi conatur *lib. XI. §. XVIII.* hic legisſe neminem poenitebit. Et initio quidem docet, cum homines natura inter ſe ſint aequales, vnusque natus ſit alterius gratia: hinc minime fas esſe, vt quis alteri velit iraſci. Deteriorem enim illum ſe esſe putat, cui iraſcitur. Καὶ πρῶτον, inquit, τίς ἡ πρὸς αὐτοὺς μοι σχέσις. καὶ ὅτι ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν. καὶ καθ᾽ ἕτερον λόγον, προστησόμενος αὐτῶν γέγονα, ὡς κριὸς ποίμνης, ἢ ταῦρος ἀγέλης. ἄνωθεν δὲ ἔπιθι, ἀπὸ τοῦ, εἰ μὴ ἄτομοι, Φύσις ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα. εἰ τοῦτο, τὰ χείρονα τῶν κρειττόνων ἕνεκεν· ταῦτα δὲ ἀλλήλων. *Ac primo quis mihi ad eos reſpectus. Nati ſumus inuicem vnus alterius gratia. Alia autem ratione, vt ipſis praeſim, ſicut aries gregi, aut taurus armento, ſum natus. Rem altius repete. Si non conſtat mundus ex atomis, vtique natura eum gubernat. Quod ſi detur, vtique deteriora praeſtantiorum gratia ſunt: haec vero vnum propter alterum.* Secundo, quales ſint, quibus iraſcimur, eſt cogitandum. Nimirum vt plurimum deprehendemus, vitiis eos ita immerſos esſe, vt commiſeratione potius, quam ira digni videantur. Δεύτερον δὲ, ὁποῖοι

ὁποῖον τινές εἰσιν ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἐν τῷ κλιναρίῳ, τἄλλα; μάλιστα δὲ, οἵας ἀνάγκας δογμάτων κειμένας ἔχουσιν. καὶ αὐτὰ δὲ ταῦτα, μεθ᾽ οἵου τύφου ποιοῦσι. *Deinde quales illi ſunt in menſa, lecto, alibi? Maxime autem, quibus illi dogmatum et opinionum necesſitatibus adigantur: et haec ipſa, quanto cum faſtu!* Τρίτον, ὅτι εἰ μὲν ὀρθῶς ταῦτα ποιοῦσιν, οὐ δεῖ δυσχεραίνειν· εἰ δ᾽ οὐκ ὀρθῶς δηλονότι ἄκοντες καὶ ἀγνοοῦντες. πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἄκουσα στέρεται, ὥσπερ τοῦ ἀληθοῦς, οὕτως καὶ τοῦ κατ᾽ ἀξίαν ἑκάστῳ προσφέρεσθαι. ἄχθονται γοῦν ἀκούοντες, ἄδικοι, καὶ ἀγνώμονες, καὶ πλεονέκται, καὶ καθάπαξ ἁμαρτητικοὶ περὶ τοὺς πλησίον. *Tertium eſt: Si recte faciunt haec, non eſt indigne ferendum: ſin ſecus, vtique non ſponte, ſed ignoratione peccant. Omnis enim anima inuita priuatur cum veritate, tum iuſtitia, quae ſuum vnicuique pro cuiusque merito tribuit. Itaque dolore adficiuntur, ſi iniuſti, ingrati, auari, omninoque iniurii erga alios dicantur.* Nimirum hoc innuere videtur ANTONINVS, neminem dum iniuſte agit, credere ac ſibi hoc perſuadere, quod iniuſte agat. Sed potius praecipitante illum in errorem praua libidine, eum ſibi adblandiri quaſi, ac exiſtimare ac ſi rem bene ac iuſte gereret. Idque ex Platone ſe didicisſe ipſe profitetur ANTONINVS *lib. VII. §. LXV.* ad quem locum legi meretur DACERIVS. Τέταρτον, ὅτι καὶ αὐτὸς πολλὰ ἁμαρτάνεις, καὶ ἄλλος τοιοῦτος εἶ. καὶ εἴ τινων δὲ ἁμαρτημάτων ἀπέχῃ, ἀλλὰ τήν γε ἕξιν ποιητικὴν ἔχεις, εἰ καὶ διὰ δειλίαν, ἢ δοξοκοπίαν, ἢ τοιοῦτό τι κακὸν. ἀπέχῃ τῶν ὁμοίων ἁμαρτημάτων. *Quartum eſt: Ipſe quoque in multis delinquis, esque ipſorum ſimilis: ac tametſi quibusdam peccatis abstines, tamen habitum ea faciendi habes, ac vel metus, vel gloriolae conſectandae cauſa, aut ob aliud quid aeque vitioſum ſimilibus peccatis abstines.* Πέμπτον, ὅτι οὐδὲ εἰ ἁμαρτάνουσι κατείληφας. πολλὰ γὰρ κατ᾽ οἰκονομίαν γίνεται. καὶ ὅλως πολλὰ δεῖ πρότερον μαθεῖν, ἵνα τις περὶ ἀλλοτρίας πράξεως καταληπτικῶς τι ἀποφήνηται. *Quintum: Ne hoc quidem ſatis ſcis, an peccent. Quaedam enim ex prudenti diſpenſatione fiunt. Omnino autem multa explorare opus eſt, antequam certum aliquid de aliorum actionibus ſtatuas.* Εκτον, ὅτι ὅταν λίαν ἀγανακτῇς,

ἢ καὶ

ἢ καὶ δυσπαθῆς, ἀκαριαῖος ὁ ἀνθρώπειος βίος, καὶ μετ᾽ ὀλίγον πάντες ἐξετάσθημεν. *Sextum: Vt maxime ſtomacheris, tamen vita hominum eſt momentanea, ac paullo poſt omnes morimur.* ἕβδομον, ὅτι οὐχ αἱ πράξεις αὐτῶν ἐνοχλοῦσιν ἡμῖν. ἐκεῖναι γάρ εἰσιν ἐν τοῖς ἐκείνων ἡγεμονικοῖς· ἀλλὰ αἱ ἡμέτεραι ὑπολήψεις. ἆρον γοῦν καὶ θέλησον ἀφεῖναι τὴν ὡς περὶ δεινοῦ κρίσιν, καὶ ἀπῆλθεν ἡ ὀργή. πῶς οὖν ἀρῶ; λογισάμενος ὅτι οὐχ αἰσχρόν. ἐὰν γὰρ μὴ μόνον ᾖ τὸ αἰσχρὸν κακὸν, ἀνάγκη καί σε πολλὰ ἁμαρτάνειν, καὶ λῃστὴν καὶ παντοῖον γινέσθαι. *Septimum: Non actiones ipſorum nobis moleſtiam exhibent, cum eae ſint in ipſorum animis: ſed noſtrae opiniones. Itaque tolle voluntatem iudicandi de re aliqua tamquam mala; ſimul ſuſtuleris iram. Quomodo, inquies, tollam? Si reputes, non eſſe rem turpem. Nam niſi ſola turpitudo malum eſſet, tu quoque neceſſario multis modis peccares, fieresque latro, et quid non?* ὄγδοον, ὅσῳ χαλεπώτερα ἐπιφέρουσιν αἱ ὀργαὶ καὶ λῦπαι αἱ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἢ περὶ αὐτά ἐστιν ἐφ᾽ οἷς ὀργιζόμεθα καὶ λυπούμεθα. *Octauum: Multo grauiora adferunt dolor et ira, quam ob aliorum peccata concipimus, quam ipſa illa grauia ſunt, ob quae iraſcimur et dolemus.* ἔνατον, ὅτι τὸ εὐμενὲς ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον ᾖ καὶ μὴ σεσηρὸς, μηδὲ ὑπόκρισις. τί γάρ σοι ποιήσει ὁ ὑβριστικώτατος, ἐὰν διατελῇς εὐμενὴς αὐτῷ, καὶ εἰ οὕτως ἔτυχε, πράως παραινῇς καὶ μεταδιδάσκῃς εὐσχολῶν παρ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε κακὰ ποιεῖν σε ἐπιχειρεῖ; μὴ τέκνον, πρὸς ἄλλο πεφύκαμεν· ἐγὼ μὲν οὐ μὴ βλαβῶ. σὺ δὲ βλάπτῃ, τέκνον. καὶ δεικνῦναι εὐαφῶς καὶ ὁλικῶς, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, ὅτι οὐδὲ μέλισσαι αὐτὸ ποιοῦσιν, οὐδ᾽ ὅσα συναγελαστικὰ πέφυκε. δεῖ δὲ μήτε εἰρωνικῶς αὐτὸ ποιεῖν, μήτε ὀνειδιστικῶς, ἀλλὰ φιλοστόργως καὶ ἀδήκτως τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ ὡς ἐν σχολῇ, μηδὲ ἵνα ἄλλος παραστὰς θαυμάσῃ· ἀλλ᾽ ἤτοι πρὸς μόνον, καὶ ἐὰν ἄλλοί τινες περιεστήκωσι. *Nonum: Manſuetudo, ſi genuina ſit, non contumelioſa aut fucata, inuicta eſt. Quid vero vel procaciſſimus homo tibi faciet, ſi conſtanter manſuetudinem ſerues, ac ſi res ita ferat, placide eum*

horteris ac doceas, eo ipſo tempore vacans huic rei, cum iſte laedere nititur? Si dicas: Noli fili; ad alias res nati ſumus: ego quidem non laedar, ſed tu fili: idque ei aperte et generatim oſtendas, neque apes, neque vllum aliud eorum, quae ad coetum apta ſunt natura animalium ita agere. Oportet autem neque irridendi neque conuiciandi cauſſa hoc facere, ſed amanter, atque ita vt ne mordeatur; neue vt in ſchola, vt adſtantes mirentur, ſed vt cum ſolo ita loqui debes, etiam ſi alii adſint. Τούτων τῶν ἐννέα κεφαλαίων μέμνησο, ὡς παρὰ τῶν μουσῶν δῶρα εἰληφώς· καὶ ἄρξαι ποτε ἄνθρωπος εἶναι, ἕως ζῇς. Φυλακτέον δὲ ἐπίσης τῷ ὀργίζεσθαι αὐτοῖς, τὸ κολακεύειν αὐτούς. ἀμφότερα γὰρ ἀκοινώνητα, καὶ πρὸς βλάβην φέρει. πρόχειρον δὲ ἐν ταῖς ὀργαῖς, ὅτι οὐχὶ τὸ θυμοῦσθαι ἀνδρικὸν, ἀλλὰ τὸ πρᾷον καὶ ἥμερον, ὥσπερ ἀνθρωπικώτερον, οὕτως καὶ ἀῤῥενικώτερον· καὶ ἰσχύος καὶ νεύρων καὶ ἀνδρείας τούτῳ μέτεστιν, οὐχὶ τῷ ἀγανακτοῦντι καὶ δυσαρεστοῦντι. ὅσῳ γὰρ ἀπαθείᾳ τοῦτο οἰκειότερον, τοσούτῳ καὶ δυνάμει. ὥσπερ τε ἡ λύπη ἀσθενοῦς, οὕτως καὶ ἡ ὀργή· ἀμφότεροι γὰρ τέτρωνται, καὶ ἐνδεδώκασιν. εἰ δὲ βούλει, καὶ δέκατον παρὰ τοῦ μουσηγέτου δῶρον λάβε· ὅτι τὸ μὴ ἀξιοῦν ἁμαρτάνειν τοὺς φαύλους, μανικόν. ἀδυνάτου γὰρ ἐφίεται· τὸ δὲ συγχωρεῖν ἄλλοις μὲν εἶναι τοιούτους, ἀξιοῦν δὲ μὴ εἰς σὲ ἁμαρτάνειν, ἄγνωμον καὶ τυραννικόν. *Horum nouem capitulorum memento, tamquam a muſis ſi ea dono accepiſſes: ac incipe tandem homo eſſe, dum viuis. Tam vero cauendum ne aduleris eis, quam ne iraſcaris: vtrumque enim a ſocietate eſt alienum, et damnoſum. In promtu autem tibi ſit ira accedente, non iram eſſe viri ſed manſuetudinem vt humaniorem, ita viriliorem eſſe: robur enim vero, et neruos, et vires penes manſuetos eſſe, quae non ſunt apud indignantes et moroſos. Nam quanto propinquior eſt manſuetudo vacuitati adfectuum, tanto et potentiae: ac quemadmodum dolor in impotentes cadit, ſic et ira. Vterque enim vulnus accepit, et herbam porrexit. Quod ſi lubet, etiam decimum a duce muſarum donum accipe: nempe, inſani eſſe, velle ne praui homines peccent: qui enim*

enim hoc petit, id petit, quod fieri non poteſt. Aliis vero concedere vt ſint mali modo ne in te peccent, iniqui, et tyrannici plane hominis eſt. Denique et irae vanitatem quandoque meditari iuuabit. Atque huc facit illud EVRIPIDIS in *Bellerophonte*, quod ANTONINVS *lib. VII. §. XXXVIII.* refert:

> Τοῖς πράγμασι γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών·
> Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν.
>
> *Nam rebus iraſci, nihil ſane expedit:*
> *Iram enim curant noſtram nihil.*

§. XXVI. Quod autem ad illas animi perturbationes attinet, quae ex boni cuiusdam repraeſentatione oriuntur, praecipua inter illas eſt, laetitia, quam a gaudio ita diſcernere Stoicos AVGVSTINVS auctor eſt *lib. XIIII. de ciuit. dei, cap. VIII.* vt gaudium quidem in ſapientem virum cadere autument: laetari autem neminem niſi ſtultum. DIOGENES LAERTIVS in *vita Zenonis* ſiue *lib. VII. ſect. CXIIII. p. 436.* laetitiam voluptatem, ἡδονὴν, vocat, eamque cum AVGVSTINO et CICERONE, ſine ratione elationem, in re quae videatur expetenda, docet: et quatuor eius partes conſtituit, κήλησιν, *delinitionem*, ἐπιχαιρεκακίαν *gaudium, in malis alterius*, τέρψιν, *oblectationem*, et διάχυσιν, *diffuſionem.* Huic itaque laetitiae ſiue voluptati vt obuiam eatur, initio quidem non eſt praetermittendum, illam, quam in genere cum ANTONINO animi perturbationibus oppoſui regulam, in hac animi paſſione debellanda, et eradicanda, vel maxime ſuam vim exſerere. Secundo et huic adfectui rite quis et feliciter obluctabitur, ſi vilitatem et foeditatem earum rerum ſemper ſecum reputet, quibus laetitia ſiue voluptas et excitatur et alitur. Τὸ σαπρὸν, inquit MARCVS AVRELIVS, τῆς ἑκάστῳ ὑποκειμένης ὕλης· ὕδωρ, κόνις, ὀστάρια, γράσος· ἢ πάλιν, πῶροι γῆς, τὰ μάρμαρα· καὶ ὑποστάθμαι, ὁ χρυσὸς, ὁ ἄργυρος· καὶ τριχία, ἡ ἐσθής· καὶ αἷμα, ἡ πορφύρα· καὶ τὰ ἄλλα πάντα τοιαῦτα. καὶ τὸ πνευμάτικὸν δὲ, ἄλλο τοιοῦτον, καὶ ἐκ τούτων εἰς ταῦτα μεταβάλλον. *Vide quam putris ſit omnium rerum materia; aqua, puluis, oſſicula, foetor: rurſus calli terrae, marmora: faeces, aurum et argentum. Ve-*

ſtis imperatoria, villi: purpura, ſanguis: omnia reliqua eiusdem modi. Etiam vita tua quae ſpiritu conſtat, aliquid tale, atque ex his in haec mutatur. lib. IX. §. XXXVI. Praecipue vero ſecum quotidie expendat homo, quem in finem natus ſit: nimirum non ad voluptatem, ſed ad ſocietatis humanae vtilitatem ſeſe eſſe in lucem editum, numquam non ſecum voluat. Praeclare hoc ita ediſſerit imperator noſter: Ορθρου ὅταν δυσόκνως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔστω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπου ἔργον ἐγείρομαι. ἔτι οὖν δυσκολαίνω εἰ πορεύομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἕνεκεν γέγονα, καὶ ὧν χάριν προῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; ἢ ἐπὶ τοῦτο κατεσκεύασμαι, ἵνα κατακείμενος τοῖς στρωματίοις ἐμαυτὸν θάλπω; Αλλὰ τοῦτο ἥδιον. πρὸς τὸ ἥδεσθαι οὖν γέγονας; ὅλως δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν, ἢ πρὸς ἐνέργειαν; οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια, τὰ στρουθάρια, τοὺς μύρμηκας, τοὺς ἀράχνας, τὰς μελίσσας, τὸν καθ᾽ αὑτὰς συγκοσμούσας κόσμον; σὺ οὐ θέλεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; οὐ τρέχεις ἐπὶ τὸ κατὰ σὴν φύσιν; Αλλὰ δεῖ καὶ ἀναπαύεσθαι· δεῖ. ἔδωκε καὶ τούτου μέτρα ἡ φύσις. ἔδωκε μέντοι καὶ τοῦ ἐσθίειν, καὶ πίνειν· καὶ ὅμως σὺ, ὑπὲρ τὰ μέτρα, ὑπὲρ τὰ ἀρκοῦντα προχωρεῖς. ἐν ταῖς πράξεσι δὲ οὐκ ἔτι, ἀλλ᾽ ἐντὸς τοῦ δυνατοῦ. οὐ γὰρ φιλεῖς σεαυτόν. ἐπεί τοι καὶ τὴν φύσιν ἂν σου, καὶ τὸ βούλημα ταύτης ἐφίλεις. ἄλλοι τε τὰς τέχνας ἑαυτῶν φιλοῦντες, συγκατατήκονται τοῖς κατ᾽ αὐτὰς ἔργοις, ἄλουτοι καὶ ἄσιτοι. σὺ τὴν φύσιν τὴν σεαυτοῦ ἔλασσον τιμᾷς ἢ ὁ τορνευτὴς τὴν τορνευτικήν· ἢ ὁ ὀρχηστὴς τὴν ὀρχηστικήν· ἢ ὁ φιλάργυρος τὸ ἀργύριον· ἢ ὁ κενόδοξος τὸ δοξάριον. καὶ οὗτοι, ὅταν προσπαθῶσιν, οὔτε φαγεῖν, οὔτε κοιμηθῆναι θέλουσι μᾶλλον, ἢ ταῦτα συναύξειν πρὸς ἃ φέρονται. σοὶ δὲ αἱ κοινωνικαὶ πράξεις εὐτελέστεραι φαίνονται, καὶ ἥσσονος σπουδῆς ἄξιαι. *Mane cum grauatim a ſomno ſurgis, in promtu tibi ſit cogitare, te ad humanum opus faciendum ſurgere. Itaque ergo (dices) grauate accedo ad agenda ea, quorum cauſſa natus ſum, ac propter quae in hunc veni mundum? ſcilicet in hoc factus ſum, vt decumbens in lecto me ipſum*

ipſum calefaciam? Atqui hoc iucundum eſt. Ergone ad voluptatem natus es, non ad agendum et operandum? non vides plantulas, paſſerculos, formicas, araneas, apes, ſingula haec ſuo intenta officio proprii mundi curſum officiumque conſummare? tu vero ea quae ſunt hominis obire recuſas, neque ad id properas, quod naturae tuae conuenit? At vero quiete opus eſt. Sane: ſed et huic modum ſtatuit natura, perinde vt edendi bibendique: atqui tu vltra modum et id quod ſatis eſt, procedis: in rebus vero agendis intra modum ſubſiſtis. Fit hoc eo, quia te ipſum non diligis: alioquin enim et naturam tuam eiusque voluntatem diligeres. Etenim alii qui ſuas artes amant, operibus ſuis ita toti intabeſcunt, vt neque balneorum, neque cibi curam habeant. Tu naturam tuam non tanti facis, quanti aut tornator, aut hiſtrio ſuam artem; quanti auarus argentum, et inanis gloriae cupidus gloriolam. Hi enim quarum rerum ſtudio tenentur, dum eas res augere et amplificare poſſint, cibum et ſomnum poſtponunt. At tibi actiones ad ſocietatem ſpectantes humanam viliores videntur, minorique opera dignae. lib. V. §. I.

SECTIO SEXTA
DE OFFICIIS HOMINVM GENERATIM SPECIATIM DE OFFICIIS ERGA DEVM.

DE officiis vt nunc Stoicorum ſententiam, duce ANTONINO, ediſſeramus, reſtat. Eſt autem ſecundum eos officium, quod graece καθῆκον vel προσῆκον vocatur, quod ratione factum eſt: ſiue actio naturalibus conſtitutionibus conueniens. Ita enim vocem καθῆκον, interpretantur: ὅσα λόγῳ πρέπει ποιεῖν, *quaecumque rationi conſentanea ſunt vt facias*, vel ὅσα λόγος αἱρεῖ ποιεῖν, *quaecumque ratio facienda dictat*: quandoque et ſic explicant: τὸ ἀκόλουθον ἐν τῇ ζωῇ, *id quod in vita ſequi addecet.* conf. IOAN. HENRICVS BOECLERVS in *praefatione in lib. Officior.* D. AMBROSII. Atque hinc intelligi poterit, quid ANTO-

TONINVS per *fructus rationis* ſibi velit. Nimirum per hos nihil aliud quam officia intelligit: φέρει, inquit, καρπὸν καὶ ἄνθρωπος, καὶ Θεὸς, καὶ ὁ κόσμος· ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἕκαστα φέρει. εἰ δὲ ἡ συνήθεια κυρίως τέτριφεν ἐπὶ ἀμπέλε καὶ τῶν ὁμοίων, ἐδὲν τἕτο ὁ λόγος δὲ καὶ κοινὸν καὶ ἴδιον καρπὸν ἔχει, καὶ γίνεται ἐξ αὐτἕ τοιαῦθ᾽ ἕτερα, ὁποῖόν τι αὐτός ἐστιν ὁ λόγος. *Fructum fert et homo, et Deus, et mundus, ſuo vnumquodque tempore: nam quod de vite et id genus aliis vſu loquentium magis hoc tritum et vulgare eſt, nihil hoc ad rem. Ratio fructum fert et communem et proprium* (DACERIVS ita vertit: *La raiſon porte auſſi ſon fruit qui eſt en même temps propre pour elle, et commun pour tout le monde.*) *naſcuntur ex eo alia quaedam eiusmodi, quae ſunt eiusdem cum ratione ñaturae. lib. IX. §. X.* Quod vero dixerat, hunc rationis fructum et proprium et communem esſe, hoc ita explicat DACERIVS: *Tous les fruits qui ne ſont pas utiles à la ſocieté, ne ſont que les fruits d'une raiſon alterée et corrompuë. Car comme la raiſon eſt commune à tous les hommes, il faut necesſairement que les fruits qu'elle porte leur ſoient auſſi communs.* in *not.* ad *h. l. tom. II. p. 140.* Hinc ad officia praeſtanda nos adhortaturus praecipit, vt rationem ſequamur: εὐθεῖαν πέραινε. ἀκολεθῶν τῇ φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ. Μία δὲ ἀμφοτέρων τέτων ἡ ὁδός. πορεύομαι διὰ τὴν κατὰ φύσιν, μέχρι πεσὼν ἀναπαύσομαι. *Recta via eo eſt progrediendum, quo et tua et communis omnium ducit natura* (hoc eſt ratio) *: vtriusque autem vna eademque via eſt. Per ea quae ſunt ſecundum naturam* (hoc eſt per actiones rationi conuenientes ſiue officia) *progredior, donec cadens cesſo ſimul et exſpiro. lib. V. §. III.*

§. II. Et ita quidem vocabulum καθήκοντος ſeu *officii*, in latiori ſignificatione accipitur. Quo nomine et recte SIMPLICIVS dixit in *Epictetum cap. XXXVII.* moralem et ciuilem diſciplinam totam περὶ τὰ καθήκοντα circa officia explicanda esſe occupatam. Cum quo et conſentit: Solent vero a Stoicis variae officiorum partitiones tradi: alia enim dicunt esſe ſemper facienda, alia non ſemper: alia esſe περιστατικὰ, alia ἄνευ περιστάσεως, alia esſe κατορθώματα ſeu officia perfecta,

cta, alia καθήκοντα ſpecialiter ſic dicta, ſiue officia media vel communia. Vbi quidem iſtud non eſt praetermittendum, cum quaedam officia ἄνευ περιστάσεως esſe dicunt, neutiquam ſenſum hunc esſe, ac ſi quaedam actiones vel officia omnibus vacent circumſtantiis ſeu ſingularibus attributis, id quod eſt ἐκ τῶν ἀδυνάτων: ſed esſe quaedam officia ἄνευ περιστάσεως Stoici docent, at tali, quae ordinariam legis naturae obligationem aut differat aut ſufflaminet; esſe vero nonnumquam alias actiones, quarum περίστασις efficiat, vt obligatio ad eam praeſtandam propter iſtam περίστασιν exſpiret. Qua de re videatur SAMVEL RACHELIVS ad *lib. I. offic. Ciceronis p. 24.*

§. III. Quando autem καθήκοντι opponitur κατόρθωμα, vox καθήκοντος in ſignificatione plane ſpeciali ſumitur. Atque tum quidem καθῆκον ſiue officium ſcilicet *medium* vel *commune*, eſt eiusmodi factum, cuius, cur ſit factum, ratio probabilis reddi poteſt. Ratio autem huiusmodi oritur ex discusſione dubiorum, quae exſiſtunt circa ea, a quibus ad agendum impellimur, qualia ſunt honeſtum, turpe; vtile, inutile. Paucis: rationes iſtae ex locis dialecticis ſecundum diſciplinam Peripateticorum deſumuntur. Quotuplici autem ratione dubitatio circa officia inſtitui queat, docet CICERO *de officiis lib. I. cap. III.*

§. IIII. Contra κατόρθωμα Stoici vocant officium rectum, perfectum, ἀποδεικτικῶς certum, omnibusque numeris abſolutum, quod nec in excesſum nec in defectum exorbitet, ſed vt vbique hilari facilitate adpetitus rectae rationi in agendo obſequatur: quale quidem κατόρθωμα a nemine peragi posſit, niſi a ſapiente Stoico: quem tot ſtupendis elogiis ornant, vt homo qui talis fuerit, vel ipſis non diffitentibus, numquam ſit repertus. Et haec quidem officia perfecta a recto virtutis tramite, cui inſiſtit vir ſapiens, et a quo numquam dimouetur, κατορθώματα ſiue κατορθώσεις dicta esſe contendit ANTONINVS: ὁ λόγος καὶ ἡ λογικὴ τέχνη δυνάμεις εἰσὶν ἑαυταῖς ἀρκούμεναι, καὶ τοῖς καθ᾽ ἑαυτὰς ἔργοις. ὁρμῶνται μὲν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς· ὁδεύουσι δὲ εἰς τὸ προκείμενον τέλος. καθὸ κατορθώσεις αἱ τοιαῦται πράξεις ὀνομάζονται, τὴν ὀρθότητα τῆς ὁδοῦ σημαίνουσαι. *Ratio et rationalis ars, faculta-*

tes

tes ſunt ſibi ipſae ſufficientes, ſuisque propriis operibus contentae. Et a proprio quidem cientur illae principio; at pergunt ad finem quemcumque ſors (ſeu fatum) obiicit. Vnde et actiones earum a via cui inſiſtunt nomen apud Graecos ſortitae ſunt, vt ſint κατορθώσεις: *nos (rectas effectiones) dicere poſſumus. lib. V. §. XIIII.*

§. V. Nobis itaque in praeſenti de iis officiis ſermo eſt, quae *media* ſiue *communia*, vel καθήκοντα in ſignificatione ſpeciali, adpellitantur. Atque tale quidem officium vt rite ſe habeat, ſecundum ANTONINVM requiritur I) vt ſit actio rationi conueniens, II) vt eo modo fiat, quo fieri eam ratio iusſit, III) nec denique alio tempore, quam quo ratio praecepit, peragatur. Id vero eſt quod alii docent, ad actionem bonam requiri, vt ſecundum omnes περιστάσεις rationi vel legi ſit conueniens. ANTONINVS vero ita hoc effert: ἐμὲ ἓν μόνον περισπᾷ, μήτι αὐτὸς ποιήσω, ὃ ἡ κατασκευὴ τῦ ἀνθρώπυ ὐ θέλει, ἢ ὡς ὐ θέλει, ἢ ὃ νῦν ὐ θέλει. *Vnum hoc me ſollicitum tenet, ne quid faciam, quod hominis conſtitutio* (hoc eſt ratio) *aut nolit factum, aut alio modo, vel tempore factum velit. lib. VII. §. XX.* conf. DACERIVS ad *h. l.*

§. VI. Homini quoque eas a natura vires ſuppeditatas esſe, porro docebant Stoici, vt officia praeſtare posſit. Atque hinc SENECA *ep. XLI.* ſtultum esſe ait, bonam mentem a Deo optare, cum vnusquisque eam a ſe impetrare queat. In quo vtique naturae viribus nimium tribuebant, pesſimisque caeleſtis doctrinae impugnatoribus muniuerunt viam. vid. FRIDERICVS RAPPOLTVS in *commentar. in Horat. p. 810.* Interim ſi ea quae perperam quandoque ab illis dicta ſunt, emendentur, certis limitibus circumſcripta illorum ſententia admitti poteſt. Nec in diuerſam ab illis abit ANTONINVS, cuius hoc exſtat effatum: πανταχῦ καὶ διηνεκῶς ἐπὶ σοί ἐστι καὶ τῇ παρύσῃ συμβάσει θεοσεβῶς εὐαρεστεῖν, καὶ τοῖς παρῦσιν ἀνθρώποις κατὰ δικαιοσύνην προσφέρεσθαι. *Vbique et ſemper in tua eſt manu poſitum, vt ea quae in praeſentia tibi acciderunt, et adprobes pie, et cum hominibus, qui tecum ſint, iuſte agas; lib. VII. §. LIIII.* Et *lib. V. §. XIIII.* Ita contingere quidem ſaepius autumat, vt quae ratio

pro

pro difficilibus vel plane ἀδυνάτοις reputat, ea perquam facilia ſint homini ambitioſo, aut adfectu quodam vehementiori concitato; indeque vt quisque ſecum expendat, iubet, quam iniquum ſit, vt ignorantia et inane laudis aucupium plus poſſint, quam ratio et prudentia. Illis vero, quorum ignauia et malitia humanae infirmitatis obtentu ſeſe tegit atque occultat, ſaluberrimo monito obuiam it ANTONINVS: Μὴ εἴ τι αὐτῷ σοι δυσκαταπόνητον, τοῦτο ἀνθρώπῳ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν. ἀλλ' εἴ τι ἀνθρώπῳ δυνατὸν καὶ οἰκεῖον, τοῦτο καὶ σεαυτῷ ἐφικτὸν νόμιζε. *Non, ſi quid adſequi induſtria tua nequis, id a nullo praeſtari poſſe homine exiſtima: ſed quidquid homo poteſt, quidquid ei conuenit, id et tibi non impoſſibile iudica. lib. VI. §. XIX.*

§. VII. Sed et quod praeſtare officia debeat homo et ad id obligatus ſit, inde colligitur, quod homo a Deo ad ſocietatem creatus ſit, adeoque ita ſe gerere debet, vt ſocietati inſeruiat, id quod fieri nequit, niſi rite officia ſua peragat, quae ſocietatis praecipue ratio requirit. Ο τοῦ ὅλου νοῦς, inquit ANTONINVS, κοινωνικός. πεποίηκε γοῦν τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν· καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. ὁρᾷς, πῶς ὑπέταξε, συνέταξε, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπένειμεν ἑκάστοις, καὶ τὰ κρατιστεύοντα εἰς ὁμόνοιαν ἀλλήλων συνήγαγε. *Mens quae mundum gubernat, ſocietatis rationem habuit: itaque et inferiora praeſtantiorum cauſſa effecit, et praeſtantiorum vnum alteri conciliauit. Vides, vt ſubiecerit, coniunxerit, vt vnicuique ſecundum dignitatem ſuum tribuerit, eaque quae ſunt praeſtantiſſima, mutuo conſenſu deuinxerit. lib. V. §. XXX.* Et *lib. VI. §. VII.* Ἑνὶ τέρπου, καὶ προσαναπαύου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν σὺν μνήμῃ θεοῦ. *Vno hoc te oblecta, inque vno hoc adquieſce, vt ab vna ſocietatis humanae tuendae cauſſa ſuſcepta actione, ad aliam transeas, Dei memor.* Nec enim ſine ratione addit, *Dei memor*, innuens, Deum ideo hominem condidiſſe, hincque illum obligatum eſſe a Deo, vt pro viribus ſocietati humanae inſeruiat, nec committat quidquam quod huic fini repugnet. Quare et nihil a recto iſto virtutis tramite et officiorum praeſtationibus eum dimouere debet

Μη

Μὴ διαφέρε πότερον ῥιγῶν, ἢ θαλπόμενος τὸ πρέπον ποιεῖς· ϗ πότερον νυςάζων, ἢ ἱκανῶς ὕπνε ἔχων· ϗ πότερον κακῶς ἀκέων, ἢ εὐφημέμενος· ϗ πότερον ἀποθνήσκων, ἢ πράτlων τι ἀλλοῖον. *Nullo pone in diſcrimine, algensue an calens, dormituriens an ſomni ſatur, male an bene audiens, moriens an aliud quid agens id facias, quod te decet. lib. VI. §. II.*

§. VIII. Solent officia diuerſa ratione diſpeſci. Plerique non tantum ſtoici, ſed et alii philoſophi cuncta ad quatuor ſolent reuocare capita atque fontes, *prudentiam*, *fortitudinem*, *temperantiam*, atque *iuſtitiam*. Et hae quidem ſunt quatuor iſtae virtutes cardinales, in omnium fere philoſophorum ſcholis celebratae. Haud obſcure quoque hanc officiorum partitionem innuit ipſe ANTONINVS: Εἰ γάρ τις ἐπινοήσειεν ὑπάρχοντά τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ, οἷον φρόνησιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, ὐκ ἂν ταῦτα προεπινοήσας, ἔτι ἀκῦσαι θυνηθείη τί. ὑπὸ τῷ ἀγαθῷ ἐφαρμόσει. *Si quis enim ſcenae ſpectator quae natura ſua vere bona ſunt, prudentiam puta, temperantiam, iuſtitiam, fortitudinem, bona praedicari audias, hoc iam audito, nihil exſpectat vltra, quo ſermonis excuſetur inſolentia. Iſta enim vt boni adpellationi rite concordantia auditus admittit. lib. V. §. XII.* et *lib. III. §. VI.* Ει μὲν κρεῖτlον εὑρίσκεις ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σωφροσύνης, ἀνδρείας, *ſi quid in vita humana inuenis potius iuſtitia, veritate, temperantia, fortitudine* cet. Vbi quidem pro *prudentia* veritatem ponit, ſenſu plane eodem, cum vtraque vox hic virtutem denotet eamque intelligendi facultati propriam. Et ſane hanc officiorum partitionem ipſe comprobauit calculo ſuo CICERO: dum huic fundamento omnem ſuam de officiis tractationem ſuperſtruxit. Honeſtum quippe iſtud dixit, quod naturae eſt conueniens. Conuenire autem naturae quatuor, I) Tueri et conſeruare ſe et ſocietatem a natura conſtitutam. Idque eſt *iuſtitiae* munus. II) Inquirere diſcereque verum. Hoc facit *prudentia.* III) Magno animo deterioribus imperare velle. Atque hoc *fortitudinis* proprium eſt. IIII) Perſpicere et obſeruare ordinem in rebus atque decus. Et hoc qui-

quidem *temperantia* peragit. Inde vero porro copioſius exſequitur ſpecialia officia, quae ex hisce fontibus promanant, ac deriuari posſunt. Alii autem ad duo capita, *temperantiam* et *fortitudinem*, omnes virtutes, reducunt. Prudentia enim, cum ſit intellectus virtus, perperam ad virtutes morales eam referri contendunt. Iuſtitiae vero voce cum omnia officia denotentur, quae et ſecundum quosdam ἀθροισμὸς ſiue congeries eſt omnium virtutum, quo pacto et ANTONINVS *lib. XI. §. IX.* dixit, a iuſtitia reliquas omnes virtutes dependere, non poterit hoc nomine certa officiorum venire ſpecies. Atque inde EPICTETVM ſummam officiorum hisce vocibus comprehendisſe adſerunt, ἀνέχȣ καὶ ἀπέχȣ. Et *ſuſtinere* quidem fortis viri, *abſtinere* esſe temperantis. Sed iſta discutere accuratius meum non eſt. Sane ANTONINO nulla alia ſeſe magis probat officiorum partitio, quam quae et hodie plerisque eſt recepta, et ab *obiecto*, vt in ſcholis loquuntur, *perſonnae*, deſumitur. Cuius quidem partitionis rationem, vel ex EPICTETO petere licet, qui *cap. XXXVII. enchiridii* omnia officia in vniuerſum mutuis adfectionibus (ταῖς σχέσεσι) esſe metienda autumat. Enimuero deprehendet facile vnusquisque aliam esſe σχέσιν, hoc eſt, (vt SAMVEL RACHELIVS explicat in *offic. Ciceron. lib. I. p. 20.*) obligationem, qua Deo, aliam, qua ſibi ipſi, ceu membro ſocietatis, et rurſus aliam, qua ceteris hominibus eſt obſtrictus. Huius autem σχέσεως ratio omnium optime ex naturae humanae conſideratione petitur. ANTONINVS vero luculenter iſtud quod dixi, hisce innuit: τρέχε ἐπὶ τὸ σεαυτȣ̃ ἡγεμονικὸν, καὶ τὸ τȣ̃ ὅλȣ, καὶ τὸ τȣ́τȣ. τὸ μὲν σεαυτȣ̃, ἵνα νȣ̃ν δικαϊκὸν αὐτὸ ποιήσῃς. τὸ δὲ τȣ̃ ὅλȣ, ἵνα συμμνημονεύσῃς τίνος μέρος εἶ· τὸ δὲ τȣ́τȣ, ἵνα ἐπιστήσῃς πότερον ἄγνοια. *Perpende mentem tuam, vniuerſi,* (hoc eſt Dei, qui eſt anima mundi ſecundum Stoicos) *ac proximi: tuam, vt eam iuſtam reddas: vniuerſi, vt recordere cuius pars ſit: proximi, vt videas ſitne in ea ignoratio, an vero prudentia. lib. IX. §. XXII.* add. DACERIVS ad *h. l.* Et *lib. VIII. §. XXVII.* tres esſe hominis reſpectus (σχέσεις) docet: vnum ad causſam proximam, (hoc eſt, nos ipſos, conf. DACERIVS ad *h. l.*)

alterum ad diuinam cauſſam, a qua omnia omnibus eueniunt, (hoc eſt, Deum) tertium ad eos, qui nobiſcum viuunt. Haud obſcure quoque iſtud docet *lib. V. §. XXXIII.* ἕως δὲ ἐκείνης ὁ καιρὸς ἐφίϛαται, τί ἀρκεῖ; τί δ᾽ ἄλλο ἢ θεοὺς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν· ἀνθρώπους δὲ εὐποιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν, καὶ ἀπέχεσθαι· ὅσα δὲ ἐκτὸς ὅρων τοῦ κρεαδίου, καὶ τοῦ πνευματίου, ταῦτα μεμνῆσθαι μήτε σὰ ὄντα, μήτε ἐπὶ σοι. *Quid interim donec tempus eius* (mortis) *inſtat, tibi ſufficiet? Quid aliud, quam deos venerari et celebrare, hominibus benefacere, eosque et ferre, et iis abstinere: quae extra tuae carunculae et animulae ſunt poſita fines, ea meminiſſe neque poſſeſſionis, neque poteſtatis tuae eſſe.*

§. IX. Interim omnes virtutes inter ſe nexas eſſe, et vinculo quaſi arctiori ita iunctas docebant Stoici, vt non poſſint diuelli atque ſeparari: namque vnam quidem actionem rationi conuenientem non mereri quidem nomen virtutis aut officii, niſi omnes eiusdem hominis actiones itidem ad rationis normam ſint compoſitae. Sic CHRYSIPPVS diſerte docet apud PLVTARCHVM in libro *de contradictionibus Stoicorum, tom. II. operum, p. m. 1046.* Atque iſtud etiam indicat ANTONINVS: Ἐὰν τίς σοι προβάλῃ πῶς γράφεται τὸ Ἀντωνίνου ὄνομα, μήτι κατεντεινόμενος προοίσῃ ἕκαϛον τῶν ϛοιχείων; τί οὖν ἐὰν ὀργίζωνται, μήτι ἀντοργιῇ; μήτι οὐκ ἐξαριθμήσῃ πράως, προϊὼν ἕκαϛον τῶν γραμμάτων; οὕτως οὖν καὶ ἐνθάδε μέμνησο, ὅτι πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων συμπληροῦται. τούτους δεῖ τηροῦντα, καὶ μὴ θορυβούμενον, μηδὲ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδυσχεραίνοντα, περαίνειν ὁδῷ τὸ προκείμενον. *Si quis a te quaerat, quomodo ſit nomen Antonini ſcribendum, nonne ſingulatim omnes litteras in hoc intentus vnum proferres? Quid ergo ſi qui iraſcuntur, num viciſſim tu quoque ſtomachaberis? non potius numerum inibis placide ſingularum litterarum. Itaque etiam hic memento ſuis omne officium quibusdam conſtare numeris: quos imperturbatos ſeruare, neque indignantibus aliis indignari, ſed recta via quod tibi propoſuiſti, perficere te oportet. lib. VI. §. XXVI.* Hoc vero ſic porro explicat DACERIVS: *Comme le nom d'Antonin ne ſubſiſte plus, ſi en l'écrivant on oublie une ſeule lettre:*

de

de même, ſi dans l'accompliſſement des choſes qui conſtituent chacun de nos devoirs, nous en oublions une ſeule, tout le reſte eſt abſolument perdu. Il en eſt de même de la Loy, qui eſt compoſée d'un certain nombre de commandemens; ſi on en viole un ſeul, on les viole tous. Car je croy que ce paſſage d'Antonin peut fort bien ſervir à expliquer le celebre paſſage de ſaint Jacques: Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno: factus eſt omnium reus. Ou quiconque ayant gardé toute la Loy en viole un ſeul précepte, eſt coupable comme l'ayant toute violée. in *not.* ad *h. l. tom. II. p. 17. 18.* Sed vero ſi accuratius cuncta tecum expendas, ad κατορθώματα potius, quam officia media pertinebunt, quae hic a Stoicis diſputantur.

§. X. Quid autem vitium ſiue peccatum ſit, quod officio opponitur, nemo iam ignorabit, qui contraria ex contrariorum rite metiri indole didicit. ANTONINO iſtud proprium eſt et peculiare, quod hominem officia negligentem improbumque, vt qualis ſit, recte omnes edoceat, fugitiuum, caecum, pauperem, vlcus mundi, fragmentum ciuitatis, hoc eſt, qui cum ad ſocietatem natus ſit, neglectu officiorum efficit, vt membrum ſit inutile humanae ſocietatis, adpellitet *lib. IIII. §. XXIX.* Fugitiuum autem quare peccatorem dicat ipſe ediſſerit *lib. X. §. XXV.* Ὁ τὸν κύριον φεύγων, δραπέτης. κύριος δὲ ὁ νόμος. καὶ ὁ παρανόμων, δραπέτης. *Qui dominum ſuum fugit, fugitiuus eſt. Lex autem dominus eſt. Ergo qui contra legem agit, fugitiuus eſt.*

§. XI. Denique nec iſtud praetermittendum, omnia peccata, ex mente Stoicorum eſſe aequalia. *Placet Stoicis,* inquit CICERO *lib. IIII. quaeſtion. academ. cap. XLIII. omnia peccata eſſe paria;* et in *orat. pro Murena: Omnia peccata eſſe paria, omne delictum ſcelus eſſe nefarium: nec minus delinquere eum qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam qui patrem ſuffocauerit; cap. XXIX.* conf. IVSTVS LIPSIVS in *manuduct. ad philoſ. Stoic. lib. III. diſſertat. XXI.* Ita quoque ANTONINVS cenſet, qui tamen *lib. II. §. X.* hoc addit, nihil obſtare, quo minus populari quadam ratione inter ſe comparari poſſint, aliudque peccatum grauius altero dici. Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος, inquit, ἐν τῇ συγκρίσει τῶν ἁμαρ-

τημάτων, ὡς ἄν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρίνειε, φησὶ βαρύτερα εἶναι τὰ κατ᾽ ἐπιθυμίαν πλημμελούμενα τῶν κατὰ θυμόν· ὁ γὰρ θυμούμενος μετά τινος λύπης καὶ λεληθυίας συστολῆς φαίνεται τὸν λόγον ἀποστρεφόμενος· ὁ δὲ κατ᾽ ἐπιθυμίαν ἁμαρτάνων, ὑφ᾽ ἡδονῆς ἡττώμενος ἀκολαστότερός πως φαίνεται, καὶ θηλύτερος ἐν ταῖς ἁμαρτίαις. ὀρθῶς οὖν καὶ φιλοσοφίας ἀξίως ἔφη, μείζονος ἐγκλήματος ἔχεσθαι τὸ μεθ᾽ ἡδονῆς ἁμαρτανόμενον, ἤπερ τὸ μετὰ λύπης. ὅλως τε ὁ μὲν προηδικημένῳ μᾶλλον ἔοικε, καὶ διὰ λύπην ἠναγκασμένῳ θυμωθῆναι· ὁ δὲ, αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὥρμηται, φερόμενος ἐπὶ τὸ πρᾶξαί τινα κατ᾽ ἐπιθυμίαν. *Docte Theophraſtus, et vt philoſophum decebat, vbi peccata cum peccatis comparat, (nam populari quadam ratione peccata comparari nihil prohibet) ea quae per cupiditatem committuntur peccata, grauiora eſſe iis quae per iram pronuntiat. Etenim iratus videtur cum dolore quodam, et occulta animi contractione, a recta ratione diuertere: qui vero per cupiditatem peccat, victus a voluptate, intemperantiorem quodammodo animum, magisque effeminatum prodit. Recte igitur et vt philoſopho dignum erat, in maiori eſſe culpa pronuntiauit, cui voluptas, quam cui dolor peccandi fuiſſet cauſſa: ac omnino hic ante laeſus, et propter dolorem iratus; ille ſponte ſua ad delinquendum cupiditatis explendae cauſſa fertur.* Hinc vero DACERIVS ita infert: *Voila Antonin declaré contre l'égalité des pechez que ceux de ſa ſecte avoient toujours ſoutenuë ſi opiniâtrement et avec tant d'injuſtice. Mais ce n'eſt pas la ſeule choſe où il s'eſt éloigné des ſentimens outrez des premiers Stoiciens.* in not. ad *h. l. tom. I. p. 46.*

§. XII. Iam igitur quae hominis erga Deum ſint officia, eſt diſpiciendum. Rem omnem paucis complectitur SENECA: *primus deorum cultus eſt, credere deos: deinde reddere illis maieſtatem ſuam, reddere bonitatem ſine qua nulla eſt maieſtas; epiſt. XCV. p. m. 470.* Nec abludit EPICTETVS, ſecundum quem religionis naturalis haec ſumma eſt: *Religionis erga deos immortales praecipuum illud eſſe ſcito: rectas de eis habere opiniones: vt ſentias et eſſe eos, et bene iuſteque adminiſtrare vniuerſa: parendum eſſe eis, et in omnibus iis quae fiant,*

fiant, acquieſcendum, et ſequenda vltro, vt quae a mente prae-ſtantisſima regantur. cap. XXXVIII.

§. XIII. Nimirum initio quidem recte nos de Deo ſentire decet, in quantum quidem ex ratione, quid Deus ſit, nobis innoteſcit. Ea enim quae rationis vim ſuperant, non posſunt ab homine ethnico exſpectari. Ratio vero id praecipue omnes edocet, esſe Deum, et quidem vnum, vniuerſi huius conditorem, eumdemque rerum omnium, ſingulorum quoque hominum prouidam curam gerere. Haec omnia, ratione magiſtra, ſcire poterant Stoici; ſed quousque veritati in hisce locum reliquerint; ex iis, quae ſupra disputauimus, patet. Illud ſolum addo, Stoicos nullas admiſisſe deorum imagines. ZENO Stoicorum parens, ſimulacra deorum fieri vetuit; nullum enim opificium diis esſe dignum. Et SENECA Deum oculos dicit effugere, cogitatione esſe viſendum, ſuosque arguit, quod immortales deos dedicarent in vilisſima materia, eoque illos fingerent habitu, quo ſi occurrerent derepente alicui accepto ſpiritu, monſtra haberentur. *quaeſt. natural. lib. VII. cap. XXX.* add. AVGVSTINVS *de ciuit. Dei, lib. VI. cap. X.*

§. XIIII. Nec vero ſufficit recte de Deo ſentire, colendus etiam eſt. Colitur autem Deus, ſi rationis ductum ſequaris, I) ſi, vt SENECA ait, maieſtatem illi reddas, hoc eſt, ſi eo quo par eſt, honore ac veneratione illum proſequamur. Πᾶν ἐν τῷ κόσμῳ τὸ κράτιστον, inquit ANTONINVS, τίμα. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πᾶσι χρώμενον, καὶ πάντα διέπον. *Id quod in mundo eſt praeſtantisſimum, honore adfice. Eſt autem id, quod omnibus rebus vtitur, omnia gubernat. lib. V. §. XXI.* Nimirum et adhortatur nos, vt Deum veneremur, et rationem addit, quia *in mundo eſt praeſtantisſimum.* II) Deus timendus eſt. Θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις οὕτω συμπολιτεύεσθαι, ὡς μήτε μέμφεσθαί τι αὐτοῖς, μήτε καταγινώσκεσθαι ὑπ' αὐτῶν. *Ita cum Deo et hominibus viues, vt ne quid in iis reprehendas, neque ab illis damneris.* ANTONINVS, *lib. X. §. I.* III) Idem quoque eſt amandus. Id quidem diſertis verbis non docet ANTONINVS, haud difficulter tamen ex eo colligitur, quod ſummam Numinis bonitatem praedicet *lib VI.*

§. I. Enimuero quod ſumme bonum eſt, et nobis bene cupit, vt ibidem ANTONINVS docet, illud certe promeretur, vt ab omnibus ametur. IIII) Diuinae voluntati eſt adquieſcendum. ἔσῃ ποτὲ ἄρ' ὦ ψυχὴ, inquit ANTONINVS, ἀρκεσθήσῃ τῇ παρούσῃ καταστάσει, καὶ ἡσθήσῃ τοῖς παροῦσι πᾶσι, καὶ συμπείσεις σεαυτὴν, ὅτι πάντα σοι πάρεστι, πάντα σοι εὖ ἔχει, καὶ παρὰ τῶν θεῶν πάρεστι, καὶ εὖ ἕξει ὅσα φίλον αὐτοῖς. *Ah! quando veniet illud tempus, o anima, cum contenta eris praeſenti ſtatu, delectaberis omnibus, quae erunt in promtu, tibique ipſi perſuadebis, omnia tibi adeſſe, omnia tua recte habere, omnia a Deo tibi adlata, probabis, quaecumque illi probabuntur* et. *lib. X. §. I.* et *lib. VIII. §. XXIII.* συμβαίνει τί μοι; δέχομαι, ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἀναφέρων, καὶ τὴν πάντων πηγὴν, ἀφ' ἧς πάντα τὰ γινόμενα συμμηρύεται. *Accidit mihi aliquid? quidtum? ad Deum modo, omniumque rerum fontem, et originem, a qua omnia inter ſe connexa dependent* (hoc eſt ad prouidentiam diuinam) *referantur.* Hinc et peccatoribus maximis illum adnumerat, qui fatum ſuum iniquo fert animo. Ο τὸν κύριον φεύγων, δραπέτης. κύριος δὲ ὁ νόμος. καὶ ὁ παρανομῶν, δραπέτης. ἅμα καὶ ὁ λυπούμενος ἢ ὀργιζόμενος ἢ φοβούμενος ὃ βούλεταί τι γεγονέναι, ἢ γίνεσθαι, ἢ γενέσθαι τῶν ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα διοικοῦντος τεταγμένων, ὅς ἐστι νόμος, νέμων ὅσα ἑκάστῳ ἐπιβάλλει. ὁ ἄρα φοβούμενος, ἢ λυπούμενος, ἢ ὀργιζόμενος, δραπέτης. *Qui dominum ſuum fugit, fugitiuus eſt. Lex autem dominus eſt. Ergo qui contra legem agit, fugitiuus eſt. Etiam qui dolorem aliquem, iram, aut metum concipit, propter aliquid quod factum eſt, vel fit, vel fiet ſecundum voluntatem eius, qui vniuerſum gubernat, qui vetus* νόμος, *ſuum vnicuique* νέμων, *ſiue distribuens. Ergo qui timet, dolet, aut iraſcitur, fugitiuus eſt. lib. X. §. XXV.* Atque huc pertinent etiam illa quae ſupra in *diſſert. praecedenti* diximus, dum et inter adfectuum remedia cum ANTONINO hoc collocauimus, vt vnusquisque diuinae ſeſe prouidentiae permittat. V) Nihil nos recte agere credamus, niſi quod auctore et auſpice Deo ſuſcipimus. Οὔτε γὰρ ἀνθρώπινόν τι, inquit ANTONINVS, ἄνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα συναναφορᾶς εὖ πράξεις, οὔτε ἔμπαλιν. *Neque enim rem vllam humanam recte*

recte perfeceris, niſi cum ſimul ad Deum referas, neque contra. lib. III. §. XIII.

§. XV. Et ea quidem, quae hactenus enarrauimus officia hominis erga Deum, *cultum*, vt vocare ſolent, *internum* conſtituunt. Sed vero et externis ſignis ſuam erga Numen venerationem prodere, id quidem et conditioni hominis et maieſtati Dei conueniens eſſe, prudentisſimi quique arbitrati ſunt. Inter haec vero primum et praecipuum locum preces obtinent. Haſce vero ad Deum eſſe fundendas, tantum non vbique inculcat MARCVS AVRELIVS. Ἐφ᾽ ἅπασι θεοὺς ἐπικαλοῦ, καὶ μὴ διαφέρου πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ ταῦτα πράξεις. ἀρκοῦσι γὰρ καὶ τρεῖς ὧραι τοιαῦται. *In omni negotio Deum comprecare: neque ſollicitus eſto, quantum temporis ſpatium tibi ad hoc agendum detur: ſufficiunt enim vel tres huiusmodi horae. lib. VI. §. XXIII.* Quomodo vero preces ad Deum ſint fundendae, nemo profecto facile rectius ex philoſophis cunctis docuit, quam ANTONINVS. Ἤτοι οὐδὲν δύνανται οἱ θεοὶ ἢ δύνανται. εἰ μὲν οὖν μὴ δύνανται, τί εὔχῃ; εἰ δὲ δύνανται διά τι οὐχὶ μᾶλλον εὔχῃ διδόναι αὐτοὺς, τὸ μήτε φοβεῖσθαί τι τούτων, μήτε ἐπιθυμεῖν τινος τούτων; μήτε λυπεῖσθαι ἐπί τινος τούτων, μᾶλλον τῷ μὴ παρεῖναί τι τούτων, ἢ τῷ παρεῖναι; πάντως γὰρ εἰ δύνανται συνεργεῖν ἀνθρώποις, καὶ εἰς ταῦτα δύνανται συνεργεῖν. Ἀλλὰ ἴσως ἐρεῖς, ὅτι ἐπ᾽ ἐμοὶ αὐτὰ οἱ θεοὶ ἐπόιησαν. εἶτα οὐ κρεῖσσον χρῆσθαι τοῖς ἐπί σοι μετ᾽ ἐλευθερίας, ἢ διαφέρεσθαι πρὸς τὰ μὴ ἐπί σοι μετὰ δουλείας καὶ ταπεινότητος; τίς δέ σοι εἶπεν, ὅτι οὐχὶ καὶ εἰς τὰ ἐφ᾽ ἡμῖν οἱ θεοὶ συλλαμβάνουσιν; ἄρξαι γοῦν περὶ τούτων εὔχεσθαι, καὶ ὄψει. οὗτος εὔχεται, πῶς κοιμηθῶ μετ᾽ ἐκείνης· σὺ, πῶς μὴ ἐπιθυμήσω τοῦ κοιμηθῆναι μετ᾽ ἐκείνης. ἄλλος, πῶς στερηθῶ ἐκείνου· σὺ, πῶς μὴ χρήζω τοῦ στερηθῆναι. ἄλλος, πῶς μὴ ἀποβάλω τὸ τεκνίον· σὺ, πῶς μὴ φοβηθῶ ἀποβαλεῖν. ὅλως, ὧδε ἐπίτρεψον τὰς εὐχὰς, καὶ θεώρει τί γίνεται. *Aut nihil posſunt dii, aut aliquid. Si nihil, cur comprecaris eos? Sin posſunt, cur non magis etiam petis vt dent tibi, ne quid horum metuas, aut expetas, neque magis doleas ſi abſit, quam ſi adſit? Omnino enim, ſi posſunt adiuuare homines, etiam in hoc poterunt. Forte di-*

ces, Deus ea in mea poſuit poteſtate. Eſto. Nonne ergo praeſtat de iis, quae in tua ſunt poteſtate vti libere, quam de iis, quae non ſunt in tua manu poſita, ſollicitum eſſe, animo ſeruili et abiecto? Quis autem tibi dixit, Deum non in his etiam, quae penes nos ſunt, auxilium adferre? Incipe ergo precari de his, et videbis. Precatur alius, vt cum aliqua cubet: tu pete, ne eius rei adpetitus tibi oriatur. Alius petit, vt certa re leuetur: tu, ne ea leuari tibi opus ſit. Alius ne amittat filium: tu, ne idipſum metuas. Omnino ad hunc modum vota concipe, et quid ſit futurum vide. lib. IX. §. XL.

§. XVI. Denique et beneficia Numinis grata mente ſunt agnoſcenda et praedicanda. Certe praeclarum et hic omnibus exemplum praeiuit ANTONINVS, qui Dei erga ſe benignitatem palam laudat, ſingulaque quae ab eo accepit beneficia copioſius enumerat. Παρὰ τῶν θεῶν, τὸ ἀγαθὲς πάππȣς, ἀγαθȣς γονέας, ἀγαθὴν ἀδελφὴν, ἀγαθȣς διδασκάλȣς, ἀγαθȣς οἰκείȣς, συγγενεῖς, φίλȣς, χεδὸν ἅπαντα σχεῖν. καὶ ὅτι περὶ ȣδένα αὐτῶν προέπεσον πλημμελῆσαί τι, καίτοι διάθεσιν ἔχων τοιαύτην, ἀφ᾽ ἧς, εἰ ἔτυχεν, κἂν ἔπραξά τι τοιȣ̃το. τῶν θεῶν δὲ εὐποιΐα, τὸ μηδεμίαν συνδρομὴν πραγμάτων γενέσθαι, ἥτις ἔμελλέ με ἐλέγξειν. καὶ τὸ μὴ πλέον ἐπιτραφῆναι παρὰ τῇ παλλακῇ τȣ̃ πάππȣ, καὶ τὸ τὴν ὥραν διασῶσαι. καὶ τὸ μὴ πρὸ ὥρας ἀνδρωθῆναι, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ ἐπιλαβεῖν τȣ̃ χρόνȣ. τὸ ἄρχοντι καὶ πατρὶ ὑποταχθῆναι, ὃς ἔμελλεν πάντα τὸν τύφον ἀφαιρήσειν μȣ̃, καὶ εἰς ἔννοιαν ἄξειν τȣ̃, ὅτι δυνατόν ἐϛιν ἐν αὐλῇ βιȣ̃ντα, μήτε δορυφορήσεων χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωδῶν, μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶν δέ τινων καὶ τȣ̃ ὁμοίȣ κόμπȣ· ἀλλ᾽ ἔξεϛιν ἐγγυτάτω ἰδιώτȣ συϛέλλειν ἑαυτὸν, καὶ μὴ διὰ τȣ̃το ταπεινότερον ἢ ῥαθυμότερον ἔχειν πρὸς τὰ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἡγεμονικῶς πραχθῆναι δέοντα. τὸ ἀδελφȣ̃ τοιȣ́τȣ τυχεῖν, δυναμένȣ μὲν διὰ ἤθȣς ἐπεγεῖραί με πρὸς ἐπιμέλειαν ἐμαυτȣ̃. ἅμα δὲ καὶ τιμῇ καὶ ϛοργῇ εὐφραίνοντός με. τὸ παιδία

δία μοι ἀφυῆ μὴ γενέσθαι, μηδὲ κατὰ τὸ σωμάτιον διάστροφα. Τὸ μὴ ἐπὶ πλέον με προκόψαι ἐν ῥητορικῇ καὶ ποιητικῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασιν, ἐν οἷς ἴσως ἂν κατεσχέθην, εἰ ᾐσθόμην ἐμαυτὸν εὐόδως προϊόντα. τὸ φθάσαι τοὺς τροφέας ἐν ἀξιώματι καταστῆσαι, οὗ δὴ ἐδόκουν μοι ἐπιθυμεῖν, καὶ μὴ ἀναβαλέσθαι ἐλπίδι, τοῦ με ἐπεὶ νέοι ἔτι ἦσαν, ὕστερον αὐτὸ πράξειν. τὸ γνῶναι Ἀπολλώνιον, Ῥούστικον, Μάξιμον. τὸ φαντασθῆναι περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου ἐναργῶς καὶ πολλάκις, οἷός τίς ἐστι· ὥστε ὅσον ἐπὶ τοῖς θεοῖς, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν διαδόσεσι καὶ συλλήψεσι, καὶ ἐπινοίαις, μηδὲν κωλύειν ἤδη κατὰ φύσιν ζῆν με. ἢ ἀπολείπεσθαι ἔτι τούτου παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὸ μὴ διατηρεῖν τὰς ἐκ τῶν θεῶν ὑπομνήσεις, καὶ μόνον οὐχὶ διδασκαλίας. Τὸ ἀντισχεῖν μοι τὸ σῶμα ἐπὶ τοσοῦτον ἐν τοιούτῳ βίῳ. Τὸ μήτε Βενεδίκτης ἅψασθαι, μήτε Θεοδότου· ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐν ἐρωτικοῖς πάθεσι γενόμενον ὑγιᾶναι. Τὸ χαλεπήναντα πολλάκις Ῥουστίκῳ, μηδὲν πλέον πρᾶξαι, ἐφ' ᾧ ἂν μετέγνων. Τὸ μέλλουσαν νέαν τελευτᾶν τὴν τεκοῦσαν, ὅμως οἰκῆσαι μετ' ἐμοῦ τὰ τελευταῖα ἔτη. Τὸ ὁσάκις ἐβουλήθην ἐπικουρῆσαί τινι πενομένῳ, ἢ εἰς ἄλλό τι χρῄζοντι, μηδέποτε ἀκοῦσαί με ὅτι οὐκ ἔστι μοι χρήματα ὅθεν γένηται· καὶ τὸ αὐτῷ ἐμοὶ χρείαν ὁμοίαν, ὡς παρ' ἑτέρου μεταλαβεῖν, μὴ συμπεσεῖν. Τὸ τὴν γυναῖκα τοιαύτην εἶναι, οὑτωσὶ μὲν πειθήνιον, οὕτω δὲ φιλόστοργον, οὕτω δὲ ἀφελῆ. Τὸ ἐπιτηδείων τροφέων εἰς τὰ παιδία εὐπορῆσαι. Τὸ δι' ὀνειράτων βοηθήματα δοθῆναι, ἄλλα τε, καὶ ὡς μὴ πτύειν αἷμα, καὶ μὴ ἰλιγγιᾶν καὶ τοῦτο ἐν Καιήτῃ ὥσπερ χρήσῃ, ὅπως τε ἐπεθύμησα φιλοσοφίας, μὴ ἐμπεσεῖν εἴς τινα σοφιστὴν, μηδὲ ἀποκαθῆσαι ἐπὶ τοὺς συγγραφεῖς, ἢ συλλογισμοὺς ἀναλύειν. ἢ περὶ τὰ μετεωρολογικὰ καταγίνεσθαι. Πάντα γὰρ ταῦτα θεῶν βοηθῶν καὶ τύχης δεῖται. *A diis bonos auos, bonos parentes, bonam ſororem, bonos praeceptores, familiares neceſſarios, amicos bonos accepi, fere omnia bona: tum quod in nullum eorum*

quidquam deliqui, quamquam ita adfectus, vt, ſi occaſio incidiſſet, vtique aliquid tale admiſiſſem: verum beneficio deorum euenit, ne res ita caderent, vt hoc in me deprehenderetur. Id quoque iis acceptum refero, quod non diutius apud concubinam aui ſum educatus, quod ad pubertatem caſtus perueni, neque ante eam vir ſum factus, ſed tempus etiam distuli. Quod principi et patri ſubditus fui, qui erat omnem mihi ſuperbiam excuſſurus, oſtenſurusque, poſſe principem in aula vitam et ſtipatoribus carere et veſtibus pictis et facibus, ſtatuisque certi generis, reliquoque luxu: licere ei proximum priuato homini habitum ſumere: nec inde tamen abiectiore et humiliore animo ad publica regni negotia, quae maieſtatem requirunt imperantis, accedere. Quod eum fratrem ſum nactus, qui moribus ſuis me ad curam mei ipſius habendam poſſet excitare, honore autem et amore in me ſuo delectare. Quod liberi mihi, neque indole, neque corpore praui, nati ſunt. Quod magnos in rhetorica, poetica, reliquisque ſtudiis progreſſus non feci, quae me fortaſſis plane detinuiſſent, ſi me feliciter proficere ſenſiſſem. Quod mature eos a quibus ſum enutritus in dignitate conſtitui, quam mihi videbantur cupere; quodque eos non longa ſpe lactaui, me id in poſterum, vt qui iuuenes adhuc eſſent, praeſtiturum. Quod Apollonium, Ruſticum, Maximum cognoui. Quod ſpecies et imago vitae, quae ſecundum naturam, qualis ea, clare et frequenter animo meo ſit obiecta: vt ad deos quidem quod attinet, et quaecumque ab illis ſeu munera, ſeu auxilia, ſeu conſilia quis exſpectet, per illos vtique minime ſteterit, quo minus ſecundum naturam pridem vitam inſtituerem: quod hactenus autem non emerſerim et praeualuerim, id vero mea vnius culpa, qui deorum monitus, et tantum non diſciplinam, non obſeruem, contigerit. Quod in tali vita meum corpus tamdiu durauit. Quod neque cum Benedicta, neque cum Theodoto rem habui: ſed et poſtea amore correptus, rectae rationi parui. Quod Ruſtico ſaepius indignatus, nihil praeterea admiſerim, cuius me poenitere potuiſſet. Quod mater, cum eſſet adhuc iuuenis moritura, reliquos tamen vitae ſuae annos mecum exegit. Quod quotiescumque pauperi alicui, aut alias indigenti opitulari ſtatuiſſem, numquam audiui, pecuniam

niam mihi non eſſe, vnde id facerem: et quod mihi numquam vſu venit, vt alterius ope ſimili indigerem. Quod vxorem ita obſequentem, mei amantem, ac ſimplicem habui. Quod alumni, quibus liberos meos crederem, idonei non defuere. Quod in ſomnis cum alia mihi remedia ſunt data, tum contra ſanguinis exſcreationem, ac contra vertiginem; hocque Caietae, ſicut Chraeſae. Quod cum animum ad philoſophiam adiunxiſſem, non incidi in ſophiſtam aliquem, nec vulgaribus ſcriptoribus legendis tempus triui, nec ſoluendis ſyllogiſmis, nec caeleſtibus curioſe perſcrutandis intentus ſum. Omnia enim haec deorum auxilia fortunaque indigent. lib. I. §. XVII.

SECTIO SEPTIMA
DE OFFICIIS HOMINIS ERGA SE IPSVM ET ERGA ALIOS.

NOn quidem legibus aut praeceptis opus eſt, quibus amor ſui ſtudiumque ſe conſeruandi hominibus iniungatur: ad hoc natura omnes impellit. Sed vero vt quis ita ſe gerat, vt ſe non ſibi, ſed humanae ſocietati natum eſſe factis ipſis comprobet, id quidem inculcari ſatis nequit.

§. II. Cultu ergo quodam opus eſt, quo homo ſe ipſum perficiat poliatque, vt finem iſtum, ad quem natus eſt, conſequi poſſit. Et initio potiſſimum animae eſt habenda ratio. Ecquid enim humanae ſocietati magis nocet quam inficetus rudisque et vitiis grauiſſimis coopertus animus? Meminerit itaque quanta ſit animae dignitas, et quam inique agat, ſi eam negligat, et obbruteſcere quaſi ſinat. ANTONINVS neruoſe, vt ſolet, demonſtraturus, quae animi ab omnibus exigatur cultura, contraria incedit via, et quotuplici ratione anima ſe ipſam contumelia adficiat, ediſſerit. Ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή. μάλιστα μὲν, ὅταν ἀπόστημα, καὶ οἷον φῦμα κόσμου ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ γένηται. τὸ γὰρ δυσχεραίνειν τινὶ τῶν γινομένων ἀπόστασίς ἐστι τῆς φύσεως, ἧς ἐν μέρει, ἑκάστου τῶν λοιπῶν φύσεις περιέχονται. ἔπειτα δὲ, ὅταν ἄνθρωπόν τινα ἀποστραφῇ, ἢ καὶ ἐναντία φέ-

φέρηται, ὡς βλάψουσα, οἷαί εἰσιν αἱ τῶν ὀργιζομένων. τρίτον ὑβρίζει ἑαυτὴν, ὅταν ἡσσᾶται ἡδονῆς, ἢ πόνου. τέταρτον, ὅταν ὑποκρίνηται, καὶ ἐπιπλάστως, καὶ ἀναλήθως τι ποιῇ, ἢ λέγῃ. πέμπτον, ὅταν πρᾶξίν τινα ἑαυτῆς καὶ ὁρμὴν, ἐπ᾽ οὐδένα σκοπὸν ἀφίῃ, ἀλλὰ εἰκῇ καὶ ἀπαρακολουθήτως ὁτιοῦν ἐνεργῇ· δέον καὶ τὰ μικρότατα, κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι. τέλος δὲ λογικῶν ζώων τὸ ἕπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ. *Anima hominis contumelia ſe ipſam multis modis adficit. Primo quum quantum in ſeipſa ſitum eſt, abſceſſus quidam et quaſi vlcus mundi fit. Quicumque enim ea quae fiunt, iniquo fert animo, a communi rerum natura diſcedit, quae reliquas omnes ſingulares naturas vt partes ſui in ſe complectitur. Deinde cum hominem aliquem auerſatur, aut alicui tamquam laeſura, quod iratae ſolent, aduerſatur. Tertio, quum voluptati aut dolori ſuccumbit. Quarto, quum ſimulat, fictéque aliquid aut falſo, ſeu facit, ſeu loquitur. Quinto, quum ſi quam actionem aut conatum ad nullum certum ſcopum dirigit, ſed temere quidquam, et inconſequenter agit; quum oporteat etiam minima quaeque ad certum finem referri. Finis autem animanti ratione praedito propoſitus eſt, vt rationem atque legem ciuitatis et reipublicae vetuſtiſſimae ſequatur. lib. II. §. XVI.* Vnde quidem liquet, officia hominis circa mentem ſecundum ANTONINVM eſſe I) eam adſuefacere, vt nihil eorum, quae dirigente Deo illi eueniunt, aegre ferat, II) ab odio et ira ſibi temperare, III) voluptati et dolori non ſuccumbere, IIII) cuncta ſincere agere, V) certum omnium actionum ſibi proponere finem.

§. III. Cumprimis vero ſeipſum, et ſpeciatim animam ſuam vt recte et accurate cognoſcat, homini gnauiter eſt adlaborandum. Παρὰ μὲν τὸ μὴ ἐφιστάνειν τι ἐν τῇ ἄλλου ψυχῇ γίγνεται, οὐ ῥαδίως τις ὤφθη κακοδαιμονῶν· τοὺς δὲ τοῖς τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήμασι μὴ παρακολουθοῦντας, ἀνάγκη κακοδαιμονεῖν. *Haud temere quiſquam repertus eſt infelix ea de cauſſa, quod non inquireret, quid aliorum animis accideret: qui vero ſui ipſius animi motus et conditionem ignorat, ille neceſſario miſer eſt.*

eſt. ANTONINVS *lib. II. §. VIII.* Nimirum iſtud eſt quod SOCRATES decantato iſto HOMERI verſu:

ὅττι τοι ἐν μεγάροισι, κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

docebat, in ipſa anima noſtra cuncta illa fieri et quaſi gigni, quae proſperis aut infauſtis deinceps adſcribimus: atque inde quidem colligebat, par vtique eſſe, vt vanis inutilibusque ſtudiis intermiſſis, iuuenes ea diſcant, quibus animi morbis adferre medelam poſſunt.

§. IIII. Hinc porro conſequitur, ſedulo eſſe diſpiciendum ne mentis noſtrae facultatibus ad res illicitas aut minime decentes abutamur. Πρὸς τί ποτε ἄρα νῦν χρῶμαι τῇ ἐμαυτοῦ ψυχῇ, inquit ANTONINVS, ἕκαστον τοῦτο ἐπανερωτᾷν ἑαυτὸν, καὶ ἐξετάζειν, τί μοι ἐστι νῦν ἐν τούτῳ τῷ μορίῳ, ὃ δὴ ἡγεμονικὸν καλοῦσι; καὶ τίνος ἄρα νῦν ἔχω ψυχὴν; μήτι παιδίου, μήτι μειρακίου, μήτι γυναικαρίου, μήτι τυράννου, μήτι κτήνους, μήτι θηρίου; *Quidquid adgrederis, examina te ipſum, tacitus hoc interrogans: quam ad rem nunc vtor animo? Ea pars, quam principem vocant, quomodo nunc habet? quali nunc animo praeditus ſum? num tali, qui puero, qui adoleſcenti, qui mulierculae, qui tyranno, qui iumento, qui ferae conueniat? lib. V. §. XI.* Magnopere ergo peccant, qui in ſtudiis inutilibus, ex quibus nullum ad humanam ſocietatem redundat commodùm, omnem occupant aetatem. Et horum quidem vitium ita perſtringit noſter: τὰ μὲν πράγματα ἐν τοιαύτῃ τρόπον τινὰ ἐγκαλύψει ἐστὶν, ὥστε φιλοσόφοις οὐκ ὀλίγοις οὐδὲ τοῖς τυχοῦσιν ἔδοξε ἢ παντάπασιν ἀκατάληπτα εἶναι. πλὴν αὐτοῖς γε τοῖς Στοϊκοῖς δυσκατάληπτα δοκεῖ. καὶ πᾶσα ἡ ἡμετέρα συγκατάθεσις, μεταπτωτή· ποῦ γὰρ ὁ ἀμετάπτωτος; Μέτιθι τοίνυν ἐπ' αὐτὰ τὰ ὑποκείμενα, ὡς ὀλιγοχρόνια καὶ εὐτελῆ, καὶ δυνάμενα ἐν κτήσει κιναίδου, ἢ πόρνης, ἢ λῃστοῦ εἶναι. Μετὰ τοῦτο ἔπιθι ἐπὶ τὰ τῶν συμβιούντων ἤθη, ὧν μόλις ἐστὶ καὶ τοῦ χαριεστάτου ἀνασχέσθαι. ἵνα μὴ λέγω ὅτι καὶ ἑαυτόν τις μόλις ὑπομένει. ἐν τοιούτῳ οὖν ζόφῳ καὶ ῥύπῳ καὶ τοσαύτῃ ῥύσει τῆς τε οὐσίας, καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς κινήσεως, καὶ τῶν κινουμένων, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἐκτιμηθῆναι, ἢ τὸ ὅλως σπουδασθῆναι δυνάμενον, οὐδ' ἐπινοῶ. τοὐναντίον γὰρ δεῖ παραμυθούμενον ἑαυ-

τὸν

τὸν περιμένειν τὴν Φυσικὴν λύσιν. Res quidem ipſae in tanta quodammodo verſantur obſcuritate, vt philoſophorum plerisque, et iis non ignobilibus, omnino percipi poſſe nihil viſum ſit; ipſi quoque Stoici non niſi valde difficulter res percipi poſſe cenſuerunt. Eſtque omnis noſtra adſenſio talis, vt falli et mutari poſſit: quis enim ſe non poſſe errare dixerit? Transfer itaque cogitationes ad ipſas res ſubiectas, ac vide quam breues vilesque ſint, quae etiam a cinaedo, ſcorto, aut praedone poſſideri poſſint. Inde tranſi ad mores eorum, quibuscum vitam degis, inter quos vix eſt etiam commodiſſimum perferre, ne dicam, quod vix ſe ipſum quis perpeti poſſit. Tanta igitur in caligine, ſordibus, tantoque rerum, temporis, motuumque, et rerum quae mouentur fluxu, non video quid honore aliquo, aut omnino ſeria cuiusquam opera ſtudioue dignum ſit. Contra vero, ſpe mortis et exſpectatione conſolari ſe ipſum oportet. lib. V. §. X. et *lib. I. §. XVII.* diis gratias agit, quod magnos in rhetorica et poetica reliquisque ſtudiis non fecerit progresſus; ἐν οἷς ἴσως ἂν κατεσχέθην, inquit, εἰ ᾐσθόμην, ἐμαυτὸν εὐόδως προϊόντα, *quae me fortasſis plane detinuisſent, ſi me feliciter proficere ſenſisſem*; *§. VII.* autem eiusdem libri, ſibi gratulatur, quod a rhetorices, poeſeos, et elegantioris ſermonis ſtudio deſtiterit. Diis quoque gratias agit, *§. XVII.* quod cum animum ad philoſophiam adiunxisſet, non inciderit in ſophiſtam aliquem, nec vulgaribus ſcriptoribus legendis tempus triuerit, nec ſoluendis ſyllogiſmis, nec caeleſtibus curioſe perſcrutandis, detentus fuerit. Conſentientem quidem, praeter ceteros Stoicos, hic habet CICERONEM, qui *lib. I. de officiis p.57.* redarguit illos, qui nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras, atque difficiles conferunt, easdemque non necesſarias. At quaenam artes pro non necesſariis reputari debeant, nondum inter omnes conuenit. ANTONINVS ad non necesſaria videtur referre, I) rhetorices, poetices et elegantioris ſermonis ſtudia. At ſi accuratius rem tecum reputes, non reiicit plane haec ſtudia; nec diis gratias agit, quod haec non attigerit, ſed quod non omnem in iis transegerit aetatem, adeoque quod non ita iis delectatus fuerit, vt curam, mores ad praeſcri-

ſcriptum rectae rationis formandi reiecerit. II) Logicam, dum felicem ſe praedicat quod in ſoluendis ſyllogiſmis non fuerit detentus. Neque id male docet. Conſtat ratiocinandi arti ſua dignitas; nec niſi rudis rerumque omnium ignarus, magnum, quod iure ſibi vindicat, illi denegabit pretium; at ſi in hac arte ita fuerit commoratus, vt quae didicit, numquam ad vſum transferat, ille quidem et peritisſimus puto logicorum vapulabit. Dum vero III) curioſam rerum caeleſtium perſcrutationem huc refert, neutiquam ipſum geographiae, aſtronomiae, et geometriae ſtudium reiecisſe arbitror. Enim vero quanta et quam multiplex harum ſcientiarum ſit vtilitas, quot ex illis commoda praeſertim belli tempore respublica percipiat, et neminem fugit, et fuſe inſuper docet POLYBIVS *hiſtor. lib. IX. cap. XII.* et ſeq. Quare ita arbitror, cum ANTONINVS nihil magis inculcet, quam vt ſedulo agamus ea, ex quibus ciuitas fructum capere posſit, eum rerum caeleſtium nomine aſtrologiam, vel eas artes intellexisſe, quae ſteriles plane ſunt, vſuque deſtituuntur, aut cum CICERONE ita cenſuisſe, laude quidem ſua priuandas non esſe eas artes, quae in veri inueſtigatione verſantur; at earum ſtudio a rebus agendis abduci, id quidem contra officium esſe. Virtutis enim laus omnis in actione conſiſtit. Addit igitur et iſtud CICERO, ſe in aſtrologia Gaium Sulpitium audiuisſe, in geometria cognouisſe Sextum Pompeium, multos in dialectica, plures in iure ciuili; et hasce quidem artes omnes in veri inueſtigatione verſari; *de officiis lib. I. cap. VI.*

§. V. Sed et contemtus ſui humilitasque inter haec officia ſuum ſibi vindicat locum. Licet enim haec virtus chriſtianorum ſit propria, commendatur tamen quandoque et ab ethnicis, et cumprimis a Stoicis ſubinde inculcatur. Non modo enim omnem a nobis abesſe volunt arrogantiam, ſed ſubmisſe etiam ſentire de nobis, factisque ac dictis opinionem hanc demonſtrare. Ex hac autem demisſione ſui, abiectaque opinione, oritur gloriae et popularis famae deſpectio, vel quaſi vanae et vitioſae, vel quaſi nihil ad nos pertinentis. Probata eſt haec ſententia Pythagoraeis, Platonicis, Cynicis, aliisque. Probata cumprimis fuit Stoicis noſtris. Plenis paginis gloriae, lau-

laudum, honorum, dignitatum cupiditatem damnant, et animos hominum ab oſtentatione, iactatione, animi tumore reuocant ad modeſtiam, humilitatem, ſuique deſpicientiam; quisquis adſpirat ad ſapientiam, eum ita animo paratum esſe volunt, vt neque moueatur vulgi laudibus, neque ludibriis aut maledictis. Sic ſentiebat ZENO, cum verſus, quibus Capanei modeſtiam, et in magnis opibus demisſionem praedicauit Euripides, ſemper in ore haberet, teſte DIOGENE LAERTIO *lib. VII. ſect. XXIII. p.378.* Sic CLEANTHES, qui ex ingenii ſui lentitudine contemtum quaerebat. Sic EPICTETVS; ſic EPICTETI explanator SIMPLICIVS, cuius inſigne iſtud eſt, fructum virtutis amittere, qui eam oſtentationis causſa ſectetur, et recte factorum mercedem ex hoc inanis gloriae aucupio iam tulisſe. Hoc ipſum vbique vere docet MARCVS AVRELIVS noſter, qui ſplendide causſam hanc egit, in ſuprema dignitate ſummaque gloria ſummam gloriae deſpicientiam dictis, factis, ſcriptis prae ſe ferens. Inter virtutes patris ſui, ANTONINI pii, quas ſedulo imitatus eſt, vel primo recenſet loco vanae gloriae, et eorum qui putantur, neque ſunt tamen, honorum contemtum, *lib. I. §. XVI.* Solide ſane gloriae vanitatem hisce probat: *ἀλλὰ τὸ δοξάριόν σε περισπάσει, ἀπιδὼν εἰς τὸ τάχος τῆς πάντων λήθης, καὶ τὸ χάος τοῦ ἐφ' ἑκάτερα ἀπείρου αἰῶνος, καὶ τὸ κενὸν τῆς ἀπηχήσεως, καὶ τὸ εὐμετάβολον καὶ ἄκριτον τῶν ἐφ' ἡμῖν δοκούντων, καὶ τὸ στενὸν τοῦ τόπου ἐν ᾧ περιγράφεται; ὅλη τε γὰρ ἡ γῆ στιγμὴ καὶ ταύτης πόσον γωνίδιον ἡ κατοίκησις αὕτη; καὶ ἐνταῦθα πόσοι καὶ οἷοί τινες οἱ ἐπαινεσόμενοι; λοιπὸν οὖν μέμνησο τῆς ὑποχωρήσεως τῆς ἐς τοῦτο τὸ ἀγρίδιον ἑαυτοῦ, καὶ πρὸ παντὸς μὴ σπῶ, μηδὲ κατεντείνου, ἀλλὰ ἐλεύθερος ἔσο, καὶ ὅρα τὰ πράγματα ὡς ἀνὴρ, ὡς ἄνθρωπος, ὡς πολίτης, ὡς θνητὸν ζῶον.* *Sed forſitan gloriola te ſollicitum tenebit, conſiderantem quam celerrime omnia obliuione deleantur, quod ſit chaos infiniti vtrinque aeui, quam inanis famae ſonus, quanta inconſtantia et incertitudo opinionum humanarum, quam arcto includantur haec omnia loco? Quippe punctum eſt vniuerſa terra, atque huius ipſius quam perexiguus angulus habitatur?* quot

quot vero ſunt in ea ipſa, aut quales illi, qui te ſint laudaturi? Proinde memento, in hanc quam demonſtraui, particulam tui recedere: idque praecipue cura, ne vexeris, aut nimis contento quid agas ſtudio, ſed liber mane, resque ita intuere, vt virum, vt hominem, vt ciuem, vt animal mortale decet. lib. IIII. §. III. et *lib. III. §. X.* μικρὸν μὲν οὖν ὃ ζῇ ἕκαστος· μικρὸν δὲ τὸ τῆς γῆς γωνίδιον, ὅπου ζῇ· μικρὸν δὲ καὶ ἡ μηκίστη ὑστεροφημία, καὶ αὐτὴ δὲ κατὰ διαδοχὴν ἀνθρωπαρίων τάχιστα τεθνηξομένων, καὶ οὐκ εἰδότων οὐδὲ ἑαυτοὺς, ἅτε γε τὸν πρόπαλαι τεθνηκότα. *Exiguum ſane tempus quod viuit quisque: perexiguus etiam terrae, in quo viuitur, angulus: etiam longisſima poſt obitum fama, exigua res; quae et ipſa per ſucceſsionem conſeruatur homunculorum mox moriturorum, ac ne ſe quidem ipſos cognoſcentium, neque eum, qui iam pridem fato conceſsit.* Taceo reliqua documenta, quibus hanc virtutem commendauit omnibus: quorum profecto infinitam facile congerere posſem molem. Laudat vero hunc in finem et veterem comoediam *lib. XI. §. VI.* ex qua et DIOGENEM aduerſus ambitionem atque faſtum multa depromſiſſe notat. Sua ſponte vero inde fluit, quod nemo aegre ferre debeat, ſe in arte quadam aut ſcientia ſuperari ab aliis: cum non maiorem praeſtantiam aut dignitatem ſperare aut exoptare debeat, quam quae ab ipſa illi conciliatur virtute. Καββαλικώτερος, ἀλλ' οὐχὶ κοινωνικώτερος, οὐδὲ αἰδημονέστερος, οὐδ' εὐτακτότερος ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν, οὐδὲ εὐμενέστερος πρὸς τὰ τῶν πλησίον παροράματα. *Eſt aliquis te peritior luctae: quid tum? at non ſocietatis humanae ſtudioſior eſt, non verecundior, non ita commode fert ea, quae accidunt, non ita mitis erga peccatores. lib. VII. §. LII.* et *§. LXVII.* Λίαν ἐνδέχεται θεῖον ἄνδρα γενέσθαι, καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωρισθῆναι. τούτου μέμνησο ἀεὶ, καὶ ἔτι ἐκείνου, ὅτι ἐν ὀλιγίστοις κεῖται τὸ εὐδαιμόνως βιῶσαι, καὶ μὴ ὅτι ἀπήλπισας διαλεκτικὸς καὶ φυσικὸς ἔσεσθαι, διὰ τοῦτο ἀπογνῷς καὶ ἐλεύθερος, καὶ αἰδήμων, καὶ κοινωνικὸς, καὶ εὐπειθὴς θεῷ. *Admodum posſibile eſt, vt quis diuinus vir ſiat, ac a nemine cognoſcatur. Huius ſemper memento: atque huius etiam, quod vita beata in paucisſimis rebus eſt poſita. Neque quia deſperaſti, te dialecticum*

aut phyſicum futurum, idcirco etiam liberum, pudicum, ſociabilem, Deoque obedientem te fieri poſſe.

§. VI. De munditie quoque et integritate conſcientiae, quaecumque Stoici praecipiunt, ea cumprimis huc pertinent. Etenim non tantum ſceleribus esſe abstinendum, ſed cogitationes etiam ſceleris, haeſitationes et deliberationes ex animo esſe depellendas, etiam citra ſcelus ipſum, docent. Sciſcit ſubinde SENECA, perfectam hanc, vtilem, et necesſariam esſe ſcientiam, ſeſe ipſum magis vereri, quam alios; credendum populo teſte fieri, quidquid ſe conſcio fit, parum referre crimina noſtra ſciri a nemine, cum a nobis ſciantur, teſtibus haudquaquam contemnendis, ſic cogitandum tamquam aliquis in pectus intimum posſit inſpicere; et posſe, quippe Deum interesſe noſtris animis, mediisque cogitationibus interuenire. Et eadem quidem ex EPICTETO inculcant ARRIANVS *epiſt. lib. II. cap. XIIII.* et SIMPLICIVS in *Epictetum cap. XXX.* in rebus agendis non ad externa conuerti nos debere, ſed ad Deum, qui ne cogitationes quidem noſtras ignoret, et ad nos ipſos, optimos noſtri iudices, ſatis esſe, ſi boni nobis ipſis videamur; gloriae causſa vitari peccata ipſa, non foedas peccatorum cogitationes, quae teſtis Dei noſtrique causſa vitandae ſunt, omnesque eradendas cupiditates. Similia itaque MARCVS imperator, in porticu quaſi educatus, vbique promit. A matre Domitia Caluilla Lucilla ſe accepisſe refert *lib. I. §. III.* non a malo patrando ſolum, ſed et a cogitando esſe abstinendum. Παρὰ τῆς μητρὸς, inquit, τὸ θεοσεβὲς καὶ μεταδοτικὸν. καὶ ἐφεκτικὸν, ȣ̓ μόνον τȣ̃ κακοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τȣ̃ ἐπὶ ἐννοίας γίνεσθαι τοιαύτης. *Matrem in ſtudio pietatis erga deos, liberalitateque imitatus ſum: praeterea in abſtinendo a non perpetrandis modo, ſed et cogitandis flagitiis.* Et *lib. III. §. IIII.* ad id adſueſcendum docet, vt ea tantum cogitemus, de quibus ſi quis nos roget, ſine tergiuerſatione vel disſimulatione reſpondeamus; vnde manifeſtum fiat, nos neque res obſcenas habere in animo, neque odia, aut inuidiam, aut ſuſpicionem, aliaue quorum nos pudeat: καὶ ἐθιςέον ἑαυτὸν, inquit, μόνα φαντάζεσθαι περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω ἐπανέροιτο, τί νῦν διανοῇ; μετὰ παῤῥησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο, ὅτι τὸ,

καὶ

καὶ τό. ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς δῆλα εἶναι, ὅτι πάντα ἁπλᾶ, καὶ εὐμενῆ, καὶ ζώου κοινωνικοῦ, καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων· ἢ φιλονεικίας τινὸς, ἢ βασκανίας καὶ ὑποψίας, ἢ ἄλλου τινὸς, ἐφ᾽ ᾧ ἂν ἐρυθριάσειας ἐξηγούμενος, ὅτι ἐν νῷ αὐτὸ εἶχες. *Sed et adſueſacere te ipſum debes, vt de his tantum rebus cogites, de quibus ſi quis te ſubito interroget, quid nunc mediteris, confeſtim libere posſis reſpondere, hoc aut hoc: nimirum vt ſtatim conſtet, cogitationes tuas eſſe ſimplices, placidas, conſentaneas animali ad ſocietatem nato, ac negligenti earum, quae ad voluptatem oblectationemue faciunt cogitationum, vacuo contentionis, inuidiae, ſuſpicionis, aliorumue, quae ſi te animo agitasſe fasſus esſes, pudore ſuffundi oportuisſet.*

§. VII. Ab animo veniendum ad corpus; cuius contemtum et odium ſubinde ethnica, praecipue Platonica ac Stoica commendat philoſophia. Corpus enim ceu ſupplicii inſtrumentum, contemni odioque haberi iusſerunt. Nec ab hisce disſentit MARCVS AVRELIVS noſter, cuius quae reperiuntur hac de re praeſtantisſima effata, iam ſupra in medium protuli *disſertat.IIII.*

§. VIII. Voluptates ergo etiam corpori, quod odio habuerunt, ſubtrahendas docebant. Porticus cumprimis ſua nobis aduerſus voluptates, tamquam infenſisſimos hoſtes, optima conſilia velut arma ſubminiſtrat. Pythagoram, Platonem, Ariſtidem, Ariſtippum, Epicurum, Alcibiadem, virtutes voluptatibus praetulisſe, docet HIERONYMVS *adu. Iouinian. lib.I. cap. II.* Sed ſtoicae praecipue ſectae certisſimus hic eſt character, fuga voluptatum: nec tritius dogma, ſcriptisque eorum vexatius vllum eſt. Plurimum in eo argumento ſe iactat SENECA. Praecepta ad eas vel repudiandas, vel ſi ita res poſtulet, recte perfruendas, commode ſuggerunt EPICTETVS, et eius explanator SIMPLICIVS. Nec parti huic defuit MARCVS AVRELIVS noſter. Ηλίκας ἡδονὰς ἥσθησαν λησταὶ, κίναιδοι, πατραλοῖαι, τύραννοι; Οὐχ ὁρᾷς πῶς οἱ βάναυσοι τεχνῖται ἁρμόζονται μὲν ἄχρι τινὸς πρὸς τοὺς ἰδιώτας· οὐδὲν ἧσσον μέντοι ἀντέχονται τοῦ λόγου τῆς τέχνης, καὶ τούτου ἀποστῆναι οὐχ ὑπομένουσιν; οὐ δεινὸν εἰ ὁ

ἀρχιτέκτων, καὶ ὁ ἰατρὸς μᾶλλον αἰδέσονται τὸν τῆς ἰδίας τέχνης λόγον, ἢ ὁ ἄνθρωπος τὸν ἑαυτοῦ, ὃς αὐτῷ κοινός ἐστι πρὸς τοὺς θεοὺς; *Quot voluptatibus, ac quantis frui contigit latronibus, cinaedis, parricidis, tyrannis? Nonne vides, vt qui vulgares profitentur artes, cum inplerisque ab idiotis et imperitis nihil differant, nihilominus tamen ſuae artis rationem retinent, neque ab ea recedere ſustinent: nonne autem turpe ſit, ſi architectus et medicus magis ſuae artis rationem reuereatur, quam ſuam homo, quae quidem ei eſt cum Deo communis? lib. VI. §. XXXIIII. ſq.* Nimirum voluptatibus obluctari, homini adeo proprium eſſe autumat, vt ſit quaſi ars hominis. Hinc turpe eſſe concludit, ſi architectus aut medicus melius ſuae artis quam homo, rationem teneat: ſed et alibi paſſim in voluptates inuehitur.

§. IX. Hinc porro conſequitur caſtimoniam eſſe ſeruandam, eamque voluptatem quae huic officit, praecipue eſſe domandam. SENECA *lib. I. cap. XI.* viuere nos poſſe ſine pudicitia dicit: ſed potiorem eſſe mortem. Hanc tantum venerem concedit EPICTETVS *cap. XLVII.* vel quam dant nuptiae, vel quam lex; qui et ſubinde vtilia ad voluptatis frenandas illecebras ſuggerit conſilia. Quae ediſſerens SIMPLICIVS, docet, adſuetudine et exercitatione caſtitatem comparari poſſe. MARCVS AVRELIVS noſter, deorum beneficio factum laetatur, quod incorruptam ſeruauerit adoleſcentiam, nec ante tempus virilitatem exercuerit, quodque amatam ſibi Benedictam quondam et Theodotum omnino non attigerit, et ex amore, quo in eos ferebatur, conualuerit. Τῶν θεῶν δὲ εὐποιΐα, inquit, τὸ μηδεμίαν συνδρομὴν πραγμάτων γενέσθαι, ἥτις ἔμελλέ με ἐλέγξειν. καὶ τὸ μὴ πλέον ἐπιτραφῆναι παρὰ τῇ παλλακῇ τοῦ πάππου, καὶ τὸ τὴν ὥραν διασῶσαι, καὶ τό μὴ πρὸ ὥρας ἀνδρωθῆναι, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ ἐπιλαβεῖν τοῦ χρόνου. *Id quoque diis acceptum refero, quod non diutius apud concubinam aui ſum educatus, quod ad pubertatem caſtus perueni, neque ante eam vir ſum factus, ſed tempus etiam distuli.* Deinceps id, quod de Benedicta et Theodoto retuli, addit *lib. I. §. XVII.*

§. X. Voluptatibus vero, vt eo rectius obuiam eatur, laboribus

ribus quoque et duriore viuendi ratione domare corpus, ſalutare putarunt veteres. Hinc molliorem cultum et quidquid voluptatum illecebris irretire homines poteſt, fortiter adſpernabantur. Et MARCVS quidem imperator duodecimum ingresſus annum, habitum philoſophi et conſtantiam induit. Studebat in pallio, auctore IVLIO CAPITOLINO, in *vita Antonini cap. II.* humi cubabat, vixque pasſus eſt lectulum pellicibus a matre Fauſtina inſterni, a qua fuerat ad victum tenuem inſtitutus. Et opportune quidem hic obſeruat ISAACVS CASAVBONVS *χαμευνίαν* ſeu *humicubationem* olim conſuetam omnibus fuiſſe, qui vitam delicatiorem adſpernabantur. A gentilium philoſophis hunc morem accepisſe chriſtianos, idem docet in *commentario de veterum lectis et ſtragula veſte.* Atque hoc eſt, quod ipſe ANTONINVS *lib. I. §. VI.* refert, a Diogneto ſe didicisſe, grabatum, pellem, aliaque ad graecam diſciplinam pertinentia vſurpare. Patrem etiam ſe habuisſe laborum magiſtrum *lib. I. §. XVI.* declarat, ad cuius imitationem ſe ipſum adhortatur, eiusque ſtudium laborum, adſiduitatem, parcitatem, frugalitatem, ſimplicitatem, ac conſtantiam, in ſe exprimendas. Impietatis denique eum accuſare non dubitat, qui voluptates ſequitur: *καὶ μὴν ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰς διώκων, τοὺς δὲ πόνους ὡς κακὰ φεύγων, ἀσεβεῖ. ἀνάγκη γὰρ τὸν τοιοῦτον μέμφεσθαι, πολλάκις τῇ κοινῇ φύσει, ὡς παρ᾽ ἀξίαν τι ἀπονεμούσῃ τοῖς φαύλοις, καὶ τοῖς σπουδαίοις· διὰ τὸ πολλάκις τοὺς μὲν φαύλους ἐν ἡδοναῖς εἶναι, καὶ τὰ ποιητικὰ τούτων κτᾶσθαι· τοὺς δὲ σπουδαίους, πόνῳ καὶ τοῖς ποιητικοῖς τούτου περιπίπτειν.* *Impietatis reus is quoque eſt, qui voluptates tamquam bonum adpetit, dolorem vt malum fugit. Hic enim neceſſe eſt ſaepenumero incuſet communem naturam, quaſi ea aliquid praeter dignitatem bonis malisue tribuerit: propterea quod ſaepe mali voluptatibus fruuntur, eaque quibus efficiuntur eae, posſident: boni vero dolore adficiuntur, et in cauſſas doloris incidunt. lib. IX. §. I.*

§. XI. Circa fortunae quidem vt vocantur, munera ita ſe gerat homo, vt iis, quantum ad ſui conſeruationem opus eſt, vtatur: at vero non abutatur ad delicias, aut vanam oſtentationem. *Lautum cumprimis et magnificum eſſe*, dicit ANTO-

TONINVS *lib. III. §. V. externo miniſterio poſſe carere, eaque quam alii ſuppeditant quiete.* Hinc vero et iſtud conſequitur, paupertatem aequo ferendam eſſe animo. Laudat itaque MARCVS imperator illos, qui in ſumma rerum inopia philoſophiae litant ſtrenue et numquam a recto dimouentur tramite. *Hic*, inquit, *lib. IIII. §. XXX. ſine tunica philoſophatur, ille ſine libro, iſte ſeminudus, quidam etiam ſine pane et ieiunus ſtudium inceptum non deſerit.*

§. XII. Sed quid circa vitam propriam homini praeſtandum ſit, ſecundum ANTONINVM eſt indicandum. M. TVLLIVS CICERO *lib. III. de finibus cap. VI.* ex Stoicorum ſententia, eſſe quaedam *prima naturae*, Graecis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, quaedam *conſequentia* autumat. Prima naturae vocat, quod ſimul atque natum eſt animal, ipſum ſibi conciliatur ac commendatur ad ſe conſeruandum, atque ad ſuum ſtatum, et ad ea, quae ſunt conſeruantia eius ſtatus diligenda: alienatur autem ab interitu iisque rebus, quae interitum videantur adferre. Hinc etiam ait fieri, vt nemo ſit, quin, cum vtrumuis liceat, aptas malit et integras omnes partes corporis, quam easdem vſu imminutas ac detortas habere; primumque eſſe officium, vt ſe quis conſeruet in naturae ſtatu: deinceps vt ea teneat, quae ſecundum naturam ſint, pellatque contraria. At poſt haec cognita ſequi rationem conuenientiae cum ipſa ratione, quae corpore eſt potior, atque eam conuenientiam, in qua honeſtum ſit propoſitum, pluris faciendum, quam ad quae ſola primum animae adpetitio ferebatur, quia prima naturae commendent nos quidem rectae rationi, ſed ipſa recta ratio carior nobis eſſe debeat, quam illa ſint, a quibus ad hanc venerimus. Breuiter ſententiam Stoicorum complectitur et effert IVVENALIS, *ſatyra XV.*

melius nos
Zenonis praecepta: neque enim omnia, quaedam
Pro vita facienda monent.

Adeoque vitam et ſanitatem tamdiu tuendam et conſeruandam eſſe cenſebant, quamdiu honeſtatis ratio non ſuaderet aliud. Nec in diuerſum hic ANTONINVS abit, qui inter eas parentis ſui ANTONINI Pii virtutes, quas imitatione dignas cenſe-

cenſebat, hanc quoque refert, quod *corpus ſuum modice curauerit, non vt qui vitae cupidus, aut cui formae elegantia curae esſet: non tamen interim negligenter: ita vt ſua diligentia curaque paucisſimis medicorum ſeu pharmacis ſeu fomentis opus haberet.* Quoties itaque ratio honeſtatis talem vitae conſeruationem non requirebat, ſed potius ex vita excedere exigebat, et iſtud promte faciendum, Stoici docebant. *Sed cum ab his,* inquit CICERO, *quae ſecundum naturam ſunt, omnia proficiſcantur officia: non ſine cauſſa dicitur, ad ea referri omnes noſtras cogitationes, in his et excesſum e vita, et in vita manſionem. In quo enim plura ſunt, quae ſecundum naturam ſunt, huius officium eſt in vita manere; in quo autem ſunt plura contraria, aut fore videntur, huius officium eſt ex vita excedere. Ex quo adparet, et ſapientis aliquando eſſe officium, excedere e vita, cum beatus ſit, et ſtulti manere in vita, cum miſer ſit. lib. III. de finib. cap. XVIII.* Nimirum inſtinctus ille naturalis, quo homines ad vitam ſuam conſeruandam impelluntur, ratione ita ſecundum Stoicos temperandus eſt, vt, ſi opus fuerit, ſubire mortem promte, vir ſapiens non detrectet. Non itaque ſtatim ſine ratione aut graui cauſſa, vitae ſtatio ſecundum Stoicos, eſt deſerenda. Tum moriendum eſt, cum hoc ratio iubet. Haec vero non iubet, vt paupertati, doloribus, aliisque calamitatibus morte voluntaria nos ſubtrahamus. Id enim, cum effeminati mollisque animi ſit, ratio damnat: quae ſecundum Stoicos haec omnia non pro malis, ſed rebus indifferentibus reputat. Sed tum demum licere ſapienti, quin decere ipſum, vt ex vita excedat, ſi iam ita ſibi viuendum esſe videat, vt nulla ad humanam ſocietatem, cui vnice ſe natum ſemper meminerit, redundabit vtilitas. Ita non omnes quidem, ſed tamen praeſtantisſimi cenſebant Stoici. Atque ita etiam intelligi posſunt, quae ANTONINVS praecipit. Nimirum concesſum esſe omnibus ex vita excedere, ait, *lib. V. §. XXIX.* ſi ita illis viuere non licet, vt natura animantis ratione praediti, requirit. Idem vero et mortem esſe exſpectandam docet *lib V. §. VIII.* non tamen moram eius indigne esſe ferendam, ſed ſpe eius et exſpectatione vnumquemque ſe conſolari posſe *lib. IIII. §. XXX.* vt innuat

illud, quod dixi doloribus aut calamitatibus morte voluntaria vt quis ſe ſubtrahat, id quidem neutiquam par esſe. Quae vero in hac Stoicorum doctrina emendanda ſint, cum vnusquisque facile intelligat: non necesſe eſt, vt conuellam ea, quae minus recte ab illis dicta ſunt. Fontem tamen erroris iam detexi ſupra *diſſertat. II.*

§. XIII. Ad officia autem hominis erga alium quod attinet, illorum ſummam in vero et non fucato omnium hominum amore conſiſtere, Stoici opinabantur. Hinc et ANTONINVS ad homines omnes amandos, numquam fere non nos adhortatur. Totam de officiis doctrinam in compendium misſurus, φίλησον, inquit, τὸ ἀνθρωπινὸν γένος, ἀκολούθησον θεῷ. *Dilige humanum genus, obſequere Deo. lib. VII. §. XXXI.* et *lib. VI. §. XXXIX.* οἷς συγκεκλήρωσαι πράγμασι, τούτοις συνάρμοζε σεαυτόν· καὶ οἷς συνείληχας ἀνθρώποις, τούτους φίλει, ἀλλ᾽ ἀληθινῶς. *Quibus negotiis addictus es ſorte tua, his te accommoda: et quibus te hominibus fatum adiunxit, eos amore, idque vero, proſequere. Lib. XI.* vero *§. XIII.* tam praeclare de hoc amore verba facit, vt plane ad diuinarum litterarum ſententiam accedere videatur. Καταφρονήσει μου τίς; ὄψεται. ἐγὼ δὲ ὄψομαι, ἵνα μή τι καταφρονήσεως ἄξιον πράσσων ἢ λέγων εὑρίσκωμαι. μισήσει; ὄψεται. ἀλλὰ ἐγὼ εὐμενὴς καὶ εὔνους παντὶ, καὶ τούτῳ αὐτῷ ἕτοιμος τὸ παρορώμενον δεῖξαι, οὐκ ὀνειδιστικῶς, οὐδὲ ὡς κατεπιδεικνύμενος ὅτι ἀνέχομαι, ἀλλὰ γνησίως καὶ χρήστως, οἷος ὁ Φωκίων ἐκεῖνος, εἴ γε μὴ προσεποιεῖτο. τὰ ἔσω γὰρ δεῖ τοιαῦτα εἶναι. καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν βλέπεσθαι ἄνθρωπον πρὸς μηδὲν ἀγανακτικῶς διατιθέμενον, μηδὲ δεινοπαθοῦντα. τί γάρ σοι κακὸν, εἰ αὐτὸς νῦν ποιεῖς τὸ ἐπὶ τῇ φύσει σου οἰκεῖον; οὐ δέχῃ τὸ νῦν τῇ τῶν ὅλων φύσει εὔκαιρον, ἄνθρωπος τεταγμένος πρὸς τὸ γίνεσθαι δι᾽ ὅτου δὴ τὸ κοινῇ συμφέρον; *Contemnor ab aliquo? viderit; ego curabo, ne quid contemtu dignum agam aut loquar. Odit me aliquis? viderit. Ego quidem omnibus ſum placidus et beneuolus, et huic adeo ipſi, qui contemnit aut odit, ſuum errorem paratus oſtendere; neque hoc exprobrandi cauſſa, aut vt patientiam oſtentem meam, ſed ingenue et probe. Qualis erat Phocion, niſi id ipſum ſimulauit. Intus enim omnia oportet recte habere, et a diis conſpi-*

ci

ci hominem nullam rem indigne ferentem, aut queritantem. Quid enim tibi mali accidit, dum ipſe id agis, quod eſt naturae tuae commodum? non accipies id quod nunc naturae vniuerſi eſt opportunum, hominem te profesſus, cui vnicus hic vitae ſcopus dies noctesque propoſitus eſt, vt communi vtilitati inſeruias?

§. XIIII. Dum itaque ANTONINVS inculcat, hunc demum vere hominem esſe, cui vnicus hic vitae ſcopus dies noctesque propoſitus eſt, vt communi vtilitati inſeruiat: hoc ipſo partim docet, amorem hunc in opera erumpere debere, partim causſam rationemque huius amoris, quo quis omnes homines proſequi tenetur, innuit. Natura hominis hoc requirit: namque natus eſt homo ſecundum Stoicos non alium in finem quam vt hominibus inſeruiat. Οἱ ἄνθρωποι γεγόνασιν ἀλλήλων ἕνεκεν, dicit ipſe ANTONINVS *lib. VIII. §. LVIIII. Homines vnus alterius causſa nati ſunt.* Atque hoc ſtoicae doctrinae, de officiis erga alios, fundamentum, vnico verſiculo etiam comprehendit LVCANVS:

Non ſibi ſed toti genitum ſe credere mundo.

lib. II. v. 383. Id quod etiam innuit CICERO *lib. I. de officiis p. m. 68.* Stoicis hoc placere adſerens, quae in terris gignuntur, ad vſum hominum omnia creari, homines autem hominum causſa esſe generatos, vt ipſi inter ſe alii aliis prodesſe posſint: idque etiam PLATONEM arbitratum fuisſe docet, cuius in *epiſt. IX. ad Architam Tarentinum* hoc exſtet effatum: *non nobis ſolum nati ſumus, ortusque noſtri partem patria, partem parentes vindicant, partem amici.*

§. XV. Alterum vero fundamentum, cui hanc doctrinam Stoici ſuperſtruunt, iſtud eſt, quod homo ſit pars vniuerſi et membrum magnae iſtius atque vniuerſalis ſocietatis. Ipſe hoc quoque diligenter inculcat CICERO *lib. III. de officiis cap. V.* qui et hominem hominis incommodo ſuum augere commodum magis esſe contra naturam cenſet, quam paupertatem, quam dolorem, quam mortem: ſic enim disrumpi humani generis ſocietatem, quae maxime ſecundum naturam eſt: vt enim interire corpus necesſe foret, ſi vnumquodque membrum proximi membri valetudinem ad ſe traduceret; ſic

euerſum iri communitatem et ſocietatem hominum, ſi vnusquisque aliorum hominum commoda ad ſe rapiat. Huius formulae conſectarium eſt, cariores nos ipſos esſe nobis non debere, quam ceteros homines, quippe incolumitatem et ſalutem noſtram ſocietatis humanae integritate contineri, abruptum autem eam iri, ſi homines ſinguli prae nimio ſui amore, ita commodis ſuis ſtudeant, vt aliena vel praecipiant, vel negligant: conſectarium item, quod nemo alium auerſari, aut odio debeat proſequi. Nemo vero elegantius vſum huius principii vmquam demonſtrauit, quam ANTONINVS, cuius hic quaedam recitare documenta, operae erit pretium. Κλάδος τοῦ προσεχοῦς κλάδου ἀποκοπεὶς, οὐ δύναται μὴ καὶ τοῦ ὅλου φυτοῦ ἀποκεκόφθαι. οὕτω δὴ καὶ ἄνθρωπος, ἑνὸς ἀνθρώπου ἀποσχισθεὶς, ὅλης τῆς κοινωνίας ἀποπέπτωκε. κλάδον μὲν οὖν ἄλλος ἀποκόπτει, ἄνθρωπος δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ πλησίον χωρίζει, μισήσας καὶ ἀποτραφείς· ἀγνοεῖ δὲ ὅτι καὶ ὅλου πολιτεύματος ἅμα ἀποτέτμηκεν ἑαυτόν. πλὴν ἐκεῖνό γε δῶρον τοῦ συστησαμένου τὴν κοινωνίαν Διός. ἔξεστι γὰρ πάλιν ἡμῖν συμφῦναι τῷ προσεχεῖ, καὶ πάλιν τοῦ ὅλου συμπληρωτικοῖς γίνεσθαι. πλεονάκις μέν τοι γινόμενον τὸ κατὰ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν, δυσένωτον καὶ δυσαποκαθίστατον προχωροῦν ποιεῖ. ὅλως τε οὐχ ὅμοιος ὁ κλάδος ὁ ἀπ' ἀρχῆς συμβλαστήσας, καὶ σύμπνους συμμείνας, τῷ μετὰ τὴν ἀποκοπὴν αὖθις ἐγκεντρισθέντι· ὅ, τι ποτε λέγουσι οἱ φυλουργοί. *Ramus a proximo amputari ramo non poteſt, quin et a tota arbore reſecetur: ſic homo etiam ab vno auulſus homine non poteſt non etiam a toto excidisſe coetu. Et ramum alius aliquis; homo vero ipſe ſe ipſum a proximo ſeparat, dum eum odit aut auerſatur: ignorat autem etiam a tota ciuili ſocietate eadem ratione ſe abrumpi. Verum tamen hoc habemus munere Iouis, qui hanc ſocietatem conſtituit, vt rurſum adcreſcere proximo, et pars esſe totius posſimus. Attamen ſi hoc ſaepius admittatur, efficit, vt vniri iterum atque coaleſcere, quod auulſum longius procesſit, haud facile posſit: tum vero (quidquid dicant plantatores) non eadem eſt ratio rami, qui ab initio floruit cum arbore, manſitque in ea, et eius, qui amputatus, rurſus deinde eſt inſitus: lib. XI. §. VIII.* et *lib. VII. §. XIII.* οἷόν ἐστιν ἐν ἡνωμένοις τὰ μέλη τοῦ σώματος, τοῦτον ἔχει τὸν λό-

γον

γον ἐν διεςῶσι τὰ λογικὰ πρὸς μίαν τινὰ συνεργίαν κατεσκευασμένα. μᾶλλος δέ σοι ἡ τέτων νόησις προσπεσεῖται, ἐὰν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγης, ὅτι μέλος εἰμὶ τȣ͂ ἐκ τῶν λογικῶν συςήματος. ἐὰν δὲ διὰ τȣ͂ ῥῶ ςοιχείȣ μέρος εἶναι ἑαυτὸν λέγης, ὔπω ἀπὸ καρδίας φιλεῖς τȣ̀ς ἀνθρώπȣς· ὔπω σε καταληπτικῶς εὐφραίνει τὸ εὐεργετεῖν. ἔτι ὡς πρέπον αὐτὸ ψιλὸν ποιεῖς· ὔπω ὡς αὐτὸν εὖ ποιῶν. *Quam rationem in vnitis et compactis corporibus habent membra, eam obtinent ratione praedita animalia in diuiſis, praeparata ad vnam quamdam actionem. Hoc eo magis animum tuum tanget, ſi crebro tibi ipſi dicas: membrum ſum eius, quod eſt ex ratione praeditis conflatum, corporis. Si autem dicas, te eſſe partem, nondum ex animo diligis homines, nondum ex certa veri honeſtique comprehenſione et intelligentia beneficentiae vſus te delectat: adhuc decori tantum cauſſa illam exerces, non vt qui dum aliis benefacis, fructum ipſe tuae beneficentiae maximum percipias.* Hinc et inter omnes homines cognationem quamdam intercedere autumat, quae ad ſe mutuo amandos eos impellat. Καθόσον δὲ ἔχω πως, inquit, οἰκείως πρὸς τὰ ὁμογενῆ μέρη, ȣ̓δὲν πράξω ἀκοινώνητον. μᾶλλον δὲ ςοχάσομαι τῶν ὁμογενῶν, καὶ πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον πᾶσαν ὁρμὴν ἐμαυτȣ͂ ἄξω, καὶ ἀπὸ τȣ̓ναντίȣ ἀπάξω. *Quatenus vero mihi cognatio quaedam eſt cum partibus quae ſunt eiusdem generis, nihil agam, quod a bono communitatis ſit alienum, immo potius congeneribus ſtudens, ad communem vtilitatem omnes meas actiones dirigam et a contrario auertam. lib. X. §. VI.* Et haec ipſa cauſſa eſt, cur ſubinde ſtudia omnia in commune conferri iubeat, ac credere, qui hoc fecerit, eo ipſo ſe beneficium accepiſſe; qui ſecus, hunc aduerſus naturam impie acturum, hunc ſeditionem in magna illa naturae ciuitate creaturum, hunc abſceſſum fore et vomicam naturae, membrum ex mundi corpore amputatum, ramum ex arbore. In quibus quidem omnibus conſentientem ſecum habet SENECAM, qui *epiſt. XCV. membra*, inquit, *ſumus corporis magni, natura cognati ſumus, ex iisdem, et in eodem geniti, amorem nobis indidit mutuum, ex eius lege miſerius eſt nocere, quam laedi. Societas humana lapidum fornicationi ſimilis eſt, cui ſi ſe lapis vnus ſubtraxerit, ruent omnia; omnium-*

omniumque lapidum ex aequo intereſt, ſingulos in ſuo loco et officio continere. Huc denique et illa ſpectant, quae Stoici de mundo ceu magna ciuitate, cuius ciues ſint ſinguli homines, diſputant: indeque iterum colligunt, hominem homini ita, vt ciuem ciui, esſe obligatum: eiusque adeo muneris esſe, pro viribus ipſum diligere atque commoda eius promouere. De quibus iam ſupra *diſſert. II.* aliquid dictum eſt.

§. XVI. Speciatim vero et illos, qui nobis inimici ſunt, iniuriasque intulere, diligere doctrina Stoica iubet. Fateor multis perſuaſum fuit, dum eiusmodi quid ſacrae litterae ſciſcunt, legem ſanciri, quam capere humana ratio nequeat, legem ethnicis diuinae ſcripturae notitia non imbutis, plane incognitam. Sed non fuisſe incognitam Stoicis, vndecumque etiam illam acceperint, vel ANTONINI noſtri infinitis prope teſtimoniis demonſtrari posſet. Pauca delibabimus. Οταν ἄλλος ψέγῃ σε, ἢ μισῇ, ἢ τοιαῦτά τινα ἐκφωνῶσιν, ἔρχȣ ἐπὶ τὰ ψυχάρια αὐτῶν. δίελθε ἔσω, καὶ ἴδε ποῖοί τινες εἰσίν. ὄψει, ὅτι ȣ̓ δεῖ σε σπᾶσθαι, ἵνα τȣ́τοις τί ποτε περί σȣ δοκῇ. εὐνοεῖν μέν τοι αὐτοῖς δεῖ. φύσει γὰρ φίλοι. καὶ οἱ θεοὶ δὲ παντοίως αὐτοῖς βοηθȣ͂σι, δι᾽ ὀνείρων, διὰ μαντειῶν, πρὸς ταῦτα μέν τοι πρὸς ἃ ἐκεῖνοι διαφέρονται. *Cum te alius reprehendit, aut odit, his aut aliis contra te verbis exclamat; adſpice eorum animulas: intra, et vide quales ſint. Cernes nihil esſe cur labores, hoc vel illud de te tales iudicent. Bene quidem iis velle debes; natura enim amici ſunt, eosque dii omni ratione per inſomnia, vaticinia, iis in rebus adiuuant, quas ipſi pro magnis habent. lib. IX. §. XXVII.* Enimuero duplici ratione ad inimicos noſtros diligendos nos adducere cupit, initio, quia natura amici et cognati noſtri ſunt; deinde impium esſet odisſe illos, quibus tamen Deus ipſe ſua impertire beneficia non deſinit. Hinc et *lib. XI. §. XIII.* Καταφρονήσει μȣ τίς; inquit, ὄψεται· ἐγὼ δὲ ὄψομαι, ἵνα μή τι καταφρονήσεως ἄξιον πράσσων ἢ λέγων εὑρίσκωμαι. μισήσει; ὄψεται. ἀλλὰ ἐγὼ εὐμενὴς καὶ εὔνȣ παντί. *Contemnor ab aliquo? viderit; ego curabo, ne quid contemtu dignum agam aut loquar. Odit me aliquis? viderit. Ego quidem omnibus ſum placidus et beneuolus, cetera. Lib. VII.* vero *§. XXVI.* hoc officium ita hominibus ſuadet: Οταν τις ἁμάρ-

τῃ

τῇ τι εἰς σὲ, εὐθὺς ἐνθυμοῦ, τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπολαβὼν ἥμαρτε. τοῦτο γὰρ ἰδὼν, ἐλεήσεις αὐτὸν, καὶ οὔτε θαυμάσεις, οὔτε ὀργισθήσῃ. ἤτοι γὰρ καὶ αὐτὸς τὸ αὐτὸ ἐκείνῳ ἀγαθὸν ἔτι ὑπολαμβάνεις, ἢ ἄλλο ὁμοειδές. δεῖ οὖν συγγινώσκειν. εἰ δὲ μηκέτι ὑπολαμβάνεις τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ καὶ κακὰ, ῥᾷον εὐμενὴς ἔσῃ τῷ παρορῶντι. *Si quis aliquid contra te deliquerit, ſtatim cogita, quanam boni vel mali opinione peccauerit: id enim ſi cernas, miſereberis eius, ac neque miraberis, neque iraſceris. Nam aut ipſe tu in eodem adhuc errore verſaris, vt idem plane quod is, aliudue quiddam eiusdem generis bonum putes; ergo et illi condonandus error, ſi et tibi: aut tu melius de bonis et malis iudicas, et eo placabilior eſſe debes ei, qui falſus eſt.* Quin vt ſumma manſuetudine illos, qui iniuria nos adficiunt, in virtutis tramitem reducere adlaboremus, ANTONINVS praecipit. Τὸ εὐμενὲς, inquit, ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον ᾖ καὶ μὴ σεσηρὸς, μηδὲ ὑπόκρισις. τί γάρ σοι ποιήσει ὁ ὑβριστικώτατος, ἐὰν διατελῇς εὐμενὴς αὐτῷ, καὶ εἰ οὕτως ἔτυχε, πρᾴως παραινῇς καὶ μεταδιδάσκῃς εὐσχολῶν παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε κακά ποιεῖν σε ἐπιχειρεῖ; μὴ τέκνον, πρὸς ἄλλο πεφύκαμεν· ἐγὼ μὲν οὐ μὴ βλαβῶ, σὺ δὲ βλάπτῃ, τέκνον. καὶ δεικνύναι εὐαφῶς καὶ ὁλικῶς, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει· ὅτι οὐδὲ μέλισσαι αὐτὸ ποιοῦσιν, οὐδ' ὅσα συναγελαστικὰ πέφυκε. δεῖ δὲ μήτε εἰρωνικῶς αὐτὸ ποιεῖν, μήτε ὀνειδιστικῶς, ἀλλὰ φιλοστόργως καὶ ἀδήκτως τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ ὡς ἐν σχολῇ, μηδὲ ἵνα ἄλλος παραστὰς θαυμάσῃ· ἀλλ' ἤτοι πρὸς μόνον, καὶ ἐὰν ἄλλοι τινὲς περιεστήκωσι. *Manſuetudo, ſi genuina ſit, non contumelioſa aut fucata, inuicta eſt. Quid vero vel procacisſimus homo tibi faciet, ſi conſtanter manſuetudinem ſerues, ac ſi res ita ferat, placide eum horteris ac doceas, eo ipſo tempore vacans huic rei, cum is te laedere nititur? Si dicas: noli fili, ad alias res nati ſumus; ego quidem non laedar, ſed tu fili: idque ei aperte et generatim ostendas, neque apes, neque vllum aliud eorum, quae ad coetum apta ſunt natura animalium ita agere. Oportet autem neque irridendi, neque conuiciandi cauſſa hoc facere, ſed amanter, atque ita vt ne mordeatur;*

neue

neue vt in ſchola, vt adſtantes mirentur, ſed vt cum ſolo ita loqui debes, etiam ſi alii adſint. lib. XI. §. XVIII. Quae vero ita verbis praeclare docuit, proprio etiam exemplo comprobauit ita, vt manſuetudine reges omnes ſuperaſſe haud immerito cenſeatur. Cum Caſſium Syrum beneficiis a ſe exornatum defeciſſe accepiſſet, in militari concione palam profeſſus eſt, magnum ſibi belli atque victoriae fructum fore, ſi fidem infido, amicitiam ingrato praeſtet, et rebelli ignoſcat. (conf. IVLIVS CAPITOLINVS in *vita Antonini philoſophi p. 24.)* Interitu vero eius accepto conſpirationis ſocios morti eripuit, et niſi criminis gratiam impetraſſet a ſenatu, mori ſe paratum demonſtrauit. Et ceteri quidem Stoici palam hic ſuffragantur ANTONINO, quippe qui iſtud dogma a communi philoſophorum parente Socrate acceperant. Hunc ſane THEMISTIVS in *orat. ad Valent. de bello victis*, laudat, quod emendauerit vulgarem hanc ſententiam, amicis bene eſſe faciendum, male inimicis, quippe ne inimicis quidem male eſſe faciendum, et quod comminanti cuidam, morior, niſi te occidero, reſponderit, morior ego vero, niſi te amicum effecero. Quam reſponſionem quidam ad Euclidem, Megarenſem, Socratis diſcipulum referunt.

§. XVII. Nec ſi quis vel maxime inique agat, inde vt eum odio proſequamur, vel auerſemur par eſt. Corrigendi humaniter ſunt improbi, et in ſemitam virtutis reuocandi, iraſci illis nemo debet, niſi animum ſuum impotentem prodere cupit. Et in eo quidem officium hominis erga peccatorem abſoluitur: id quod pluribus ſubinde docet atque inculcat M. AVRELIVS. Exemplo Numinis ad ferendam hominum improbitatem nos adhortatur *lib. VII. §. LXX. ſq.* Οἱ θεοὶ ἀθάνατοι ὄντες, οὐ δυσχεραίνουσιν, ὅτι ἐν τοσούτῳ αἰῶνι δεήσει αὐτοὺς πάντως ἀεὶ τοιούτων ὄντων καὶ τοσούτων φαύλων ἀνέχεσθαι. προσέτι δὲ, καὶ κήδονται αὐτῶν παντίως. σὺ δὲ ὅσον οὐδέπω λήγειν μέλλων ἀπαυδᾷς; καὶ ταῦτα εἷς ὢν τῶν φαύλων; γελοῖόν ἐστι τὴν μὲν ἰδίαν κακίαν μὴ φεύγειν, ὃ καὶ δύνατόν ἐστι· τὴν δὲ τῶν ἄλλων φεύγειν, ὅπερ ἀδύνατον. *Dii cum ſint immortales, tamen non indigne ferunt, quod in*

tam

tam diuturno aeuo ſemper omnino tot improbos homines perſerre debeant: quin immo illorum curam ſummam gerunt. Tu autem qui iamiam ceſſabis viuere, deſperas, idque vnus e numero malorum? Ridiculum eſt, te non fugere tuam ipſius malitiam, id quod potes; aliorum velle fugere, quod non potes. Εἰ μὲν σφάλλεται, inquit alibi, διδάσκειν εὐμενῶς, καὶ τὸ παρορώμενον δεικνῦναι. εἰ δὲ ἀδυνατεῖς, σεαυτὸν αἰτιᾶσθαι, ἢ μηδὲ σεαυτόν. *Si quis errat, docere illum debes benigne, et oſtendere quid non animaduerterit. Si id nequis, te ipſum accuſa: immo ne te ipſum quidem lib. X. §. IIII.* et *§. XXX.* Οταν προσκόπτῃς ἐπί τινος ἁμαρτίᾳ, εὐθὺς μεταβὰς ἐπιλογίζου, τί παρόμοιον ἁμαρτάνεις· οἷον, ἀργύριον ἀγαθὸν εἶναι κρίνων, τὴν ἡδονὴν, ἢ τὸ δοξάριον, καὶ κατ᾽ εἶδος. τούτῳ γὰρ ἐπιβάλλων ταχέως ἐπιλήσῃ τῆς ὀργῆς, συμπίπτοντος τοῦ ὅτι βιάζεται. τί γὰρ ποιήσει; ἢ, εἰ δύνασαι, ἄφελε αὐτοῦ τὸ βιαζόμενον. *Cum alicuius offenderis peccato, ſtatim ad te reuertere, ac cogita, qua in ſimili re tu pecces: vt, quod argentum, voluptatem, gloriolam, et id genus alia in bonis ducas. Id iram mox obliuione delebit. Accedat autem et hoc, vt eum inuitum peccare ſcias. Quid vero faceret coactus? Tu, ſi potes, effice, ne cogatur.* Perperam quoque illos agere, qui cum ipſi vitiis obruti ſunt, alios tamen arguere ac monere intempeſtiue non deſinant. Ἐν τῷ γράφειν, inquit, καὶ ἀναγινώσκειν οὐ πρότερον ἄρξεις, πρὶν ἀρχθῇς· τοῦτο πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ βίῳ. *Numquam ſcribere et legere alios docebis, niſi ipſe prius didiceris: id multo magis in vita verum eſt. lib. XI. §. XXVIIII.* conf. DACERIVS ad *hunc locum.* Sed aliis ſubinde rationibus idem euincit. Ἐπὶ τοῦ φαντασίαν, inquit, παρασχόντος ὅτι ἥμαρτε· τί δαὶ οἶδα, εἰ τοῦτο ἁμάρτημα; εἰ δὲ καὶ ἥμαρτεν, ὅτι κατέκρινεν αὐτὸς ἑαυτόν. καὶ οὕτως ὅμοιον τοῦτο, τῷ καταδρύπτειν τὴν ἑαυτοῦ ὄψιν. ὅτι ὁ μὴ θέλων τὸν φαῦλον ἁμαρτάνειν, ὅμοιος τῷ μὴ θέλοντι τὴν συκῆν ὀπὸν ἐν τοῖς σύκοις φέρειν, καὶ τὰ βρέφη κλαυθμυρίζεσθαι, καὶ τὸν ἵππον χρεμετίζειν, καὶ ὅσα ἄλλα ἀναγκαῖα. τί γὰρ πάθῃ, τὴν ἕξιν ἔχων τοιαύτην; εἰ οὖν γοργὸς εἶ, ταύτην θεράπευσον. *Si quis de ſe opinionem vt*

peccante

peccante praebeat, cogita: ecquid noſti, ſitne peccatum? ac ſi peccauit: quid ſi ipſe ſe ipſum damnet; idque perinde eſt, ac ſi quis ſuum ipſius vultum propriis vnguibus laceret. Qui autem prauos peccare non vult, eius ſimilis eſt, qui non vult ficum in ſuo fructu ſuccum ferre, infantes plorare, equum hinnire: ac ſi quae ſunt alia neceſſaria. Quid enim aliud faceret, qui hunc ſibi habitum contraxit? Si igitur acutus tu, et eloquens es, cura eum morbum. lib. XII. §. XVI. Cumprimis vero id agit *lib. IX. §. XLII.* vt demonſtret, nihil magis hominem ſapientem decere, quam aequo ferre animo improbos. Ὅταν τινὸς ἀναισχυντίᾳ προσκόπτῃς, εὐθὺς πυνθάνου σεαυτοῦ· δύνανται οὖν ἐν τῷ κόσμῳ ἀναίσχυντοι μὴ εἶναι; οὐ δύνανται. μὴ οὖν ἀπαίτει τὸ ἀδύνατον, εἷς γὰρ καὶ οὗτός ἐστιν ἐκείνων τῶν ἀναισχύντων, οὓς ἀνάγκη ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι. τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ πανούργου, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπίστου, καὶ παντὸς τοῦ ὁτιοῦν ἁμαρτάνοντος, ἔστω σοι πρόχειρον. ἅμα γὰρ τῷ ὑπομνησθῆναι ὅτι τὸ γένος τῶν τοιούτων ἀδύνατόν ἐστι μὴ ὑπάρχειν, εὐμενέστερος ἔσῃ πρὸς τοὺς καθ᾽ ἕνα. εὔχρηστον δὲ κἀκεῖνο, εὐθὺς ἐννοεῖν, τίνα ἔδωκεν ἡ φύσις τῷ ἀνθρώπῳ ἀρετὴν πρὸς τοῦτο τὸ ἁμάρτημα. ἔδωκε γὰρ, ὡς ἀντιφάρμακον, πρὸς μὲν τὸν ἀγνώμονα, τὴν πρᾳότητα· πρὸς δὲ ἄλλον, ἄλλην τινὰ δύναμιν. ὅλως δὲ ἔξεστί σοι μεταδιδάσκειν τὸν πεπλανημένον. πᾶς δὲ ὁ ἁμαρτάνων, ἀφαμαρτάνει τοῦ προκειμένου, καὶ πεπλάνηται. τί δὲ καὶ βέβλαψαι; εὑρήσεις γὰρ μηδένα τούτων πρὸς οὓς παροξύνῃ πεποιηκότα τί τοιοῦτον, ἐξ οὗ ἡ διάνοιά σου χείρων ἔμελλε γενήσεσθαι. τὸ δὲ κακόν σου, καὶ τὸ βλαβερὸν, ἐνταῦθα πᾶσαν τὴν ὑπόστασιν ἔχει. τί δαὶ κακὸν ἢ ξένον γέγονεν, εἰ ὁ ἀπαίδευτος τὰ τοῦ ἀπαιδεύτου πράσσει; ὅρα μὴ σεαυτῷ μᾶλλον ἐγκαλεῖν ὀφείλεις, ὅτι οὐ προσεδόκησας τοῦτον, τοῦτο ἁμαρτήσεσθαι· σὺ μὲν γὰρ καὶ ἀφορμὰς ἐκ τοῦ λόγου εἶχες πρὸς τὸ ἐνθυμηθῆναι, ὅτι εἰκός ἐστι τοῦτον τοῦτο ἁμαρτήσεσθαι. καὶ ὅμως ἐπιλαθόμενος θαυμάζεις εἰ ἡμάρτηκε. μάλιστα δὲ ὅταν ὡς ἀπίστῳ, ἢ ἀχαρίστῳ μέμφῃ, εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφου. προδήλως γὰρ σὸν τὸ

ἁμάρ-

ἁμάρτημα, εἴτε περὶ τοῦ τοιαύτην τὴν διάθεσιν ἔχοντος ἐπίστευσας, ὅτι τὴν πίστιν φυλάξει· εἴτε τὴν χάριν διδοὺς, μὴ καταληκτικῶς ἔδωκας, μηδὲ ὥστε ἐξ αὐτῆς τῆς σῆς πράξεως εὐθὺς ἀπειληφῆναι πάντα τὸν καρπόν. τί γὰρ πλέον θέλεις εὖ ποιήσας ἄνθρωπον; οὐκ ἀρκεῖ σοι; κατὰ φύσιν τὴν σήν τι ἔπραξας τούτου μισθὸν ζητεῖς; ὡς εἰ ὁ ὀφθαλμὸς ἀμοιβὴν ἀπήτει, ὅτι βλέπει· ἢ οἱ πόδες, ὅτι βαδίζουσιν. ὥσπερ γὰρ ταῦτα πρός τόδε τι γέγονεν, ἅπερ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν ἐνεργοῦντα ἀπέχει τὸ ἴδιον· οὕτως καὶ ὁ ἄνθρωπος εὐεργετικὸς πεφυκὼς ὁπόταν τι εὐεργετικὸν, ἢ ἄλλως εἰς τὰ μέσα, συνεργετικὸν πράξῃ, πεποίηκε πρὸς ὃ κατεσκεύασται, καὶ ἔχει τὸ ἑαυτοῦ. *Si cuius impudentia offenderis, ſtatim percontare te ipſum, an poſſit fieri, vt nulli ſint in mundo impudentes? non poteſt autem hoc fieri: ne igitur id poſtula, quod fieri nequit: eſt enim et hic vnus ex impudentibus, quos eſſe in mundo oportet. Idem de verſuto, infideli, omni denique quocumque modo vitioſo in promtu ſit tibi cogitare. Nam ſi recorderis neceſſario id genus hominum eſſe, ſingulis aequiorem te praebebis. Id quoque vtile eſt, ſtatim cogitare, quam homini natura virtutem contra id peccatum dederit. Remedium enim tribuit, contra ingratos, manſuetudinem: contra aliud vitium, aliud auxilium. Omnino autem licet tibi in viam reducere eum qui errauit: nam omnis qui peccat, eo errat, quod a propoſito aberrat. Denique quid inde tibi damni adlatum eſt? inuenies enim nullum eorum quibus iraſceris, tale quidpiam feciſſe, quo mens tua ſit futura deterior: atqui in hoc vnico ſitum erat, vt malum tibi atque damnum accideret. Quid vero malum aut nouum accidit, ſi indoctus homo agit ſuo modo? vide ne tu tibi ipſe potius ſis reprehendendus, qui non praeſenſeris fore, vt is ita peccaret. Etenim anſam tibi ratio et doctrina praebuere ad cogitandum, veriſimile eſſe talem tale quid admiſſurum, at tu eius oblitus, mirarīs eum deliquiſſe. Maxime vero ſi cui infidelitatis, vel ingratitudinis cauſſa ſucenſes, intra te conuertere. Procul dubio enim a te peccatum eſt, ſi eum ita adfectum iudicauiſti fidem ſeruaturum; aut ſi*

beneficium conferens, non eo contentus fuiſti quod dederis, neque fructum re ipſa ex actione capere cogitauiſti. Quid enim aliud requiris cum homini bene facis? non tibi ſatis eſt, te tuae naturae conuenienter egiſſe, ſed et mercedem inſuper deſideras? perinde ac ſi mercedem oculus poſcat, quia viderit, aut pedes, propter greſſus. Quemadmodum enim haec ad certum finem facta ſunt, ita vt ſecundum ſuam conſtitutionem atque naturam ſi egerint, ſuum finem adepta ſciamus: ita homo ad beneficentiam natus, ſi quid homini veri beneficii contulerit, aut aliud quid egerit, quo vel in mediis et indifferentibus illi commodet, fecit id, cuius gratia factus eſt, conſecutusque eſt id, quod ad eum pertinebat. conf. et *lib. VII. §. XV.*

§. XIX. Quae ex hoc amore, quo quilibet omnes proſequi homines tenetur, ſua ſponte fluunt officia, tam multa ſunt, vt illorum non facile iniri numerus queat; tantum abeſt vt omnia aut attigerit ANTONINVS, aut hic recenſeri queant. Superuacaneum forte putauit deſcendere ad ſingula, cum qui alterum ſi vero et non fucato amore complectatur, nihil quoque erga illum praeſtare queat, quod non ſit rectum. Saltem de beneficiis et ſincera fide, ceu praecipuis ferme integri amoris fructibus quandoque nonnulla praecipit. Et beneficia quidem ita danda eſſe autumat, vt nullum plane ex illis ſperemus fructum, certe non alium, quam quem quis ex ipſa actione capere potuit. Quin hominem ad beneficentiam eſſe natum, quam ſi exerceat, nihil eum aliud agere, quam quod naturae ſuae ratio poſtulet. Προδήλως, inquit, *σὸν τὸ ἁμάρτημα, εἴτε περὶ τοῦ τοιαύτην τὴν διάθεσιν ἔχοντος ἐπίστευσας, ὅτι τὴν πίστιν φυλάξει· εἴτε τὴν χάριν διδοὺς, μὴ καταληκλικῶς ἔδωκας μηδὲ ὥστε ἐξ αὐτῆς τῆς σῆς πράξεως εὐθὺς ἀπειληφῆναι πάντα τὸν καρπόν. τί γὰρ πλέον θέλεις εὖ ποιήσας ἄνθρωπον; οὐκ ἀρκεῖ σοι; κατὰ φύσιν τὴν σὴν τί ἔπραξας τούτου μισθὸν ζητεῖς; ὡς εἰ ὁ ὀφθαλμὸς ἀμοιβὴν ἀπήτει, ὅτι βλέπει· ἢ οἱ πόδες, ὅτι βαδίζουσιν. ὥσπερ γὰρ ταῦτα πρὸς τόδε τι γέγονεν, ἅπερ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν ἐνεργοῦντα ἀπέχει τὸ ἴδιον· οὕτως καὶ ὁ ἄνθρωπος εὐεργετικὸς πεφυκὼς, ὁπόταν τι εὐεργετικὸν, ἢ ἄλλως εἰς τὰ μέσα, συνεργετικὸν πράξῃ, πεποίηκε πρὸς ὃ κατεσκεύασται, καὶ ἔχει τὸ ἑαυτοῦ. Procul dubio a te peccatum eſt, ſi eum*

ita

ita adſectum iudicauiſti ſidem ſeruaturum ; aut ſi beneficium conferens, non eo contentus fuiſti quod dederis, neque fructum re ipſa ex actione capere cogitauiſti. Quid enim aliud requiris, cum homini bene facis ? non tibi ſatis eſt, te tuae naturae conuenienter egiſſe, ſed et mercedem inſuper deſideras? perinde ac ſi mercedem oculus poſcat, quia viderit; aut pedes, propter greſſus. Quemadmodum enim haec ad certum finem facta ſunt, ita vt ſecundum ſuam conſtitutionem atque naturam ſi egerint, ſuum finem adepta ſciamus : ita homo ad beneficentiam natus, ſi quid homini veri beneficii contulerit, aut aliud quid egerit, quo vel in mediis et indifferentibus illi commodet, fecit id, cuius gratia factus eſt, conſecutusque eſt id, quod ad eum pertinebat. lib. IX. §. XLII. et *lib. VII. §. LXXIII. ſq.* Ὅταν σὺ εὖ πεποιηκὼς ἧς, καὶ ἄλλος εὖ πεπονθὼς, τί ἔτι ζητεῖς τρίτον παρὰ ταῦτα, ὥσπερ οἱ μωροὶ, τὸ καὶ δόξαι εὖ πεποιηκέναι, ἢ τὸ ἀμοιβῆς τυχεῖν ; οὐδεὶς κάμνει ὠφελούμενος. ὠφέλεια δὲ πρᾶξις κατὰ φύσιν. μὴ οὖν κάμνε ὠφελούμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖς. *Si tu bene alicui feciſti, et eſt, qui a te beneficium acceperit, quid praeter haec duo tertium aliquid requiris ſtultorum more, vt et videaris benefeciſſe, et gratiam recipias? Nemo deſatigatur accipiendo aliquid vtile. Atqui vtile tibi eſt, te ſecundum naturam aliquid agere: ne igitur, dum alii prodes, ipſi tibi prodeſſe deſatigare.* DACERIVS ad haec verba ita commentatur : *Antonin dit fort bien* comme les fous, *car il n'y a pas de plus grande folie que d' être enteſté de la reputation, qui ne depend jamais de nous, qui ne fait jamais partie de l' eſſence du bien, et qui n'eſt pas même un de ſes caracteres. Mais ce n'eſt pas par la ſeulement que nous devons nous contenter de faire le bien : Nous devons le faire dans l' eſperance que Dieu accomplira ſa promeſſe, et que plus le bien que nous ferons ſera ſecret, plus il nous en rendra la recompence tom. II. p. 84.* Atque ita quidem comparatus eſſe debet, qui elargiri aliis beneficia poteſt. Qui accipit, hoc ſibi dictum putet, ne ingratus ſit, aut accepti beneficii immemor. Τῷ Περδίκκᾳ ὁ Σωκράτης, inquit ANTONINVS, περὶ τοῦ μὴ ἔρχεσθαι παρ' αὐτὸν, ἵνα ἔφη μὴ τῷ κακίστῳ ὀλέθρῳ ἀπόλωμαι· τουτέστι, μὴ εὖ παθὼν οὐ δυνηθῶ ἀντευποιῆσαι. Socrates *Per-*

diccae quaerenti, cur non ad ipſum veniret, reſpondit: ne turpiſſimo interitu peream: hoc eſt, ne beneficio adfectus, id non poſſim compenſare. lib. XI. §. XXV.

§. XX. Sinceritatem vero et ſimplicitatem, quae omnem ſimulationem aut diſſimulationem, omnem fictionem procul faceſſere iubet, homini plane propriam eſſe docet ANTONINVS, vt qui ſecus agit, tale quid committere videatur, quod cum humana palam pugnet natura. Salſe itaque perſtringit illos, qui animi ſui ſinceritatem ac integritatem, multis verborum ambagibus ſignificant: id quidem perperam fieri, cum iam ceteroquin ad hoc ipſum ſint obſtricti. Ὡς σαπρὸς καὶ κίβδηλος ὁ λέγων, ἐγὼ προῄρημαι ἁπλῶς σοι προσφέρεσθαι. τί ποιεῖς ἄνθρωπε; τοῦτο οὐ δεῖ προλέγειν. αὐτὸ φανήσεται. ἐπὶ τοῦ μετώπου γεγράφθαι ὀφείλει εὐθὺς ἡ φωνή. τοιοῦτον ἔχει, εὐθὺς ἐν τοῖς ὄμμασιν ἐξέχει. ὡς τῶν ἐραστῶν ἐν τῷ βλέμματι, πάντα εὐθὺς γνωρίζει ὁ ἐρώμενος. τοιοῦτον ὅλως δεῖ τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀγαθὸν εἶναι, οἷον γράσωνα, ἵνα ὁ παραστὰς, ἅμα τῷ προσελθεῖν, θέλει οὐ θέλει, αἴσθηται. ἐπιτήδευσις δὲ ἁπλότητος σκάλμη ἐστίν· οὐδέν ἐστιν αἴσχιον λυκοφιλίας. πάντων μάλιστα τοῦτο φεῦγε. ὁ ἀγαθὸς, καὶ ἁπλοῦς, καὶ εὐμενὴς, ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχουσιν ταῦτα, καὶ οὐ λανθάνει. *Quam putidus eſt et inſincerus ille, qui dicit: ſtatui ſimpliciter tecum agere. Quid agis? non erat hoc praefari opus: ipſa res hoc oſtendet. Simul animus intus habuit, ſimul et vultus extra exhibuit: quemadmodum ex adſpectu amatores ſenſum ſui amaſii ſtatim cognoſcunt. Omnino vir bonus et ſimplex hircoſi debet aliquid ſimile habere, vt qui ei adeſt, velit, nolit, tamen eius ſimplicitatem deprehendat. Oſtentatio autem ſimplicitatis, inſidiae ſunt tectae: neque vero quidquam turpius eſt ſubdolis ac infidis congreſſibus. Hoc omnium maxime fugito. Qui vere bonus, ſimplex et manſuetus eſt, haec omnia in oculis habet, neque ea latent. lib. XI. §. XV.* Nec actiones ſolum, ſed verba quoque omnis fictionis ſint expertia. Quod iuſtiſſimum tibi videtur, id loquere: modo vt omnia placide, verecunde, et citra ſimulationem. Hinc ſermonem iuramento firmare ſuper-

ſuperuacaneum prorſus ducebant Stoici. Id quod innuit et ANTONINVS noſter, dum *lib. III. §. V.* turpe esſe pronuntiat, *ſi quis iuramenti religione aut teſtium fide ad officium ſit compellendus.* Redarguit quidem Stoicos hoc nomine DACERIVS, quod iuramenta ſine discrimine damnauerint, rectiusque in diuinis litteris ea ſaltem probari putat iuramenta, quibus ad veritatem indagandam coram iudice opus eſt. Ipſe tamen non diffitetur ſaniorem mentem quibusdam Stoicis ſedisſe. EPICTETI eſt effatum: *iusiurandum recuſa, ſi fieri poteſt, omnino; ſin minus, quantum potes. cap. XLIIII.* Addit SIMPLICIVS: *iusiurandum enim Deum citat teſtem, et ſequeſtrem, ac ſponſorem facit eorum, quae dicuntur. Ob res humanas autem (quod perinde eſt ac ſi paruas ac viles dicas) Deum producere, contemtum eius quemdam innuit. Recuſandum igitur eſt iusiurandum, ſi quidem fieri poteſt omnino: et labor ac multa quaeuis, quam posſis luere, toleranda potius quam iurandum; ſin id aliquando neceſſe fuerit, vt vel amicum e periculo eripias, vel pro parentibus aut patria ſpondeas, quiduis perpeti praeſtabilius fuerit, quam pactionem, religione Numinis ſancitam, violare.*

§. XXI. Societati quidem totius humani generis homo natus eſt: huic vt inſeruiat, id vnice det operam. Gradus tamen ſunt plures ſocietatis hominum, quibus ſua ſingulis officia praeſtanda ſunt: quos gradus eleganti circulorum plurimorum circa idem centrum deſcriptorum comparatione diſtinxit HIEROCLES apud *Stobaeum ſerm. LXXXII.* quorum intimus corporis eſt, centro, hoc eſt menti proximus, extimus, totius generis humani eſt, reliquos omnes continens. Atque huc cumprimis ſpectat, quod EPICTETVS dixit *cap. XXXVIII.* omnia officia ταῖς σχέσεσι *mutuis adfectionibus esſe metienda.* Namque cum alia σχέσις inter filium et patrem ſit, quam inter plane peregrinos homines, vel nullo conſanguinitatis vinculo inter ſe iunctos, aliam quoque hic officiorum esſe rationem, nemini dubium esſe poterit. Inter ipſa itaque officia, ſi comparatio inſtituatur, praeferenda ceteris esſe, primumque inter omnia locum obtinere, quae liberi praeſtare parentibus, et parentes liberis, ipſe etiam inculcat EPICTETVS *l. c.* Statim enim addit:

Pater eſt? praecipitur, curam eius agendam, cedendum ei in omnibus, ſi conuicietur, ſi verberet, ferendum eſſe. At pater malus eſt. Numquid igitur natura cum bono patre coniunctus es? Non, ſed cum patre. Tu igitur munus tuum erga ipſum tuere, nec quid ille agat conſidera etc. Rationes vero horum officiorum copioſe edisſerit SIMPLICIVS in *comment.* ad *h. l. p. 199.* Atque vt paucis cuncta complectar, pium gratumque ſuum erga parentes vbique ſignificare animum, id quidem liberorum munus eſt. ANTONINVS non tam verbis, quam factis hoc docuit, cuius quanta fuerit erga parentes ſuos veneratio, vel integer liber primus elegantisſimi opuſculi ſatis teſtatur. Parentum nomine vero et praeceptores complector, complectebantur et Stoici, vid. SIMPLICIVS *l. c. p. 201.* quorum inſtitutioni cum multum ſe debere intelligeret ANTONINVS, illorum in ſummo licet dignitatis et honoris culmine conſtitutus, erga ſe praedicare beneficia, non erubuit. Parentibus contra praecipue incumbit formare ad omnem honeſtatem ac fingere liberorum mores. Atque ad hoc ipſum exemplum illis praeire debent. Laudat patrem ſuum Annium Verum ANTONINVS, quod eius recordatione ad verecundiam et viro dignos mores excitatus eſt. Quali quidem elogio paucos admodum parentum a liberis ſuis ornari posſe, merito obſeruauit DACERIVS ad *hunc locum*, qui de Annio Vero hoc dici iure potuisſe docet: *Mortuus eſt pater eorum et quaſi non eſt mortuus.* Sed et matrem laudat MARCVS imperator, ſeque eamdem in ſtudio pietatis erga deos liberalitateque imitatum esſe profitetur, praeterea in abſtinendo a non perpetrandis modo, ſed et cogitandis flagitiis, tum in frugalitate victus, et ceteris, quaecumque ſunt ab opulentiorum vita et conſuetudine remotisſima. conf. DACERIVS ad *lib. I. §. III. p. 4.* De coniugum, amicorum, ceterorumque hominum, certa ratione ſibi coniunctorum officiis, cum nihil imperator noſter praecipiat: ſed de iis omnibus ex hactenus dictis haud difficulter iudicium ferri posſit, hic tandem ſermo conſiſtat, cum vtcumque ſuſcepto huic muneri meo ſatisfecisſe videar.

VITA
M. AVRELII ANTONINI

EX

RECENSIONE CRITICA

CHRISTOPHORI WOLLII

A. M. S. THEOL. BACC. ET AD

AEDEM D. PETRI CATECH.

VITA ET RES GESTAE MARCI AVRELII ANTONINI IMPERATORIS.

SVMMA.

M. AVR. ANTONINI natales, §. I. Locus et tempus natiuitatis, vt et varia nomina, §. II. Educatio, ſtudia, et praeceptores, §. III. Honores ſub HADRIANO, §. IIII. ſub ANTONINO PIO, §. V. IMPERII initia, A. C. CLXI, §. VI. RES GESTAE A. C. CLXII.-CLXVIII, §. VII. item A. C. CLXVIIII.-CLXXI, vbi etiam CHRISTIANORVM, maxime in Galliis *et* Aſia, *tum gentium, perſecutiones recenſentur, §. VIII. Ad hoc temporis interuallum referuntur quoque LIBRI XII. τῶν ἐς ἑαυτὸν, de quorum* variis editionibus *ac* ſtilo *diſſeritur, §. VIIII. RES GESTAE A. C. CLXXII. et CLXXIII, §. X. porro A. C. LXXIIII. ac LXXV, §. XI. A. C. LXXVI, §. XII. A. C. CLXXVII, §. XIII. A. C. CLXXVIII.-CLXXX, quo ſecuta eſt mors ANTONINI, §. XIIII.*

§. I.

MARCVS AVRELIVS ANTONINVS, imperator ac philoſophus, romanus. In hoc viro natura, quid ſuis viribus efficere poſſit, videtur experta. Auctoribus enim fide dignis, qui de eo memoriae prodiderunt, *a)* compertum habemus, nihil illo fuiſſe excellentius vel in doctrina, vel in

a) Inter eos haud dubie primas fert IVLIVS CAPITOLINVS, qui *vitam* ANTONINI, *tom. I. hiſtor. aug.* ſeparatim deſcripſit. Inter recentiores, praeter hunc, alios etiam idoneos contulit auctores V. C. ANDR. DACIER, vitamque MARCI noſtri gallice expoſuit *initio tom. I. des Reſlexions morales de l'Empereur* MARC ANTONIN, *avec des Remarques de Mr. et de Mad.* DACIER. Hunc fere ſecutus IO. ADOLF. HOFMANNVS, eamdem vernacula dedit lingua in *des roemiſchen Kayſers, Marc. Aur. Antoninus, erbaulichen Betrachtungen über ſich ſelbſt,* Hamb. CIↃ IↃ CC XXVII. Nos quidem hos ſequemur duces, verum ita, vt breuitati litantes, alio vtamur ordine, multa demamus, addamus noua, Iudicium inſuper noſtrum de rebus, in notis, quas ſubiecturi ſumus,

i 5 expone-

in ſanctitate vitae, qua omnes, quos ante ſe habuit, exempli etiam recti domi militiaeque principes, AVGVSTVM VESPASIANVM, TRAIANVM, HADRIANVM, et ANTONINVM PIVM, ſuperauit. Is antiquitate generis non minus, quam maiorum gloria, vnus omnium maxime Romae quondam floruit. *Pater* eius, ANNIVS VERVS, a NVMA POMPILIO duxit familiam. *Proauus* praetor ac ſenator, *auus* vero *paternus* ter conſul, vrbisque praefectus fuit. *Pater* in praetura debitum naturae reddens, non niſi vnicam filiam, ANNIAM CORNIFICIAM, vnumque reliquit filium, ANNIVM VERVM, qui poſtea M. AVR. ANTONINI adſciuit nomen. *Amita*, ANNIA GALERIA FAVSTINA, imperatori ANT. PIO nupſerat. *Mater*, DOMITIA CALVILLA, CALVISII TVLLI, bis conſulis filia, a Salentinorum ſiue Iapygiae rege, MALENNIO, gentis daſumiae, a SCto daſumiano in pandectis *b*) commemorato hodieque nobilitatae, ſuos deriuauit natales. *Proauus maternus*, CATILIVS SEVERVS, bis conſulatum, ac praefecturam vrbis ornauit. Atque haec erat *natalium* fortuna, qua vtebatur MARCVS. Ob hanc vero parum ſibi arrogabat ille, quippe quum iſta non ſit arbitrii noſtri, ſed cuilibet diuino fato ac voluntate deſtinetur.

§. II. *Editus* in hanc lucem eſt M. A. ANTONINVS VI CAL. MAI. auo materno iterum COS. anno P.C.V. circiter IↃcccLXXII, quae computandi ratio cum CXXI anno P.C.N. fere conuenit, in *monte Celio Romae*, vrbe dea terrarum

exponemus libere; ἀκρίβειαν, quae in hiſtoria vtramque paginam facit, vbiuis ſectaturi. In primis ſtili puritas ac perſpicuitas, virtutes hiſtorici praecipuae, nobis et hic curae cordique erunt, vt cum maxime. Nimias etenim ſententias, quas, vt gallica ſolent ingenia, cumulauit DACIERIVS, oratoribus relinquendas eſſe cenſeo. Vnde non praeter rem Q. CVRTII RVFI declamatoriam dictionem notauit, qui Amſtelodami elegantiores litteras et diu iam ornauit, et hodieque tuetur, IOANNES CLERICVS, *art. crit.* III, 3. 8. Nec vero CAPITOLINI deſcriptione contenti eſſe potuimus, quippe quae et imperfecta, et confuſa, nec valde accurata eſt. Stilus etiam haud parum ex aeui illius ſordibus trahit, pueris idcirco non temere legendus, qui nondum aere lauantur.

b) L. XXXVI. de fideicom. libert.

rum gentiumque, cui par nihil et nihil ſecundum. Verum non, vt vina a iugis falernis, gauricis, masſicis, ſimilibusque, ita excelſi generoſique animi a patrio ſolo petunt pretium, ſed ciuitati potius ſuae ſplendorem virtute conciliant. Idem praecipua quadam ratione noſtro euenit imperatori, vt vniuerſae genti romanae et ornamento immortali, et firmisſimo esſet praeſidio. Initio aui ſui, CATILII SEVERI, *nomine* appellatus eſt. Poſt obitum vero parentis a veritate, cuius amantisſimus pariter, ac tenacisſimus erat, ANNII VERISSIMI *nomen*, iusſu HADRIANI, retulit. At, ſumta virili toga, eius, a quo vitam acceperat, ANNII VERI *nomen* ſibi denuo vindicauit, donec tandem in *aureliam* gentem adoptionis iure adſcitus, M. AVRELIVS dictus eſt.

§. III. *Educatus* eſt, quum pater mature decesſisſet, in domo aui ſui, VERI. Hic, prout ipſe politiores amabat litteras, MARCVM, vbi egresſus erat annos, qui nutricum fouentur auxilio, omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas impertiri ſolet, erudiendum curauit. Eo conſilio fideli peritisſimorum, vt tum erant tempora, magiſtrorum curae ac diſciplinae committebat eumdem. In perpoliendo enim illo honeſtisſima aemulatione concertarunt EVPHORION, GEMINVS, ANDRON, ALEXANDER, TROSIVS, APER, POLLION, EVTYCHIVS PROCVLVS, Africanus, ANNIVS MARCVS, CANINIVS CELER, HERODES, et CORNELIVS FRONTO, digni hoc diſcipulo magiſtri. Quibus ducibus, dici non poteſt, quam praecoci incremento in vtraque primum lingua, deinde in muſica et geometria, ac denique in romana pariter, et graeca adoleuerit eloquentia. Poſtquam in ſtudiis iſtis tirocinia ingenii incredibili cum laude poſuerat, ad altiora ſtudia pleno, vt ita dicam, gradu contendit. Hinc, praeeuntibus, qui olim in porticu cum ſingulari nominis celebritate docebant, magiſtris, SEXTO Chaeronenſi, PLVTARCHI nepote, IVNIO RVSTICO, CLAVDIO MAXIMO, et CINNA CATVLLO, in *philoſophia* profecit *ſtoica*, quae tum magnis in laudibus toto erat orbe terrarum. Nec vero, ex peripatetica haereſi, CLAVDIO SEVERO doctore vſus, hospitem retulerat

tulerat animum. Hosce magiſtros ac praeceptores ſuos vt diuinis paene honoribus proſequeretur, reliqui fecit nihil, videturque NOSTER haud ſciuisſe, an ipſis parentibus ſint praeferendi doctores. *c*) Quandoquidem FRONTONI in primis et RVSTICO, poſt vltima vtriusque fata, ſtatuas a ſenatu expetiit, et poſthac IVLIVM PROCVLVM ad conſularem euexit dignitatem. Ita de his magiſtris idemtidem cogitanti, maxime ſit ambiguum, illine MARCO, an hic ipſis debere plura videatur. MARCO enim illi ad humanitatem, optimasque artes; hic illis ad gloriam profuit: illi huic doctrinae ſuffecerunt copias, hic reddidit aeternitatem. Reliqua taciti de induſtria praeterimus. Quum vero iuſti et aequi ſcientia in imperatorem cadat, ei quoque operam impendit haud proletariam, L. VOLVSIO MECIANO, ICto tum temporis praecellentisſimo, viam ipſi commonſtrante. Praeterea ſicut omne procul dubio punctum, ex ſententia vatis lyrici, HORATII, *d*) tulit is, qui miſcuit vtile dulci, ita DIOGNETVM, *e*) virum in pingendi arte excellentem, ad ſe arcesſi iubet ANTONINVS, picturae operam ipſe daturus. Curandi corporis ergo, amat venationes, palaeſtras, et omnia iuuentutis exercitia, in Graecia pariter, ac Latio veteri olim vſitatisſima. Verum ſeuerior *ſtoicae philoſophiae* diſciplina in eiusdem animo vtramque faciebat paginam, in huius tacitis et amoenis recesſibus dies noctesque, animi oblectandi cauſſa, haerebat. Atque vt a primis ſtatim incunabulis mira grauitas ex illius oculis eluxit, ſic XII aetatis annum ingresſus, aſperiorem ſtoicae ſectae ἄσκησιν conſectaturus, habitum philoſophi adſumſit, in pallio et humi ſomnum cepit, vix autem, matre

c) Fuerunt omnino inter ethnicos, qui dubitarent, annon praeceptores, quippe ad ſapientiam mentem erudientes, praeferendi esſent parentibus. DIONYSIVS ſophiſta non procul ab hac abesſe ſententia videtur: παιδευτὴς ἀμείνων ἤνοι ἔοικεν πατρός, *praeceptores videntur meliores esſe parente*, *Vid. epiſt. XXIIII* Nec ab eo ſuam ſeiungit ſententiam SIMPLICIVS, in *Epict. cap.* XXXVII. Add. M. F. QVINCTILIANVS, *inſtit. orat. lib. II. cap. X.*

d) De *art*, poet. *v.* 343.

e) Vtrum hic philoſophus ſit ille, cuius a MARCO τῶν πρὸς ἑαυτὸν, *lib.* I. §. VI. iniicitur mentio, an vero is, ad quem IVSTINVS martyr epiſtolam de veritate religionis chriſtianae dedit, res adhuc in lite vertitur.

matre vi quaſi cogente, in ſtrato pellibus lectulo accubuit. At ſuis tamen amicis, atque etiam minus notis, eius, quae ipſum decuit, exhibendae comitatis occaſionem e manibus elabi paſſus eſt haud temere vllam. His virtutum documentis NOSTER praeluſit indefesſae auſpicatisſimaeque publicae rei curae, quam orbis mox erat admiraturus.

§. IIII. Fulgebat iam in puero praeclara virtutis indoles, quae commouebat HADRIANVM, vt iuberet illum ſibi eſſe adfixum tamquam magiſtro, et a ſe dimittere nollet. Huic vni contigit, quod haud ſcio, an vlli, vt ſexennis equo publico ab hocce donaretur imperatore. Quumque conſuetudo tum ſic ferret, vt nobilis iuuentus ad honores per ſacerdotia adiret: accidit, vt et ANTONINVS VIII. iam vitae anno in Saliorum, MARTIS ſacerdotum, cooptaretur collegium. In quo munere futurum eius imperium ex omine portendebatur. Saliis etenim coronas ex more in puluinar dei ſui proiicientibus, ea, quam iecit MARCVS, in caput MARTIS ita cecidit, ibique ſic firmiter haeſit, ac ſi manu illam aptasſet ac impoſuisſet, non vero iecisſet. Atque hinc factum illi omen imperii, quum huius dei ſimulacrum coronis honorandi ſolis imperatoribus concederetur venia. Fuit in eo ſacerdotio et praeſul, et vates, et magiſter, ad quem et inaugurandi et exaugurandi ſpectauit poteſtas. Anno aetatis XV. virili indutus toga, L. CEIONII COMMODI filiam ſibi deſpondebat, HADRIANI obſecuturus voluntati. Non ita multo poſt, proficiſcentibus in montem *Albanum* ad latinas ferias conſulibus, vrbi praeficiebatur puer ille patricius. In quo honore ita ſe praeclare gesſit, vt appareret, qui ei deſponſam iam, ac deſtinatam laudem praeripiat, ſe habiturum neminem. Idem aui bonis contentus, ſorori ſuae, ANNIAE CORNIFICIAE, NVMIDIO QVADRATO collocatae, totum patrimonium concesſit paternum, neque ad partem hereditatis maternae vocari cupiebat, ne marito ſuo ſoror, prout ipſe dixit, esſet inferior in re vlla. Conſeneſcebant in dies magis, atque deficiebant aetate iam prouecti vires HADRIANI. Hinc, mortuo, quem ſibi ſucceſſorem deſtinauerat, CEI. COMMODO, ANT. PIVM in adoptionem ea delegit conditione, vt ſibi M. AVRE-

LIVM.

non poterat vnius hic deuincere virtutem, atque concordia inter vtrumque ad mortem vsque PII conſtantisſime permanſit. Hinc ille *Lorii* aduerſa valetudine quum corriperetur, ſpesque ſanitatis recuperandae decollaret, vocatis amicis ac praefectis, ſuccesſorem imperii M. AVRELIVM, nulla plane VERI mentione facta, omnibus commendauit atque firmauit, ac ſtatim ſignum AEQVANIMITATIS, placidaeque, quam ob dignisſimum adeo ſuccesſorem obiturus erat, mortis, tribuno conclaue intranti dedit, et fortunam denique auream, quae in cubiculo adhuc ſuo fuerat, ad MARCI cubiculum transportari iusſit.

§. VI. Mortem ſuam quum DIVVS obiisſet PIVS, anno P. C. N. circiter CLXI, et ab V. C. Iↄ cccc XIIII, a S. R. reip. habenas capesſere coactus eſt NOSTER. Vix vnum menſem clauum imperii tenuerat, quum luculentam ſuae erga PIVM pietatis et obſequii ſignificationem exhiberet ille, dum, nemine impellente, L. VERVM, TRIB. PL. deſignatum, tituloque *Caeſaris* et *Auguſti* exornatum, IIX ID. APR. eiusdem anni, redderet imperii participem. Qua vterque conſenſione animi rem curauerit publicam, nummos quum teſtes habeam, qui inſcriptionem: CONCORDIA. AVGVSTOR. prae ſe ferunt, nihil opus eſt pluribus verbis commemorare. Iam primum *Roma* duos AVGVSTOS habere coepit: quum antea, vrbe vnius modo imperium detrectante, tam multum ſanguinis promiſcua ciuium caede facta effuſum esſet. Eodem M. AVRELIVS die, ANTONINI adſciſcebat nomen, idemque tribuebat adoptiuo fratri, L. VERO, filia quoque ſua, LVCILLA eidem deſponſa. Huius ipſius coniunctionis ergo, nouorum ciuium, quorum deterior conditio erat, nomina frumentariae perceptioni adſcribi, vtrique praeceperunt imperatores. HADRIANI ſepulcro corpus PII ſui magnifico intulerunt exſequiarum officio: mox pompa funeris publice explicabatur, et ferebatur imago eius cerea ad viuum expresſa, et reliqua ad conſecrationem pertinentia peragebantur omnia. *k*) VTERQVE AVGVSTVS pro roſtris DIVVM laudauere PIVM, flumi-

k) Ea apud HERODIANVM videantur, de SEVERI funere pluribus verbis exponentem.

flaminemque ei ex adfinibus, et ſodales ex amicisſimis AVRELIANOS delegerunt. Atque haec ſolemnia funebria ludi gladiatorii finiebant: quod genus ſpectaculi *munus* veteres olim romani dixerunt. Mortuo iam PIO, humanitatem omnem ac pietatem exuisſe videbantur homines, quum ex omnibus prouinciis, incredibilis epiſtolarum copia, perſecutionem chriſtianis infligendam deprecantium, ad nouum aduolaret imperatorem. Hi enim grauisſimorum ab inimicis criminum poſtulabantur, in hos calamitatum publicarum transferebatur causſa, de chriſtianis denique iam conclamatum erat, I LICET. At enimuero ANTONINVS, qua erat lenitate ac manſuetudine, iniuſtis hisce poſtulatis omni ſeſe virium obiiciebat conatu, data ad publica *Aſiae* comitia, quae tum *Epheſi* habebantur, epiſtola, luculenta eiusdem virtutis interprete. *l)* Qua publice praelecta, omnes concitati Romanorum pacabantur animi, totumque imperium romanum, quantumcumque erat, quod certe maximum erat, totum, inquam, pace fruebatur communi. Adeo auſpicata fuerunt *imperii* ANTONINI noſtri *initia*, atque ita ſe praeſtitit vterque AVGVSTVS, vt nemo tum esſet, qui lenitatem PII deſideraret. Atque hoc quidem eo magis mirum videri poterat, quum disiunctisſimis esſent, diuerſisſimisque ingeniis. M. etenim ANTONINVS ſibi ſemper conſtans ac modeſtus, et eius comitas non ſine ſeueritate erat, neque grauitas ſine facilitate; lenis erga alios, ſibimet aſper, pertinax in exſequendis iis, quae ſemel ceperat, conſiliis. At prius in animo ſecum verſabat omnia, accurateque ponderata conficiebat negotia, abiecta omni cunctatione, et nullo repentino, tamquam vento, impetu animi incitatus. Obtrectatores proſequebatur odio; pietatem ſine conficta adſcititiaque ſpecie colebat, cunctisque in rebus ita moderatum prae ſe ferebat animum, vt in neutram partem conſpici posſet. Rectae rationi parens, omnis expers ſimulationis; acerrimus ſui inſpector ac cenſor, in ſuis, quam alienis, exorabilior iniuriis. NOSTER ferebat leges, quae ſuum cuique tribuere iubebant, iura ciuitatis ſancta, vt erant, inuiolataque ducens. Cuncta ad rei publicae, nihil ad

 ſuam

l) Incomparabilem hanc epiſtolam ad poſteritatem transmiſit, praeter EVSEBIVM, H. E. *lib. IIII. cap. XIII.* IVSTINVS, ſub *apolog.* I. finem. Nos eam noluimus exſcribere, datam breuitatis exſoluturi fidem.

ſuam referebat vtilitatem,inuictum ſe a voluptate praeſtans,nec vmbras falſae conſectans gloriae, nec turpis lucelli ſordidus auceps. Vt rem in pauca conferam, ANTONINVS ad diuinum fatum ſe totum compoſuit, beneuolentiam pariter, ac iuſtitiam exhibuit cuique, mendacium denique nec dicebat ipſe, nec pati poterat. Contra vero ea L. VERVS harum virtutum minime colebat vllam: eo enim in vitiis erat excellentius nihil. Homo erat ſui prorſus impotens, et varius in omni genere vitae. Fratri autem,pro eo ac debuit,reuerentiam,gratumque animum teſtificaturus ille,facere non poterat,quin ei inſpectanti prauas ſuas animi inclinationes, primis quidem annis, occultaret. Verum vt difficile eſt, fractis repagulis, edomare vitia; ita princeps iſte ſibi relictus, vt deteriores omnes ſumus licentia,citatis gradibus, effuſisſimisque habenis in quoduis impietatis genus ruebat praeceps. Circa finem primi anni, ex quo imperare coeperat NOSTER, in lucem hanc editus eſt COMMODVS. Cuius incommoda futura ipſa iam natura videbatur praedicere. Etenim mater,cum vtroque filio praegnans, viſa eſt in ſomnis ſerpentes parere duos; ſed ex his vnum ferociorem. Ita cum COMMODO R. P. varia ſimul enaſcebantur incommoda. Primum, grauisſima Tiberis inundatio multa vrbis aedificia vexauit, plurima animalia interemit, atque famem peperit paene inauditam. At hisce malis MARCVS et VERVS ſua cura,praeſentique auxilio iuerunt obuiam. Deinde inundationem conſecuta ſunt, praeter vehementem terrae motum, variis in vrbibus incendia, et voracia, quae turbatum caelum progenuit, infecta. Denique vbiuis conflata ſunt bella. *Parthi* romanas inuaſerunt copias in *Armenia*, duce VOLOGESO rege,quibus perculſis, irruptione in Syriam facta, ipſum, qui Syriam tunc adminiſtrauit, ATTILIVM CORNELIANVM verterunt in fugam. Imminebat etiam a *Britannis* bellum, et *Catti* Germaniam, qua quidem Romanorum prouincia, et Rheno propior exſtitit,igni ferroque ſubiicere conabantur.

§. VII. Exulceratis hiſce temporibus aduerſus *Britannos* CALPVRNIVS AGRICOLA misſus eſt, contra *Cattos* AVFIDIVS VICTORINVS. LVCIVS autem VERVS,qui *Parthos* debellaret, conſentiente ſenatu, delectus, A. C. CLXII in viam ſe

ſe dedit. ANTONINVS ſine DEI numine, fraternaque voluntatum conſenſione, rem male geri ratus, ante illam expeditionem, et deſtinatum publicis precibus diem edixit, et concordiam LVCIO manu promiſit vtraque. Ipſe *Romae* remanſit, quod res vrbanae imperatoris praeſentiam poſtularent. Idcirco eum *Capuam* vsque deductum, amicis, qui eius in prouincia et comites et conſiliorum futuri participes esſent, ornauit, additis etiam MAGISTRIS. OFFICI. OMNIVM. Iſtic ab ANTONINI oculis remoto VERO amplus ſeſe aperuit campus, vbi eius adhuc occultata excurrerent vitia, prodirentque in lucem. Sic enim ſibi indulſit, vt breui tempore apud *Canuſium* in morbum grauem ac prope deſperatum incideret. Hac re MARCVS audita, quum vix *Romam* reuertisſet, ad VERVM videndum contendit, ſusceptis in ſenatu votis: quae *Romam* rediens, nulla interiecta mora, perſoluit. LVCIVS VERVS cum aduerſa valetudine poſtquam redierat in gratiam, in cunctis, quas peragrauit, terris disſolutae profligataeque vitae reliquit veſtigia: in primis, dum fuit in Syria, *Daphnen* iisdem repleuit. Quod autem in Italia Baiae, ad Alexandriam Canopus, id erat in *Syria* ſuburbium *Antiochiae, Daphne:* locus ita infamis voluptatibus, vt modeſtiores frugi illuc accedere prope vererentur. Erant ſane omnia ibi ad amoenitatem comparata: caelique aerisque temperamentum maximum: ſolum et natura et arte deliciis hominum luxurioſorum peraccommodatum. Verum illos homines rebus venereis ſupra, quam credere fas eſt, deditos, his quoque in rebus antecesſit LVCIVS. Interim duces *parthicum* confecerunt bellum, per STATIVM PRISCVM *Artaxatis* captis, a CASSIO, et Cappadociae praeſide, MARTIO VERO, rege VOLOGESO fugato, expugnata *Seleucia*, vrbibus, *Babylone* atque *Cteſiphonte*, incendio deletis direptisque, ac denique ipſa ſplendidisſima *Parthorum* arce ſolo aequata. Qua victoria aliena elatus VERVS, *Armeniorum* ac *Parthorum* victorem ſe citari iusſit, licet ipſe hoſtem vidisſet nullum, ſaepius adhuc a turpi voluptate deuictus. Eiusdem reportatae victoriae monimenta hodieque exſtant numismata argentea A. C. CLXIII cuſa, in quibus res illae proſpere geſtae diuino nutui, et imperantium

vindicantur concordiae. Exſtant etiam nummi A. C. CLXIIII cuſi, in quibus victae *Armeniae* repraeſentatur imago, eamque ob cauſſam ARMENIACVS appellatur ANTONINVS. Sed hic reportatas ex oriente victorias non tam VERI vitiis, quam ducum potius militumque tribuebat virtuti. Nec immerito. Quocirca et bellicam gloriam ſibi numquam ſoli arrogauit, ſed eam cum ducibus ac militibus communem habere voluit. Interim MARCVS, vir prudentiſſimus, nihil temere, nihil inconſiderate acturus, vitia fratris, quaſi neſciens, diſſimulabat, quod nollet, ſi quid eſſet pudoris in eo reſiduum, increpationibus ſuis id exhaurire. Vt vero ille foedis, quibus adhuc frena laxauerat, voluptatibus eo promtius ac paratius remitteret nuntium, LVCILLAM filiam ei dudum deſponſam, in matrimonium A. C. CLXV dedit. Hanc, tamquam cariſſimum pignus, ſorori ſuae, ANNIAE CORNIFICIAE, commiſſam *Brunduſium* vsque deduxit. Initio decreuerat imperator in Aſiam proficiſci, et filiam ſuam ad VERVM ipſe deducere, ſed mutauit conſilium, quum eum velle finiti belli gloriam ſibimet vindicare, atque idcirco in *Syriam* proficiſci, vt plebs eſt ad ſuſpicionem proclinis, per omnium volitaret ora. Quod quidem frigidae nimis ambitionis eſt, nedum cadat in hominem philoſophum, *alienae interuenire gloriae. m)* Ad vrbium praeſides ſcripſit, ne quis filiae ſororique occurreret, haud ignarus, ſi magnus hominum numerus, vt plerumque fit, conflueret, magna hinc exſiſtere ciuibus incommoda atque detrimenta. VERVS a vero alienum non eſſe ratus, MARCVM ſimul cum filia venturum, Epheſum ei obuiam iuit, verens, ne, quum in *Syriam* veniret MARCVS, flagitiorum ſuorum fama ad eius perueniret aures. At mox tamen cum principe ſua coniuge in *Antiochiam* reditum maturauit; vbi vero haec ipſa, quam a marito, ac FAVSTINA matre, ſuos non ſeiungeret mores, haud parum luculenter declarauit. Simul vt L. VERVS barbaros deuicerat, *Armeniaeque* gentibus nouum conſtituerat regem, ex tot, tamque grauibus procellis ad incolumitatem orientis peruenerunt prouinciae. Suam hac de re laetitiam teſtaturus S.P.Q.R. PARTHICVM et ARMENICVM vocauit ANTONINVM. Iam VERVS opportunum tempus

m) Qua dicendi ratione vſus eſt C. TACITVS, *hiſtor. lib. IIII. cap. vlt.*

tempus nactus,reuertebatur *Romam*, pariter cum fratre A. C. circiter CLXVII triumphaturus. Hoc tempore PATRIS PATRIAE nomen delatum eſt vtrique,addita etiam ciuica corona. Petiit LVCIVS, vt et filii MARCI *caeſares* appellarentur. Sed hic tanta erat moderatione,vt,quum ſimul triumphasſet, *Parthici* nomine repudiato, GERMANICVM ſe tantum vocaret: quod nomen ſibi proprio ſpecialique bello pepererat. Iſtam laetitiam interturbauit communis,idemque grauisſimus,luctus, VERO peſtilentiam ſecum ex *orientis* prouinciis *Romam* deferente. Neque haec calamitas erat ſola, ſed augebatur alia. Etenim A. C. CLXVIII *Germanis*, qui cis *Rhenum* habitabant, ſeditionem concitantibus, omnia bellis ardebant in *Italia*. Hisce dux praefuit PERTINAX ille, qui poſtea imperator deſignatus eſt, CL. POMPEIANO adiutore dato.

§. VIII. Sequente A.C. CLXVIIII nouum, idemque ſuperioribus omnibus periculorum plenius exarſit bellum. Etenim bellicoſisſimae *Germaniae* gentes, *Marcomanni* et *Quadi*, arma capientes, vniuerſum romanum imperium terrore replebant, ac metu: idque hoc magis, quod peſtis in omnes promiſcue,ac in ipſum ſaeuiisſet exercitum, hoſtibus adeo parem haud futurum. Hoc periculoſo tempore,vndique ſacerdotes *Romam* arcesſiuit ANTONINVS, peregrinos impleuit ritus,vrbemque omni genere luſtrauit. Celebrauit et romano ritu lectiſternia per ſeptem dies. Quin ISIDIS etiam,deae aegyptiae, reſtituit ſacra, quae,aede a TIBERIO dudum deleta,ſacerdotibusque occiſis, iam inde ab AVGVSTI aetate interdicta erant. Nimiarum mactatio victimarum huic vrbanorum hominum ioco praebuit occaſionem, vt dicerent, *boues, ſi victor rediret* MARCVS, *defuturos*. Nihil tum optatius accidisſet VERO,quam ſi *Romae* diutius effrenae ſuae indulgere libidini potuisſet. Sed ANTONINI auctoritate factum eſt, vt ambo imperatores ſimul profecti, *Aquileiam* vsque venisſent. Non procul hinc *Marcomannos* ex munimentis ſuis expulerunt. Cecidit FVRIVS VICTORINVS, atque pars ſui exercitus haud exigua. Quo facto, quum plerique reges vna cum populis ſuis ſe retraxisſent,et, auctoribus ſeditionum interfectis, legatos defectionis veniam poſtulatum miſisſent, LVCIVS, cui vrbanae voluptates magis

erant cordi, vlterius non pergendum, ſed *Romam* redeundum eſſe cenſuit. MARCVS autem vlterius tendendum putabat, quod ſimulate illa fieri a barbaris crederet, ne mole belli premerentur. Igitur vterque, inuitus licet alter, *Alpes*, A. C. CLXX. transgreſſi, fundebant ſeparatis temporibus hoſtes, et, paucis ſuorum amiſſis, reuertebantur. Reliquam hiemem *Aquileiae* exegiſſent, niſi peſtis ſaeuitia hinc reducendi copias iis impoſuiſſet neceſſitatem, cui parere prudentiae eſt. In hoc itinere VERVS apoplexia correptus, *Altini* diem obiit ſupremum. Eius corpus *Romam* deuehendum, ibidemque, ipſo diuo facto, quanta fieri potuit, pompa condendum curauit ANTONINVS. Hoc tempore variae de morte L. VERI diſſeminabantur opiniones: quas inter ea, quae ipſi eius vxori, LVCILLAE, pellicem FABIAM iniquo animo ferenti, cauſſam mortis adſignauit, ceteras veriſimilitudine vicit. MARCVS poſt L. VERI obitum in omnes eius propinquos eximia honoris ornamenta contulit, at honeſtae ab aula relegationis, quam meritorum praemiorum, nomine digniora. Hoc tempore nullum erat ad vexandos CHRISTI amicos opportunius. Quo maiores terrarum orbi calamitates incumbebant, eo magis horum augebatur calamitas. Moribus etenim et ſacris eorum deos irritatos eſſe, gentium clamitabat rabies. Quam minimis oborientibus aerumnis inuidiae ſacrificulorum gregis haec peruulgata vox erat: *negliguntur dii, atque in templis iam raritas ſumma eſt: iacent antiquae deriſui caerimoniae, et ſacrorum quondam veterum ritus religionum nouarum ſuperſtitionibus occiderunt. n)* Haec concitata plebs in SERVATORIS irruebat teſtes. Qui tot poenarum credebantur auctores, omnibus viciſſim ſuppliciis excruciabantur. POLYCARPVS, Smyrnaeorum epiſcopus, pro fide chriſtiana combuſtus, martyrum numerum auxit, atque ex huius combuſtione rerum in *Galliis* et *Aſia* chriſtianarum ita triſtis ac turbulenta exſtitit facies, vt vix vllo ſub imperatore calamitoſior. Hinc nata celeberrima illa LVGDVNENSIVM CHRISTIANORVM vexatio. *o)* Neque tamen mirum cuiquam videri debet,

n) Auctore ARNOBIO, *lib. I. adu. gentes p.* 16. *edit. Heraldi.*

o) Quae in *epiſtola Lugdunenſ.* apud EVSEBIVM, H. E. *lib. V. p.* 162. exhibetur. Atque *lugdunenſes* illos CHRISTI teſtes videtur petiiſſe MARCVS *lib.* XI. §. III.

bet, cur tantae manſuetudinis ac clementiae imperator haec talia fieri pasſus ſit. Clementisſimus etenim imperator inconſulta quadam indulgentia ductus, non nimis ſedulum in cohibendis praeſidum veſanaeque plebis inſultibus ſeſe praebebat, ne maius oriretur malum. Nec ſatis cautus idem, praeceptorumque, quae ex educatore hauſerat, immemor, *p*) temere delatoribus chriſtianorum fidem habebat. Quandoquidem conficta a pesſimis mortalium crimina, et CHRISTI ſectatoribus obiecta, iniquisſimum eius peperere edictum, quo in capitis iudicium vocari iubebantur *lugdunenſes* diſciplinae chriſtianae alumni. *q*) Ex quo ſequitur, non chriſtianis, vt chriſtianis, infeſtum fuisſe mitisſimi virum ingenii MARCVM, ſed vt infandorum criminum penes ſe inſimulatis. *r*) Erat is denique deorum addictus cultui, ſummeque ſuperſtitioſus. *s*) Ante exactum luctus legitimi

III. vbi *chriſtianis* morientibus *ψιλὴν παράταξιν*, *meram obſtinationem*, exprobrat. Extra omnem dubitationem hoc collocauit venerabilis Helmſtadienſium hodie abbas, IOAN. LAVR. MOSHEMIVS, in *obſeruation. ſacris, cap. III. p. m.* 136. *ſeqq. edit. Amſtel.* Verum is ad A. C. CLXXVII mala chriſtianis gallis illata pertinere, rationibus euidentibus euicit *ibidem.* Quo tempore et *legationem* ATHENAGORAM pro chriſtianis obiisſe, ſeparata tractatione docuit, *l. c. cap. IIII. p.* 193. *ſeqq.* Dignisſima iure ac merito vtraque eſt tractatio, quae accurate perlegatur, quum ANTONINI vita multum inde capiat lucis.

p) *Lib.* I. §. VI. didicisſe ſe ab eo, ipſe ait *τὸ ἀπολύπραγμον καὶ τὸ δυσπρόσδεκτον διαβολῆς.*

q) Vid. *epiſt. lugdun. l. c.*

r) Verba valent vt nummi. Atque quum ſecundum philoſophorum doctrinam, *ideae* dentur *relatiuae*, non mirum eſt, quod et vocabulis nonnullis illae adligentur. In hunc cenſum venit vox CHRISTIANVS, cui hominis oedipodeo inceſtu, et thyeſteis epulis contaminati olim indita erat notio. Hinc lucem accipit tabula ATTALO ad ſupplicium ducendo praelata, et hisce notata verbis: HIC. EST. ATTALVS. CHRISTIANVS. Vide, quae hac de re notat FRANCISCVS BALDVINVS ATREBATIVS, ICtus, in *comment.* ad PLINII *epiſt.* CXVII. p. 745. ed. a IO. VEENHVSIO curatae. Is tamen operam ludit, quod ob ſolum nomen *chriſtianos* necatos esſe contendit, aeque ac THEODORVS RVINARTVS, *praef. ad act. martyr. ſect.* II. §. XXXVIII. p. 42.

s) Ipſe AMMIANVS MARCELLINVS, qui magnis ANTONINVM alioqui laudibus in caelum effert, *ſuperſtitioſum eum magis, quam ſacrorum legitimum obſeruatorem fuisſe,* fatetur, *hiſtor. lib. XXV. c. IIII. p.* 427. Rem dubio carere, multa docent, quae hactenus retulimus, argumenta. Num, exempli gratia, philoſophum, intelligentemque virum decuerit, diuinis plane honoribus praeceptores poſt fata proſequi, eosque *aditu, hoſtibus, floribus*, religioſisſime colere, magnopere dubito. At hoc tamen de MARCO

 memoriae

mi annum, LVCILLAM ſuam, demortui VERI viduam, CL. POMPEIANO, qui egregiis exſplendeſcebat virtutibus, dedit, et hunc COSS. exhibent faſti. Is quum haud ſatis nobilis esſet, displicuit et FAVSTINAE matri, et ipſi nubenti LVCILLAE, quae tamen mox aliam induit mentem, putans, ſe principi marito, velut demisſo ad ſeruile obſequium cubiculario, imperaturam. Poſthac ad expeditionem aduerſus *Marcomannos* alteram ſe accinxit ANTONINVS, vel, ſi mauis, eamdem iam ante LVCII mortem, et cum ipſo LVCIO ſusceptam, ſecuta vero eius morte derelictam, reſumſit. Iſti populi, ſi vmquam, hoc certe tempore ſe efferebant, *Quadis*, *Sarmatis*, et *Vandalis* ſociis confiſi. His autem omnibus A. C. CLXXI *Panonias* liberauit imperator. Interea dum hoc bellum geritur, *Aethiopes* in *Aegyptum* irruunt, bucolicis huius regionis militibus, qui praedonum habebantur numero, aucti. Atque hi *Alexandriam* haud dubie expugnauisſent, niſi per AVIDIVM CASSIVM, ex *Aſia* reuocatum, esſent retuſi. Nec meliora in *Hiſpania* Aethiopes experti ſunt fata. Tunc ANTONINVS, rebus in ſeptemtrione compoſitis, *Romam* reuertit, vſitata gubernatae per X annos iam reip. exſoluturus vota. Ibi iuſtitiae, cuius amore flagrabat, ſigna dedit multa. Praetorem tutelarem primus fecit, quum antea tutores a COSS. darentur. De curatoribus vero, quum ante non niſi ex *lege Laetoria* vel propter laſciuiam vel dementiae causſa darentur, ita ſtatuit, vt omnes adulti curatores acciperent. Origenes ciuium in acta retulit publica, litibus disceptandis certum diem dixit, et conſanguineorum mutua vetuit matrimonia. Cauit et ſumtibus publicis, ſpectacula gladiatoria temperauit. Vias etiam vrbis atque itinerum diligentisſime curauit, et antiquatas leges omni renouauit ſtudio. S. R. quouis macta-

memoriae prodidit IVL. CAPITOL. in *vita eius*. Euolu. PHILOSTRATVS in *vit. ſoph. lib. II. p.* 561. et legantur cum cura G. OLEARII viri in hac academia quondam ſummi adnotata. Niſi coniectura fallimur, ſuperſtitionem MARCI noſtri confirmat fragmentum Romae, in aede S. Agathae, tabulae inſcriptum marmoreae, quod debemus GRVTERI *theſauro inſcript. p.* 84.

SERAPIDI DEO - - - -
M. AVRELIVS ANTONINV - - -
IFEX MAX. TRIBVNIC. POTE - - -
AEDEM.

Aliter hic ſentienti diem nos haud dicturos, vtraque promittimus manu.

mactauit honore, quibus inter ſenatores quam maxime anguſta res domi fuit eos, *tribunos* et *aediles* delegit. Cauſſas capitis ipſe cognitas ad S. retulit, P. Q. R. ab iis prorſus abesſe iusſit. Conciones ſenatus ſua praeſentia ornauit plerasque omnes, multis vrbibus ſingulares praefecit *praeſides*, resque vel minimas curae ſuae habuit commendatas. Pauperes mortuos, qui, vnde efferrentur, non reliquisſent, publico ſumtu iusſit efferri. Mores matronarum et iuuenum nobilium diffluentes compoſuit, FAVSTINAE fortasſis ſuae occulta hac ratione emendaturus vitia. Sederi in ciuitatibus vetuit, HADRIANI exemplo, in equis ſiue vehiculis, quorum vſuram CAESAR et AVGVSTVS, reportatis victoriis, ſibi iure quodam ſuo vindicauerant. Salaria otioſis, deque re publica non bene merentibus ſubtraxit. Qua quidem in re a patre, ANTONINO PIO, ſuam minime ſeiunxit ſententiam, qui, *nihil esſe ſordidius, immo crudelius, quam ſi remp. ii arroderent, qui nihil in eam ſuo labore conferrent*, dicere ſolitus eſt. *t*) Nemini inopi ſuis defuit opibus, reorum cauſſas ſumma aequitate ab ipſis *praetoribus* cognoſci voluit, recteque ſibi perſuaſit, interesſe dignitatis reorum, vt ab eo audirentur, qui pro populo iudicaret. A *poenis* aut plane ſe abſtinuit, aut non niſi eas exegit, quibus *reip. ſecuritati, ciuium exemplo, ipſius plectendi emendationi*, ac denique *valori* et *auctoritati legum* conſuleretur. *u*) Quum tanti faceret MARCVS *philoſophiam*, eius ad exemplum totus componebatur orbis. Neque adeo dubium eſt, multos illa tempeſtate exſtitisſe, qui tota animi contentione philoſophiae ſtudio ſe teneri fingerent, ad gratiam ſcilicet, et fauorem promerendum. Idcirco prudentisſimus imperator mera mendicabula, et inutiles, qui nihil philoſophorum, praeter barbam et pallium, adhuc oſtentauerant, homines, *x*) ſtipendiis ſalariisque priuabat, reque ſapientes meritis

t) IVL. CAPITOLINVS in *vita* PII, *cap. VII.*

u) Vide, ſi lubet, disſertationem philoſophicam *de finibus poenarum ciuilium*, hic Lipſiae, A. CIↃ IↃCC XXV a me habitam, quae ex iuris prudentia naturali hac de re conſcripta eſt.

x) Eiusmodi homines EPICTETVS apud GELLIVM, XVII, 19. ſcite vocat philoſophos *ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν.* PACVVII circumfertur verſus, quem MACEDO philoſophus, prae foribus omnium templorum ſcribi debere cenſebat: *ego odi homines ignaua opera, philoſopha ſententia.* Ac

meritis proſequebatur praemiis. Litium patronis dedit locum ac veniam omnia in medium adferendi, quaecumque cauſſae ſuae ornandae cenſerent intereſſe. In cauſſis maximis ac minimis cognoſcendis aeque multus fuit, ius dixit adſidue, et ſaepe ad ſeram vsque noctem, neque vmquam receſſit de curia, niſi quum conſul vſitata formula: NIHIL VOS MORAMVR P.C. dixiſſet. Idque hoc magis mirum eſt, quod is tenuiſſimae valetudinis vir erat. Optimas horas male collocare nefas putabat, cauebatque adeo, ne perderet irreparabile tempus. In circenſium quoque ſpectacula numquam iuit, quin aut legeret aliquid, aut ſubſcriberet. Breuiter, MARCVS nullo tempore minus otioſum, quam dum fuit otioſus, ſeſe praebuit.

§. VIIII. Atque ſucciſiuis eiusmodi horis debemus commentarios ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ, qui iam denuo cum erudito communicantur orbe. *y*) Illi non vno tempore, vnaque ſerie, ſi primum

ſane vbiuis gentium vberrima ſeges eiusmodi philoſophorum hodieque efflorescit, quos SENECA de *breuit. vitae cap. X. cathedrarios* vocat, quia verbis atque in cathedra, non re et facto in vita philoſophantur.

y) Eſt haec noua editio, ad *exemplar oxonienſe*, quod e *theatro ſcheldoniano*, A. CIϽ IϽCC IIII prodiit, omni ex parte adornata. ANTONINI *textus* exhibetur, prout editus a GATAKERO, cuius et *diſtinctio* in *ſectiones* ſeruatur, vt et eiusdem *verſio*, licet interdum paulliſper immutata. Vides hic etiam et *notas* ex GATAKERO, et aliis, excerptas, quas auctor oxonienſis editionis, qui ſub litteris R. I. in praemiſſa dedicatione latere voluit, *propriis* auxit, nec is *variantes lectiones*, virorumque doctorum *coniecturas* neglexit. Intereſt noſtra, *hiſtoriam variarum editionum* breuiter recenſere, deque MARCI *ſtilo* vel tribus dicere verbis. *Prima* eſt XYLANDRI, *Tiguri* CIϽ IϽ LVIII, vna cum *latina verſione breuibusque notis*, exhibita luci. Eadem iterum *Baſileae*, CIϽ IϽ LXVIII prodiit. Vtrique pretium non adeo magnum docti ſtatuerunt viri. *Alter* editor fuit *adnotator* quidam *lugdunenſis*, CIϽ IϽ C XXVI. Is vero inuita ſeripſit Minerua. Melius de MARCO meritus eſt *tertius editor*, MERICVS CASAVBONVS, I. F. qui eum cum *latina verſione* et *notis eruditis*, nec non *anglicana translatione*, *Londini* CIϽ IϽC XLIII edidit. CASAVBONVM *quarto loco* ſecutus eſt TH. GATAKERVS, qui noſtrum ſcriptorem *noua verſione* a ſe donatum *Cantabrigiae*, CIϽ IϽCLII in lucem prodire iuſſit, vna cum erudito, ſed longo nimis, commentario, cui et inſeruit notas et emendationes nonnullas, a SALMASIO, BOOTIO, et PATRICIO IVNIO ſecum communicatas. *Oxoniae* etiam editus eſt ANTONINVS e *theatro ſcheldoniano*, CIϽ IϽCLXXX, typis elegantibus et nitidis. GATAKERI editio *iterum Londini*, CIϽ IϽC XCVII cura STANHOPII, vt et *tertia vice*, ſimul cum ceteris eius operibus criticis, *Traiecti ad Rhenum*, CIϽ IϽC XCVIII prodiit. Has editiones contulit editor, quem paullo ante laudauimus, oxonienſis, in MARCI libris CIϽ IϽCC IIII exhibendis. Nitidiſſimam omnium GATAKERI operum

ſi primum forte librum excipias, in litteras relati eſſe videntur. Meditationes variae ſunt, diuerſis temporibus, vt res et occaſio tulit, in *aduerſa*, ex temporali paene opera coniectae. Occurrentium nimirum rerum contemplationi philoſophicae deditus imperator, ſiue domi, ſiue militiae ageret, quae meditanti ſuccurrebant, chartis mandabat. Vnde varia ipſi nata ſunt, quae ad animum in contemtu breuis aeui confirmandum, dubiosque vitae caſus praeſenti virilique animo perferendos pertinebant. Quae quidem poſt fata demum eius ab aliis luci et immortalitati vindicata ſunt. Ac nimis comtus liber videtur *primus*, quippe qui reliquos et continuo rerum ordine et aliis antecellit, quam vt inter perpetuos bellorum tumultus, imminentiumque hoſtium minas, ab occupatisſimo imperatore perfici potuerit. Iſtud quidem dubio caret, intra illud tempus, quo romanis rebus praefuit, hos libros exaratos eſſe. Euidentisſimum deinde, ſub auſpicium primae in *Marcomannos* expeditionis, initium repetendum. *Liber* vero *ſecundus*, vt ipſemet in fine primi teſtatur, *in Quadis apud Granuam* litteris mandatus eſt: *tertius* vero *Carnunti*, vbi, teſtibus P. OROSIO et EVTROPIO, toto haeſit triennio. Ad has, quas ſcripſit, regulas, vitam ipſe conformauit ANTONINVS. Semper cum optimatibus, non ſolum bellicas res, ſed etiam ciuiles, priusquam faceret aliquid, contulit. Quidquid promiſit, religioſe praeſtitit. Vrbium ac prouinciarum praeſides non temere abrogauit, niſi cum remisſiores in officio viderentur. Explorans ſubinde populi de ſe opinionem, vt, quae deſiderarentur, emendaret, omni elaborauit opera. At male loquentium dictis, vel litteris vel ſermone reſpondebat. Res erat imperatore ac philoſopho noſtro valde digna, non committere, vt ſibi templa et arae exſtruerentur. Virtus enim praeſidiis ſic abundat propriis, vt ementitis ac quaeſitis

operum criticorum, adeoque et ANTONINI, editionem in maxima forma curauit theologus leidenſis HERMANNVS WITSIVS. Ad *ſtilum* MARCI noſtri quod attinet, is eſt *breuior* ac *obſcurior*. Voces quum ſint ex Stoicorum diſciplina petitae, nemo has intelligit, niſi qui ſectae ſtoicae decreta cognita perſpectaque habet. Atque huic rei inſeruit egregie *introductio in philoſophiam ſtoicam*, qua celeberrimus IO. FRANC. BVDDEVS hanc nouam et ornauit et auxit editionem. Ceterum *epiſtolae* quoque *nonnullae*, MARCI nomen praeferentes, vt et quaedam aliorum ad eum datae, accedunt, quae in *oxonienſi* etiam *exemplari* habentur.

ſitis aliunde non indigeat. Delationes, quibus fiſcus augeretur, contemſit, atque in eos, qui vltra vectigalia quidquam ab alio exegisſent, ſeuere animaduertit.

§. X. Iam ea incidebant tempora, quibus a *Marcomannis* hoc maius periculum metuendum erat, quod gentes omnes ab *Illyrici* limite vsque in Galliam ad ſuas pertraxerant partes. Quapropter imperator omnes armauit gladiatores, et latrones *Dalmatiae* atque *Dardaniae* milites fecit. Ac ne prouincialibus moleſtiam crearet, in foro DIVI TRAIANI, quasuis res aulicas, veſtes, pocula, vaſa aurea et argentea, pictasque a peritisſimis artificibus imagines, publica auctionis lege vendidit, A. C. circiter CLXXII. Duo menſes erant ipſi, qui huic tribuebantur rei, tantumque auri comparatum, vt reliquias belli *marcomannici* ex ſententia perſecutus, poſtea dederit poteſtatem emtoribus, vt, ſi quis vellet emta reddere, pretium, quod dedisſet, reciperet. Nulli vero ſe moleſtum exhibuit, qui maluit ſemel emta retinere. Sub ipſis profectionis diebus grauisſimum accepit vulnus, morte filii, ſeptennis VERI CAESARIS, qui intempeſtiua tuberis ſectione interierat. Hanc mortem ea tulit fortitudine animi MARCVS, vt alios erigere tentaret adloquio ſuo, etiam medicos, qui ob artis ſuae minus felicem ſucceſſum lugebant. Et quia ludi IOVIS O. M. tunc erant, interpellari eos publico luctu noluit: iusſitque, vt ſtatuae tantummodo filio mortuo decernerentur, isque dignus haberetur, cuius nomen ſaliari carmine caneretur. Ipſe deſtinatam exſecuturus expeditionem, hoſtes in ipſo transitu *Danubii* deleuit. Romani milites A. C. CLXXIII nimia victoriae ſpe concitati, dici non poteſt, quam incredibili *Quados* perſequerentur ardore. Ruunt in ſicca loca opinione celerius, opacis ſiluis, ac montium iugis ſe incluſos vident. *Quadi* ex compoſito pugnam detrectant, quod absque proelio Romanos in poteſtatem venturos ſperant, aeſtu ſitique confectos et vndique concluſos, locis opportunis omnibus a ſe occupatis, ne aquari posſint. Rebus omnibus in ſummum iam diſcrimen adductis, romana legio largisſimo imbre recreatur. Aeternum facti huius monimentum columna eſt ANTONINA. Hunc imbrem precibus ſuis chriſtiani, qui in romanis copiis tum temporis militabant, idolorum

vero

vero cultores IOVI pluuio aut magicis carminibus attribuebant. z) Eadem pluuia quum hoſtes ita perterrerentur, vt paullo poſt terga vertentes, victas Romanis manus porrigerent, ſunt qui putant, eam legionem propter fulmen atque nimbos, ΚΕΡΑΥΝΟΒΟΛΟΝ ſeu FVLMINATRICEM appellatam eſſe. Perperam vtique. a)

§. XI. Rebus ita proſpere geſtis, b) A. C. CLXXIIII ad fluuium *Granuam*, qui *Quados* a *Sarmatis* ſeparat, exercitum admouit imperator. Intra hunc enim, et quemdam alium, qui non procul inde aberat, caſtra locauerant *Sarmatae*. Hinc is etiam victricia tulit arma, populos hos non vna vice fuſos tandem plane confecit, propugnacula eorum deiecit. Quo facto, hiematum conceſſit *Syrmium*. Eodem adhuc anno, poſt hanc victoriam, ouans ille ingresſus eſt vrbem. c) Sed non diu ibi ſubſtitit. Ineunte etenim vere, A. C. CLXXV *Danubium* denuo traiecit, hoſtesque rebus ſuis ſecundis eo perduxit, vt, ſpe vincendi abiecta omni, obſidibus miſſis, pacem peterent. Tunc reges, qui ſe dedituri erant, in ſuam recepit tutelam. Voluit *Marcomanniam* prouinciam, voluit etiam *Sarmatiam* facere: et feciſſet, niſi A. CASSIVS rebellaſſet ſub eodem in *Syria*, qui imperatorem ſe appellauit, FAVSTINA, vt nonnulli tradunt, volente, quae de mariti valetudine deſperaret. Vtut haec ſeſe habeant, ANTONINI mortem ementitus CASSIVS, imperatorem ſe delectum eſſe, nemini non vt perſuaderet, intentatum reliquit nihil. Sed MARTIVS VERVS, qui in *Cappadocia* dux belli fuit, id quod CASSIVS eo tempore voluit ſaxum, ANTONINO nuntiauit. Qui verens, ne COMMODVM filium ſuum ad ſuas partes pertraheret, hunc *Roma* ad ſe vocauit. Hac re militibus ac romano ſenatui nuntiata, CASSIVS hoſtis patriae eſt iudicatus, bonaque eius praeſcripta per aerarium publicum. Intra hoc temporis interuallum COMMODVS in caſtra non incommode veniens, mox *tribunitiam* nactus eſt poteſtatem. Imperator iter omni parat cura, Italiam petit, ſuos vna cum FAVSTINA liberos hinc deducturus. In via ex monte *Albo* dedit hac de re epiſtolam ad vxorem: quae, licet aduentum ſe maturaturam ſpopondiſſet, in ſeque recepiſſet, ob inopinatum tamen filiae morbum promiſſis ſtare non potuit, Romaeque adeo remanſit inuita. Callidiſſimus CASSIVS, iniqua incepta maturanda eſſe haud ignarus, nulli pepercit labori, vt Graeciam ſibi adiungeret, per haſce terras viam in Italiam penetrandi paraturus. Qua in re HE-

z) Vtrum narrationi huic fides ſit maxima, viri pugnant eruditi, lisque nondum deſiit ſub iudice eſſe. HERM WITSIVS prae reliquis magno ingenio, doctrinaeque apparatu, veterum pro ſententia dimicat, pluuiamque illam miraculum fuiſſe, adſumens, precibus eam chriſtianorum deberi, non dubitanter adfirmat. Contra vero LARROQVANVS non minori ſtudio contrariam exornat defenſionem. Sed vti factum ipſum in dubium a nemine vocari debet, ita, quo pacto ea in re, certa ab incertis, vera a falſis caute ſint diſcernenda, erudite docuit IO LAVR. MOSHEMIVS, vir mihi ſemper cum cura dicendus, *inſtitut. hiſtor. eccleſ. nou. teſtam. ſaec. II. part. I. c. I.* §. *VII. ſeqq.*

a) Cognomen etenim hoc, id quod extra controuerſiam viri eruditi collocarunt, AVGVSTI iam aetate vſitatum fuiſſe, pauci neſciunt.

b) Poſt illam de *Quadis* inſignem victoriam MARCVS noſter IMPERATOR VII ſalutatus eſt: FAVSTINA vero, MATER CASTRORVM. Conf. IS. CASAVBONVS ad IVL. CAPITOLINI *vitam Antonini* c. XXVI.

c) Dubitare neminem non hac de re vetat nummus hoc anno cuſus, in quo minor ille triumphus exhibetur.

reſtituendae caperet conſilium. Hoc erat praemium fidei, qua huius vrbis ciues, fuerunt ſingulari. In *parthico* enim tumultu, quum ATIDIVS CORNELIANVS fuſus esſet, hinc inde disperſos romanos exceperant milites. Ob eiusmodi liberalitatis, animique ab auri ſacra fame alienisſimi, teſtimonia, quae plurima edidit, A. C. CLXXVII romanus populus nummum luci expoſuit publicae, cum hac inſcriptione: M. ANTONINVS. AVG. GERM. SARM. TRIB. POT. XXXI. IMP. VIII. COS. III. P. P. In altera parte imperator repraeſentatur, manu dextra facem tenens, ad cremanda, vt videtur, obaeratorum ciuium chirographa: id quod ſuperiori anno acciderat. Ex ſiniſtra vero manu cornu pendet copiae, additis verbis: PAX. AVG. Idem primus fuit, qui LIBERTATI deae extſtruxit aedem. Fidem deeoxerunt, qui tradunt, eum, liberis nouercam non relicturum, pellicem habuisſe. Nec vero FABIAM, vt ipſa quidem optauit, in matrimonium duxit.

§. XIIII. Reliquum eſt, vt ea, quae ad A. C. CLXXVIII, CLXXIX et CLXXX, ANTONINO imperatore, geſta ſunt, commemoremus. Nondum biennio tranquille exacto, *Scythae*, vna cum aliis ſeptemtrionis populis, ad nouam expeditionem prouocarunt eum. Interim COMMODO ſuo, BRVTII PRAESENTIS, viri conſularis, filiam, CRISPINAM, iunxit. Nuptiis celebratis, in templum BELLONAE intrauit, iacturus haſtam. Tum initio *menſis augusti*, comite filio, duce PATERNO, proelium commiſit, ac discesſit victor. Tandem *Viennae Auſtriae*, vel, vt alii volunt, *Syrmii*, in grauisſimum incidit morbum; quare riſit, vt ſemper, res humanas, mortem generoſo animo exſpectans. Nec tamen leuiter ſub vitae exitum, perditisſimis ac belluinis prope moribus filius eius, ac in imperio ſucceſſor, COMMODVS, animum ſauciauit. Hic enim adeo a rationibus patris ac praeceptis deflectebat, vt vir prudentisſimus, ſe defuncto, cuncta in deterius ruitura esſe, ſine negotio perſpiceret. Id quod IVLIVS CAPITOLINVS ſcriptum reliquit. *Fertur*, ait, *illum mori voluisſe, quum filium talem videret futurum, qualis exſtitit poſt eius mortem, ne, vt ipſe dicebat, ſimilis* NERONI, CALIGVLAE, et DOMITIANO *esſet*. Atque huius optati ſui particeps factus eſt. Etenim M. A. ANTONINVS noſter, incomparabilis imperator ac philoſophus, qui virtutes naturales ad miraculum vsque coluit, q) anno aetatis LX, poſtquam communiter cum fratre ſuo, nouem et decem annos ſolus imperauerat, PRID. NON. MART. A. C. CLXXX diem obiit ſupremum. EXPLICIT. FELICITER. In Academia Lipſienſi, IDIBVS MART. A. R. G. CIↃ IↃ CC XXVIIII.

q) Quaenam vero inter *naturales ethnicorum*, et *ſupernaturales chriſtianorum virtutes* intercedat differentia, praeclare oſtendit auctor doctisſimus, cui nomen ESPRIT, in libro gallice inſcripto: *la fausſeté des vertus humaines*, Amſtelodami CIↃ IↃ CC IX recuſo. In primis legi meretur *praefatio*, vbi rem in compendio exhibet, tum vero in ipſa tractatione per virtutum plerarumque omnium exempla iuit auctor. Facere non posſum, quin optimum, quod ſtudioſae iuentuti CASPAR BARTHIVS dedit, hic adducam conſilium: *iubeo*, ait, *conſideres, et quotidiano vſu teras, demum et ediſcas eclogas librorum Marci Antonini imperatoris, quas, ſecundum chriſtianam doctrinam, nequaquam vmquam ſatis laudari posſe adſero.* Vid. EIVSD. *aduerſaria, lib.* XLIX. *p.* 2283. Ibidem MARCI noſtri *lib. I cap. I.* ciuitate latina donauit, et eruditis animaduerſionibus illuſtrauit, *lib.* LI. *p.* 2411. *ſeqq.*

TESTI-

TESTIMONIA
DE
MARCO AVR. ANTONINO
IMPERATORE.

Suidas in Μάρκος.

ΜΑΡΚΟΣ βασιλεὺς Ῥωμαίων· ὃν ἐκπλήττεσθαι σιωπῇ μᾶλλον, ἢ ἐπαινεῖν ῥᾴδιον, οὐδενὸς λόγου ταῖς τοῦ ἀνδρὸς ἀρεταῖς ἐξισουμένου. ἐκ πρώτης γὰρ ἤδη τῆς ἡλικίας, εὐσταθῆ τε καὶ ἡσύχιον βίον ὑποστησάμενος, οὔτε κατὰ δέος, οὔτε καθ᾽ ἡδονὴν τραπεὶς τὸ πρόσωπον ὤφθη πώποτε. ἐπαινεῖ δὲ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς. καὶ ἦν ἄρα ἐκείνων μιμητὴς, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν διαιτημάτων ἐπιτήδευσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν μαθημάτων σύλληψιν. οὕτω γοῦν ἐκ νέας κομιδῇ τῆς ἡλικίας διέλαμπεν, ὡς πολλάκις τὸν Ἀδριανὸν ἐπὶ τοῦτον ἐθελῆσαι τὸν τῆς βασιλείας ἀγαγεῖν κλῆρον. ἐπεὶ δὲ ἔφθασε τὸν Εὐσεβῆ πρότερον κατὰ νόμον ποιησάμενος, ἐκείνῳ μὲν τὴν αὐτοῦ διαδοχὴν ἐφύλαξε. τοῦτον δὲ συνοικεῖν ἔγνω διὰ τῆς ἐπιγαμίας τῷ Εὐσεβεῖ, ὡς ἂν κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν εἰς τὴν ἡγε-

MARCVM regem Romanorum ſilentio admirari, quam pro dignitate laudare facilius eſt: quum nulla eius virtutes conſequi et verbis exprimere eloquentia poſſit. Ab ineunte enim ætate mox vitam tranquillam ſtabilemque adeo ſibi inſtituit, vt numquam vel timore vel voluptate vultum mutasſe viſus ſit. Stoicos præ ceteris Philoſophos laudabat, eosque non viuendi tantum genere, ſed etiam doctrinæ opinionumque ſtudio ſectabatur. Tam luculentum autem eius admodum adoleſcentis adhuc ingenium fuit, ut ſæpenumero Adrianus de transferenda in ipſum imperii ſucceſſione cogitauerit. Sed quum Pium iam antea ſibi legitime adoptasſet, ſuam illi ſucceſſionem ſeruauit: Marcum vero adfinem ei et familiarem eſſe voluit, vt ita generis ſucceſſione ad imperium perveniret.

Vixit

Vixit autem Marcus priuatus adhuc adeo modeſte, vt nemini popularium Romæ ſe anteferret, nec adoptatione generis ingenium mutaret. Et ad imperium euectus, quum omnia iam ſolus gubernaret, et ſumma meraque poteſtate frueretur, nullum vmquam arrogantiæ ſignum edidit. ſed et beneficiis collocandis liberalis ac copioſus fuit: et in gentium ac prouinciarum gubernatione bonus ac moderatus.

μονίαν παρέλθοι. τόν τε γοῦν ἰδιώτην βίον ἐν ἰσηγορίᾳ τοῖς πολλοῖς Ῥωμαίοις ἔζω, οὐδὲν τῇ ἐσποιήσει τοῦ γένους ἀλλοιωθείς· καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, κατὰ μοναρχίαν ἐξηγέμενος, καὶ τὴν ἄκραν δυναστείαν καρπούμενος, πρὸς οὐδεμίαν ἀλαζονείαν ὑπήχθη πώποτε. ἀλλὰ ἦν ἐλεύθερος καὶ δαψιλὴς ἐν τοῖς εὐεργετήμασιν· ἀγαθὸς δὲ καὶ μέτριος ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν διοικήσεσι.

Herodianus hiſtor. l. 1.

IMperator Marcus filias quidem ſuſcepit complures, mares autem duos. Horum alter natu minor, adoleſcentulus admodum, fato eſt functus. Verisſimo nomen fuit. Alterum vero Commodum nomine, magna diligentia, curaque pater educauit, accitis vndique viris doctrina claris, maximaque propoſita mercede, vti mores pro ſe quisque filii ingeniumque excolerent. Filias porro, quum adoleuisſent, optimis ex ordine ſenatorio viris collocauit. Neque enim, qui longam generis ſeriem præferrent, aut qui opes nimias oſtentarent, ſed qui morum

ΤΩ βασιλεύοντι Μάρκῳ θυγατέρες μὲν ἐγένοντο πλείους, ἄῤῥενες δὲ δύο. τῶν δὲ ἀῤῥένων τούτων ὁ μὲν ἕτερος κομιδῇ νέος τὸν βίον μετήλλαξε. Βηρίσσιμος δ᾽ ἦν ὄνομα αὐτῷ. τὸν δὲ περιόντα Κόμμοδον καλούμενον, ὁ πατὴρ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἀνεθρέψατο, πάντοθεν τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν, ὅπως συνόντες ἀεὶ παιδεύοιεν αὐτῷ τὸν υἱόν. τάς τε θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι, τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς ἀρίστοις· οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς

λαῖς

λαῖς λαμπροὺς, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον, καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτῷ γενέσθαι θέλων. ταῦτα γὰρ μόνα ψυχῆς ἴδια, καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα.

β΄. Ἀρετῆς δὲ πάσης ἔμελεν αὐτῷ· λόγων τε ἀρχαιότητος ἦν ἐραστὴς, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ἀπολείπεσθαι. δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ, ἢ γραφέντα.

γ΄. Παρεῖχε δὲ καὶ τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐπιεικῆ καὶ μέτριον βασιλέα· τούς τε προσιόντας δεξιούμενος, κωλύων τε τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους ἀποσοβεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σέμνῳ δ᾽ ἤθει, καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιστώσατο. πολύ τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἤνεγκεν ἡ τῶν ἐκείνου καιρῶν φορά. φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον, ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν.

probitate atque modeſtia, vitæque innocentia præcellerent, eos ſibi generos deligendos putabat. Hæc enim ſola animi bona certa eſſe ſtabiliaque ducebat.

II. Virtutem nullam non magnopere exercuit, adeo litterarum antiquitatis ſtudioſus, vt nemini ſit in eo genere Græcorum Romanorumque ſecundus. Argumenta ſunt permulta, quæ ab illo dicta atque conſcripta ad nos vsque peruenerunt.

III. Adeo vero ciuilem ſeſe et commodum omnibus principem præſtabat, vt adeuntium cuiuis dextram placide daret, neminemque a ſuis cuſtodibus prohiberi aditu pateretur: ſolusque Imperatorum ſapientiæ ſtudium non verbis aut decretorum ſcientia, ſed grauitate morum, vitæque continentia vſurpauit. Quo factum eſt, vt magnum ſapientium virorum prouentum ætas illa extulerit. Solent enim plerumque homines vitam principis æmulari.

Dio Caſſius hiſt. Rom. l. 71. ex Ioan. Xiphilini epitome.

ITaque Marcus inter omnes, qui cum aliqua potentia fuerunt, optime adminiſtrato imperio, ſic deceſſit. multis enim et aliis virtutibus praeditus fuit, ſed praeſertim beneficentia. Nam ipſe quidem ab omnibus peccatis abſtinebat, quum nec ſponte, nec imprudens delinqueret, ſed etiam aliorum peccata, et maxime vxoris ferebat, nec curioſe inquirebat, nec puniebat. ſi quis autem boni quid faceret, eum laudabat, et ad illud illo vtebatur, ceteros vero non curabat. Ac quidem nihil ſimulate, ſed omnia ex virtutis praeſcripto egiſſe perſpicuum eſſe poteſt ex eo, quod quum octo et quinquaginta annos, menſesque decem, ac dies viginti duos vixerit, in iisque ſub Antonino patre diu ſocius imperii fuerit, ipſeque decem ac nouem annos et dies vndecim regnauerit; tamen ſui ſimilis in omnibus, nec vlla vmquam in re mutatus fuit. Itaque vere fuit vir bonus, nec quidquam ſimulatum habuit. magnum ei adiumentum attulit eruditio, nam rhetoricis, et philoſophiae praeceptis exerci-

Ο μὲν Μάρκος, ἄριστα δὴ πάντων τῶν ἐν κράτει τινὶ γενομένων ἄρξας, οὕτως μετήλλαξεν, εἶχε μὲν γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, πλεῖστον δὲ ἐν εὐεργεσίᾳ διῆγεν· αὐτὸς μὲν γὰρ ἁπάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο, καὶ οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων ἐπλημμέλει· τὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα τὰ τῆς γυναικὸς, ἔφερε, καὶ οὔτε ἐπολυπραγμόνει, οὔτε ἐκόλαζε. καὶ εἰ μέν τις χρηστόν τι ἔπραττεν, ἐπῄνει καὶ ἐχρῆτο ἐς ἐκεῖνο αὐτῷ, τῶν δὲ ἑτέρων οὐ προσεποιεῖτο. καὶ ὅτι οὐ προσποιητῶς, ἀλλ᾽ ἐξ ἀρετῆς πάντα ἔπραττε, πρόδηλον. ἔτη γὰρ ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα, καὶ μῆνας δέκα, ἡμέρας τε εἴκοσι καὶ δύο ζήσας, κἀν τούτοις τῷ τε πρὶν Ἀντωνίνῳ συχνὸν χρόνον ὑπάρξας, καὶ αὐτὸς ἐννέα καὶ δέκα ἔτη, καὶ ἕνδεκα ἡμέρας αὐταρχήσας, ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη. οὕτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε. πάμπολλα μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς, ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκη-

ἀσκηθείς. ---- πλεῖστον δὲ ὅμως ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξήρθη· καὶ γὰρ πρὶν ἐκείνοις ὁμιλῆσαι, ἰσχυρῶς πρὸς ἀρετὴν ὥρμητο· τοῖς τε γὰρ συγγενέσι πᾶσι, πολλοῖς καὶ δυνατοῖς πλουσίοις τε οὖσιν, οὕτω τι ἔτι παῖς ὢν ἤρεσεν, ὥσθ' ὑπὸ πάντων ἀγαπηθῆναι· καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Ἀδριανοῦ, ὅτι μάλιστα εἰς τὸ γένος ποιηθεὶς, οὐχ ὑπερεφρόνησεν. Ἑλληνικῶν τε καὶ Λατίνων, ῥητορικῶν τε καὶ φιλοσόφων λόγων ἀεὶ διεπίμπλατο.

tatus fuit. --- Plurimum tamen ab ipſa natura euectus fuit. Antequam enim cum iis verſaretur, magnopere contendebat ad ſtudium virtutis: qua in re propinquis ſuis, qui multi erant et potentes, et locupletes, ita ſatisfaciebat puer, vt omnibus maxime carus eſſet: atque ob eam cauſſam præſertim ab Hadriano adoptatus in familiam, nihilo magis inſolens fuit. tam Græcis, quam Latinis, tam eloquentiæ quam philoſophiæ præceptis ſemper imbuebatur.

Iulianus in ſympoſio.

Ἔδοξε δὲ οὖν ὁ Μάρκος, τά τε ἄλλα θαυμάσιός τις εἶναι, καὶ σοφὸς διαφερόντως, ἅτε οἶμαι διαγινώσκων, λέγειν θ' ὅπου χρὴ, καὶ σιγᾶν ὅπη καλόν.

TVM Marcus viſus eſt cetera plane admirandus vir, et præcipue prudentia excellere, tamquam, credo, qui probe nosſet, vbi loqui et tacere deceret.

Iuſtinus apologia 2. ad Adrianum, Antoninum Pium, Marcum, et Lucium.

Εὐσεβεῖς, καὶ φιλόσοφοι, καὶ φύλακες δικαιοσύνης, καὶ ἐρασταὶ παιδείας ἀκούετε πανταχοῦ.

PII et philoſophi, et iuſtitiæ cuſtodes, et eruditionis amatores vbique auditis.

Melito lib. ad Imperatorem apud Euſeb. hiſt. eccleſ. l. 4. c. 26.

Σὲ δὲ καὶ μᾶλλον περὶ τούτων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην, καὶ πολύ γε

TE vero, quippe qui idem quod illi de nobis ſentias, immo etiam longe humanius

atque ſapientius; tanto magis confidimus, omnia eſſe facturum, quæ rogamus.	φιλανθρωποτέραν καὶ φιλοσοφοτέραν, πεπείσμεθα πάντα πράσσειν, ὅσα σου δεόμεθα.

Iul. Capitolinus in Marco.

MARCO Antonino in omni vita philoſophanti viro, et qui ſanctitate vitæ omnibus principibus antecellit, cet. Erat enim ipſe tantæ tranquillitatis, vt vultum numquam mutauerit mærore vel gaudio. Philoſophiæ deditus Stoicæ, quam et per optimos quosque magiſtros acceperat, et vndique ipſe collegerat.

Quamuis eſſet conſtans, erat etiam verecundus: erat frugi, ſine contumacia; verecundus ſine ignauia; ſine triſtitia, grauis.

In imperio ita ciuiliter ſe geſſit, vt lenitatem Pii nemo deſideraret.

Dabat totum ſe philoſophiæ, amorem ciuium adfectans.

Cum populo non aliter egit, quam eſt actum in ciuitate libera.

Fuit per omnia moderatisſimus, in hominibus deterrendis a malo, inuitandis ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberandis; fecitque ex malis bonos, ex bonis optimos. Quum igitur in amore omnium imperasſet, atque ab aliis modo pater, modo frater, modo filius, vt cuiusque ætas ſinebat, diceretur, et amaretur, octauo-decimo anno imperii ſui, ſexageſimo et primo vitæ, diem vltimum clauſit. tantusque illius amor die regii funeris claruit, vt nemo illum plangendum cenſuerit; certis omnibus, quod a diis commodatus, ad deos rediisſet. Denique priusquam funus conderetur, vt plerique dicunt, (quod neque antea factum fuerat, neque poſtea) ſenatus populusque non diuiſis locis, ſed in vna ſede propitium Deum dixit.

Tantum ſane valet boni principis vita, ſanctitas, tranquillitas, pietas, vt eius famam nullius proximi decoloret inuidia. Denique Antonino, quum ſuos mores ſemper teneret, neque alicuius inſuſurratione moueretur, non obfuit gladiator filius, vxor infamis; Deusque etiam nunc habetur.

Aurel.

Aurel. Victor in Breuiario.

ISTE virtutum omnium, cæleſtisque ingenii exſtitit, ærumnisque publicis quaſi defenſor obiectus eſt. Etenim niſi ad illa tempora natus esſet, profecto quaſi vno lapſu ruisſent omnia ſtatus romani.

A principio vitæ tranquillisſimus, vt ab infantia vultum nec ex gaudio nec ex mærore mutauerit.

Philoſophiæ ſtudens, litterarumque græcarum peritisſimus.

Quod de Romulo ægre creditum eſt, omnes pari ſenſu præſumſerunt; Marcum cælo receptum esſe.

Ael. Spartianus in Seuero.

QVID Marco felicius fuisſet, ſi Commodum non reliquisſet heredem?

Claudianus de Honorii conſulatu 4.

NON tantis patriæ ſtudiis ad templa vocatus
Clemens Marce redis. — *Et mox.*
--- omne tonantis
Obſequium Marci mores potuere mereri.

Fra. Petrarcha, de officio et virtutibus imperatoriis.

ADDE his M. Aurelium Antoninum longe ſapientisſimum, eum dico, qui philoſophicum maluit, quam cæſareum nomen.

Idem in libro auguſtali.

FVIT enim magnus philoſophus, ſanctitate vitæ omnibus præponendus; numquam mutans vultum. qui vir tantæ virtutis, poterat dici felix, ſi vxorem Fauſtinam, et filium Commodum non habuisſet.

Lilius Gyraldus, hiſt. de poetis dial. 3.

FVIT hic vnus inter Cæſares omnes æquisſimus, ac optimus, expresſum illud certe in eo eſt, quod a philoſophis quæri ſolet, cur ex optimis parentibus pesſimi plerumque filii naſcantur. Nam quo M. Antoninus melior et iuſtior, eo filius Commodus immanior et ſceleratior.

De

DE HOC SCRIPTO.

Anonymus quidam εἰς βιβλίον Μάρκου, *quod ex vetuſtis membranis exhibuit Cl. Salmaſius ad Vulcatii Caſſium.*

EI λύπης κρατέειν ἐθέλεις,
Τὴν δὲ μάκαιραν ἀναπτύσσων
Βίβλον, ἐπέρχεο ἐνδυκέως.
Ης ὑπὸ γνώμην ὀλβίστην
Ρεῖά κεν ὄψεαι, ἐσσομένων,
Οντων, ἠδὲ παροιχομένων,
Τερπωλὴν ἀνίην τε
Καπνοῦ μηδὲν ἀρειοτέρην.

Gul. Canterus nouar. lect. l. 7. c. 1.

DVODECIM conſcripſit de officio ſuo libros; maximæ pietatis, humanitatis, temperantiæ, eruditionis, aliarum rerum præclararum teſtes plenisſimos: et cum quibus multorum philoſophorum operoſa præcepta collata merito ſordere posſint.

Adnotator Lugdunenſis.

MARCI Philoſophi ſcriptio abſcisſa et horrida eſt, ſed firma et potens, quæ ſapit imperatorem, et in qua multa ſilentur, quæ ſuppleri oporteat. Vtitur vocibus plane ſuis, quas raro apud alios auctores inuenias.

MAP-

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
† Τῶν εἰς ἑαυτὸν Βιβλίον α'.

MARCI ANTONINI
IMPERATORIS
EORVM, QVAE AD SEIPSVM,
LIBER I.

α'. ΠΑΡΑ τοῦ πάππου Οὐήρου, τὸ καλόηθες, καὶ ἀόργητον.

β'. Παρὰ τῆς δόξης, καὶ μνήμης τῆς περὶ τοῦ γεννήσαντος, τὸ αἰδῆμον, καὶ ἀῤῥενικόν.

γ'. Παρὰ τῆς μητρὸς, τὸ θεοσεβὲς, καὶ μεταδοτικόν· καὶ ἀφεκτικὸν οὐ μόνον τοῦ κακοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐπὶ ἐννοίας γίνεσθαι τοιαύτης. ἔτι δὲ τὸ λιτὸν κατὰ τὴν δίαιταν, καὶ πόῤῥω τῆς πλουσιακῆς διαγωγῆς.

δ'. Παρὰ τοῦ προπάππου, * τὸ μὴ εἰς δημοσίας διατρι-

1. AB auo meo Vero *accepiſſe agnoſco*, moribus eſſe candidis, et ab iracundia alienis.

2. A fama memoriaque genitoris mei, modeſtam ſimul ac maſculam indolem.

3. A matre, pietatis ſtudium, et largiendi promtitudinem: nec a malo patrando tantum, ſed cogitando etiam, continere. tum victu ſimplici, quique ab opulentorum more ac inſtituto abscedat quam longisſime, contentum eſſe.

4. A proauo, quod publicas exercitationes non adierim; quod-

† Hic titulus a viris doctis varie explicatur. veriſimile tamen eſt, vt putat *Dacierius*, hoc titulo inſignitos fuisſe hosce libros, quia continent meditationes, quas ſecum priuatim habuit *Antoninus*, et quia per totum opus ad ſe vnum loquitur. * Τὸ μὲν εἰς δημοσίας, ſiue τὸ εἰς δημοσ. rel. negatiua prorſus expuncta, legit *Meric. Caſaub.* ductus illis *Capitolini* verbis: *Frequentauit et declamatorum ſcholas publicas.* Negatiuam retinet *Dacier.* et illa *Capitolini* verba intelligit de *Marco* noſtro, viro facto, et imperium adepto, non puero, prout hic locus intelligi debet.

quodque bonis præceptoribus priuatim ſim vſus; et quod in res iſtiusmodi impenſe erogandum intellexerim.

5. Ab educatore, ne *in certamine equeſtri* Praſinæ aut Venetæ factioni, neue *in gladiatorio* Thraci aut Secutori fautor fierem: vt labores ſuſtinerem; minimo contentus agerem; operi manus admouerem; negotiis alienis me neutiquam immiſcerem; nec delationem facilis vllam admitterem.

6. A Diogneto, ne rebus inanibus ſtudium impenderem: neue eis fidem haberem, quæ a præſtigiatoribus magisque de incantationibus, deque dæmonibus auerruncandis, aliisque eiusmodi *impoſturis* dicuntur: ne coturnices ad pugnam alerem, neue † inſana rerum iſtiusmodi admiratione tenerer: vtque libere dicta æquanimiter ſuſtinerem. *eidem debeo*, quod Philoſophiæ me addixerim;

βαὶς φοιτῆσαι· καὶ τὸ ἀγαθοῖς διδασκάλοις κατ' οἶκον χρήσασθαι· καὶ τὸ γνῶναι, ὅτι εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐκτενῶς ἀναλίσκειν.

έ. Παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μήτε Πρασιανὸς, μήτε Βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος ἢ 1 σκουτάριος γενέσθαι· καὶ τὸ φερέπονον, καὶ ὀλιγοδεὲς, καὶ αὐτουργικόν· καὶ τὸ ἀπολύπραγμον, καὶ τὸ 2 δυσπρόδεκτον διαβολῆς.

ϛ'. Παρὰ Διογνήτου, τὸ ἀκενόσπουδον· καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων, καὶ γοήτων περὶ ἐπῳδῶν, καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς, καὶ τῶν τοιούτων λεγομένοις· καὶ τὸ μὴ 3 ὀρτυγοτροφεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι παῤῥησίας· καὶ τὸ οἰκειωθῆναι φιλοσοφίᾳ· καὶ τὸ ἀκοῦσαι, πρῶτον μὲν 4

Βακχίου

1 Σεκουτόριος, legendum cenſet *Lipſ.* Saturn. l. 2. c. 24. ita vt parmularius ſit, qui Thracibus, parmas geſtantibus; ſecutorius ſiue ſecutorianus, qui Secutoribus fauebat. De his videſis *Lipſium* et antiquitatum ſcriptores. 2 Legendum cum *Gatakero* δυσπρόσδεκτον. 3 Ὀρτυγοκοπεῖν *Suid.* Ludi genus Græcis familiare, de quo conſuli poſſunt *Suidas* et *Pollux*. l. 9. c. 8. *Gatak.* 4 Forſan Εὐτυχίου: nam *Eutychius Proculus Siccenſis* inter grammaticos latinos, quibus *Marcus* vſus eſt, a *Capitolino* ponitur. *Gatak.*

† Prius erat *rebus istiusmodi animum adiicerem*, quod vim verbi ἐπτοῆσθαι non ſatis exprimit, de eo enim hoc dicitur, qui præ inſano alicuius rei ſtudio

apud

peruagatur, et quum ea, quæ ſubter terram ſunt, quod ille ait, ſcrutatur, tum quæ in animis alienis, coniectura nititur indagare; nec intelligit interim ſufficere ſibi, vt cum eo, quem intra ſe gerit, genio verſetur, eumque legitime colat. colet autem, ſi adfectibus immunem cuſtodierit, et temeritate alienum, nec offenſum re aliqua, quam vel dii vel homines egerint. quæ enim dii agunt, virtutis nomine, veneranda: quæ homines, cognationis ratione, ſunt amica: ſed et modo quodam miſeranda quandoque ob bonorum malorumque ignorationem. nec ſane defectus hic minor eſt illo, qui alba et nigra internoſcere prohibet.

14. Etiamſi ter mille annos victurus esſes, et totidem inſuper myriadas; illud tamen meminisſe debes, nec vllam aliam vitam ab ea, quam degit, amittere quemquam: nec aliam ab ea, quam amittit, degere. eodem ergo redit longisſimum ætatis ſpatium cum eo, quod

eſt

1 *Pindari* verba ſunt a *Socrate* in *Platonis Theætet.* de genuino philoſopho vſurpata. *Gatak.*

2 Mentem cuiusque nunc dæmonem, nunc et deum dicit. ſic *l.* 3. *c.* 3. et *l.* 3. c. 5. vt et alibi. *Gatak.*

3 Legendum μέλανα, prout margini adſcripſit *Gatak.*

1 Hanc

eſt breuisſimum. præſens ſiquidem tempus eſt omnibus æquale: et quod amittitur, ergo æquale eſt omnibus: eademque ratione id, quod amittitur, momentaneum tantum eſſe conſtat. neque enim aut præteritum aut futurum amittere quis poteſt. nam quis cuiquam id, quod non habet, abſtulerit? horum itaque duorum meminiſſe oportebit: alterius nimirum, quod omnia ab æterno conſimilia fuerint, et in orbem ferantur: itaque nihil intereſſe, per centum annos, an per ducentos, an per tempus interminatum, eadem quis viſurus ſit. alterius vero, quod is, qui quam diutisſime vixerit, et is, qui quam celerrime mortuus fuerit, tantumdem vitæ prorſus amittit vterque. præſens ſiquidem duntaxat vterque tempus amittit, quum hoc dumtaxat habeat, nec amittere poſſit quis, quod non habet.

15. In opinione ſita ſunt omnia. docent hoc, quæ a Mo-

κιστον τῷ βραχυτάτῳ. τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον. 1 (εἰ) καὶ τὸ ἀπολλύμενον, οὐκ ἴσον· καὶ τὸ ἀποβαλλόμενον οὕτως ἀκαριαῖον ἀναφαίνεται. 2 οὔτε γὰρ τὸ παρῳχηκὸς, οὔτε τὸ μέλλον ἀποβάλλοι ἄν τις. ὃ γὰρ οὐκ ἔχει, πῶς ἄν τις τοῦτο αὐτοῦ ἀφέλοιτο; τούτων οὖν τῶν δύο δεῖ μεμνῆσθαι· ἑνὸς μὲν, ὅτι πάντα ἐξ ἀϊδίου ὁμοειδῆ καὶ ἀνακυκλούμενα, καὶ οὐδὲν διαφέρει, πότερον ἐν ἑκατὸν ἔτεσιν, ἢ ἐν διακοσίοις, ἢ ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ τὰ αὐτά τις ὄψεται. ἑτέρου δὲ, ὅτι καὶ ὁ πολυχρονιώτατος, καὶ ὁ τάχιστα τεθνηξόμενος, τὸ ἴσον ἀποβάλλει. τὸ γὰρ παρὸν ἐστὶ μόνον, οὗ στερίσκεσθαι μέλλει, 3 ὅπερ γε ἔχει καὶ τοῦτο μόνον· καὶ, ὃ μὴ ἔχει τις, οὐκ ἀποβάλλει.

ιε΄. Οτι πᾶν ὑπόληψις. 4 δῆλα μὲν γὰρ τὰ 5 πρὸς τὸν Κυνικὸν

1 Hanc lectionem retinent *M. Caſaub.* et *Dacier*. Verum ad *Marci* mentem accommodatior videtur *Gatakeri* coniectura, qui legit καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὖν ἴσον. particulam etiam εἰ delet *Suidas*.

2 Tota hæc ratiocinatio argutias ſtoicas nimium ſapit. Nemo quidem præteritum tempus *amittit*, *amiſerunt* tamen omnes, quod eodem redit.

3 Οσπερ vel ὥσπερ *Gatak.*

4 Δηλοῖ *Gatak.*

5 Legendum videtur πρὸς τοῦ Κυνικοῦ Μονίμου. Fuit autem hic *Monimus Diogenis*

Κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα· δῆλον δὲ καὶ τὸ χρήσιμον τȣ̃ λεγομένȣ, ἐάν τις αὐτȣ̃ 1 τὸ νόστιμον μέχρι τȣ̃ ἀληθȣ̃ς δέχηται.

ις'. Ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τȣ̃ ἀνθρώπȣ ψυχὴ, μάλιστα μὲν ὅταν ἀπόστημα μὲν καὶ οἷον φῦμα τȣ̃ κόσμȣ, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ γένηται. τὸ γὰρ δυσχεραίνειν τινὶ τῶν γινομένων, ἀπόστασίς ἐστι τῆς φύσεως, ἧς ἐν μέρει, ἑκάστȣ τῶν λοιπῶν φύσεις περιέχονται. ἔπειτα δὲ, ὅταν ἄνθρωπόν τινα ἀποστραφῇ ἢ καὶ ἐναντία φέρηται, ὡς βλάψȣσα, οἷαί εἰσιν αἱ τῶν ὀργιζομένων. τρίτον ὑβρίζει ἑαυτὴν, ὅταν ἡσσᾶται ἡδονῆς, ἢ πόνȣ. τέταρτον, ὅταν ὑποκρίνηται, καὶ ἐπιπλάστως, καὶ ἀναληθῶς τι ποιῇ. ἢ λέγῃ. πέμπτον, ὅταν πρᾶξίν τινα ἑαυτῆς καὶ ὁρμὴν, ἐπ' ȣ̓δένα σκοπὸν ἀφίῃ, ἀλλὰ εἰκῆ, καὶ ἀπαρακολȣθήτως ὁτιȣ̃ν ἐνεργῇ· δέον καὶ τὰ μικρότατα, κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφο-

nimo dicta ſunt. horum autem vtilitas comparebit, ſi quis, quæ feſtiue ab illo conſcripta ſunt, quatenus veritatem habent patrocinantem, admiſerit.

16. Contumelia ſe adficit anima humana: in primis, quando abſcesſus et quaſi ſtruma mundi, quantum in ipſo eſt, euadit. abſcesſionem enim facit a natura, in cuius parte aliqua reliquorum omnium cuiusque natura continetur, qui re aliqua obueniente offenditur. deinde quum vel hominem quemcumque auerſatur, vel lædendi conſilio aduerſatur alicui, huiusmodi ſunt autem iraſcentium animæ. tertio contumelia ſe adficit, quum voluptati vel dolori ſuccumbit. quarto, quum ſimulat, ac ficte vel falſo agit quidquam, loquiturue. quinto, quoties actionem aut conatum ſuum ad nullum certum ſcopum deſtinat, ſed temere agit, et neſcia ipſa, quid velit: quum etiam minutisſima quæque ita ſint agenda, vt ad finem ipſum referantur: finis autem animanti-

um

genitet *Cratetis* ſectator, l. 60. *Laert.* l. 6. quænam vero huius dicta hic reſpexerit *Marcus*, incertum eſt. *Gatak.*

1 Hoc ideo dictum eſt, quia *Monimus*, teſte *Laertio*, γέγραφε παίγνια σπȣδῇ λεληθυίᾳ μεμιγμένα, i. e. *ludicra quædam ſcripſit, quibus ſeria ſubesſent. Gatak.*

1 Orbem

um rationis participum hic eſt, vt ciuitatis ac politiæ antiquiſſimæ rationi legibusque obſequantur.

17. Vitæ humanæ tempus, punctum eſt: natura, fluxa: ſenſus, obſcurus: corporis vniuerſi fabrica, putreſcere prona: anima, vaga: fortuna, res imperueſtigabilis: fama, quiddam iudicii expers: et, vt verbo dicam, omnia, corporis quidem fluuius; animæ vero, ſomnium et fumus: vita, militia et hoſpitis in peregrino mora: fama poſtuma, obliuio mera. quidnam eſt ergo, quod *hominem* deducere et transmittere posſit? res ſola et vnica eſt, philoſophia. ea autem in hoc conſiſtit, vt genium quis ſuum interim conſeruet integrum, contumelia ac læſione omni immunem, voluptate ac dolore omni ſuperiorem, nihil te-

ρεῖν γίνεσθαι· τέλος δὲ λογικῶν ζώων, τὸ ἕπεσθαι τῷ 1 τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ.

ιζʹ. Τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ μὲν χρόνος, στιγμή· ἡ δὲ οὐσία, ῥέουσα· ἡ δὲ αἴσθησις, ἀμυδρά· ἡ δὲ ὅλου τοῦ σώματος σύγκρισις, εὔσηπτος· ἡ δὲ ψυχή, 2 ῥόμβος· ἡ δὲ τύχη, δυστέκμαρτον· ἡ δὲ φήμη, ἄκριτον. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, πάντα, τὰ μὲν τοῦ σώματος, ποταμός· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος καὶ τῦφος· ὁ δὲ βίος, πόλεμος καὶ ξένου ἐπιδημία 3 ἡ ὑστεροφημία δὲ, λήθη. τί οὖν τὸ 4 παραπέμψαι δυνάμενον; ἓν καὶ μόνον φιλοσοφία. τοῦτο δὲ, ἐν τῷ τηρεῖν 5 τὸν ἔνδον δαίμονα ἀνύβριστον, καὶ ἀσινῆ, ἡδονῶν καὶ πόνων κρείσσονα, μηδὲν εἰκῇ

1 Orbem *vrbis ac ciuitatis* inſtar habere vult, in qua homines vniuerſi ciues quum ſint, ciuitatis illius legibus ac inſtitutis ſe conformare per omnia debent. ſic. l. 3. 11. ἀνθρώπους πολίτας εἶναι πόλεως τῆς ἀνωτάτης, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις ὥσπερ οἰκίαι εἰσίν, et l. 4. 3. ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις, et alibi. *Gatak.*

2 Ῥέμβος *Xyland.* quod ſequitur *Gatak.*

3 Rationem, cur *obliuionem* dixerit *famam*, petas licet ex l. 3. 10. et l. 4. 35. *Gataker.*

4 Metaphora, vel a *deductione honorifica*, vel a *funebris pompæ et exſequiarum ſolemnitate* traducta. *Vna eſt*, inquit, *virtus, quæ magnifice transmittere poteſt*, non ad rogos, ſed vltra rogos, ad poſteros. *Gatak.*

5 Vide ad c. 13, huius libri.

1 Stoicorum

εἰκῆ ποιοῦντα, μηδὲ διεψευσμένως καὶ μεθ' ὑποκρίσεως, ἀνενδεῆ τοῦ ἄλλον ποιῆταί τι, ἢ μὴ ποιῆσαι· ἔτι δὲ τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα δεχόμενον, ὡς ἐκεῖθέν ποθεν ἐρχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἦλθεν· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἵλεῳ τῇ γνώμῃ περιμένοντα, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῶον συγκρίνεται. εἰ δὲ αὐτοῖς τοῖς στοιχείοις μηδὲν δεινὸν ἐν τῷ ἕκαστον διηνεκῶς εἰς ἕτερον μεταβάλλειν, διὰ τί ὑπίδηταί τις τὴν πάντων μεταβολὴν καὶ διάλυσιν; κατὰ φύσιν γάρ· οὐδὲν δὲ κακὸν κατὰ φύσιν.

Τὰ ἐν Καρνούντῳ.

mere aut ficte ſimulateque agentem, ſibi ſufficientem, quum, vt alii faciant, aut ne faciant quid, opus nihil habeat: porro, quæcumque eueniunt ac deſtinantur ſibi, ita excipientem, tamquam inde obuenientia, vnde venerit ipſe: mente denique propitia placidaque mortem ipſam exſpectantem, tamquam elementorum eorum disſolutionem, ex quibus animal vnumquodque conſiſtit. ſi autem elementis ipſis nihil graue contingit, quod in alterum vnumquodque eorum iugiter transmutatur, cur illam, quæ omnibus accidit, mutationem ac disſolutionem metuat aut ſuſpectam quis habeat? ſecundum naturam quippe fit: nihil eſt autem malum, quod eſt naturæ conſentaneum.

Quæ Carnunti.

LIB. III.

NOn eſt hoc tantum nobis cogitandum, ſingulis diebus abſumi vitam, minoremque eiusdem ſupereſſe portionem: ſed et illud reputandum, quod, ſi quis diutius vitam protraxerit, incertum ſit, vtrum mentis vires pariter idoneas ſit habiturus ad rerum intelligentiam, et ad contemplationem eam, quæ ad rerum diuinarum humanarumque peritiam contendit. nam ſi delirare cœperit, perſpiratio forſan, et nutritio, et imaginatio, et appetitus, et iſtiusmodi reliqua, neutiquam deficient: ea vero vis, qua ſeſe vti posſit, et officii ſui numeros omnes abſoluere, et quæ animo conceperit, diſtincte explicare, et de hoc ipſo, an mortem ſibi conſciſcere debeat, conſiderare, et eiusmodi vniuerſa, quæ rationem probe ſubactam deſiderant, *hæc, inquam, vis* iam prorſus exſtincta iacet.

ΒΙΒΛ. γ΄.

ΟΥχὶ τοῦτο μόνον δεῖ λογίζεσθαι, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαναλίσκεται ὁ βίος, καὶ μέρος ἔλαττον αὐτοῦ καταλείπεται· ἀλλὰ κἀκεῖνο λογιστέον, ὅτι εἰ ἐπὶ πλέον βιώη τις, ἐκεῖνό γε ἄδηλον, εἰ ἐξαρκέσει ὁμοία αὖθις ἡ διάνοια πρὸς τὴν σύνεσιν τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς θεωρίας τῆς συντεινούσης εἰς τὴν ἐμπειρίαν τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπείων. ἐὰν γὰρ παραληρεῖν ἄρξηται, τὸ μὲν διαπνεῖσθαι, καὶ τρέφεσθαι, καὶ φαντάζεσθαι, καὶ ὁρμᾷν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, οὐκ ἐνδεήσει· τὸ δὲ ἑαυτῷ χρῆσθαι, καὶ τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς ἀκριβοῦν, καὶ τὰ προφαινόμενα διαρθροῦν, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ, εἰ ἤδη [1] ἐξακτέον αὐτὸν, ἐφιστάνειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα λογισμοῦ συγγεγυμνασμένου πάνυ χρῄζει, προαποσβέννυται.

1 Stoicorum hoc eſt dogma, licere, immo oportere, quandoque e vita ſeſe educere; et εὔλογον ἐξαγωγὴν eam nuncupabant, *quum iuſta cauſſa*, quam illi cenſebant, *demigrandi daretur*. vt *Cic. Tuſcul.* l. 1. et *Laert. in Zenon.* εὐλόγως τέ φασι ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν, ὑπὲρ πατρίδος, καὶ ὑπὲρ φίλων, κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γίγνηται ἀλγηδόνι, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. vide et *Senecam* ep. 70. et alibi *Gatak.*

ται. χρὴ οὖν ἐπείγεσθαι, οὐ μόνον τῷ ἐγγυτέρω τοῦ θανάτου ἑκάστοτε γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τὴν ἐννόησιν τῶν πραγμάτων καὶ τὴν παρακολούθησιν προαπολήγειν.

ϛ΄. 1 Χρὴ καὶ τὰ τοιαῦτα παραφυλάσσειν, ὅτι καὶ τὰ ἐπιγινόμενα τοῖς φύσει γινομένοις, ἔχει τι εὔχαρι καὶ ἐπαγωγόν. οἷον ἄρτου ὀπτωμένου παραῤῥήγνυταί τινα μέρη· καὶ ταῦτα οὖν τὰ διέχοντα οὕτως καὶ τρόπον τινὰ παρὰ τὸ ἐπάγγελμα τῆς ἀρτοποιΐας ἔχοντα, ἐπιπρέπει πως, καὶ προθυμίαν πρὸς τὴν τροφὴν ἰδίως ἀνακινεῖ. πάλιν τε τὰ σῦκα, ὁπότε ὡραιότατά ἐστι, κέχηνεν. καὶ ἐν ταῖς 2 δρυπετέσι ἐλαίαις, αὐτὸ τὸ ἐγγὺς τῇ σήψει, ἴδιόν τι κάλλος τῷ καρπῷ προστίθησιν. οἱ στάχυες δὲ κάτω νεύοντες, καὶ τὸ τοῦ λέοντος ἐπισκύνιον, καὶ ὁ τῶν συῶν ἐκ τοῦ στόματος ῥέων

bit. Feſtinandum itaque, non hac ſola ratione, quia mortem propius per momenta ſingula acceditur; ſed hac inſuper, quia rerum conſideratio et intellectus ante mortem nos ſæpenumero deſtituit.

2. Etiam iſtud eſt obſeruatu non indignum, quod ea quoque, quæ a natura genitis ſuperueniunt, gratiam ſuam quamdam et venuſtatem obtinent. quemadmodum panis, quum coquitur, particulas quasdam diffindi cernimus: attamen intercisa et hiantia iſta, quamuis ab artis piſtoriæ inſtituto aliena, decoris ſpeciem quamdam præ ſe ferunt, et comedendi deſiderium ſuo modo irritant. ficus quoque, vbi plene maturuerint, dehiſcunt. ſed et in oliuis præmaturis illud, putredini vicinum, gratiam peculiarem quamdam baccæ conciliat. ſpicæ itidem deorſum vergentes, et leonis ſupercilium, et aprorum ab ore diffluens ſpuma, multaque alia iſtiusmodi, quæ

1 Id hic agit *Marcus*, vt oſtendat, illis, quæ nonnulli tamquam deformia, inutilia, aut etiam noxia incuſant, ſuam nec deeſſe venuſtatem, nec vtilitatem. *Dacier.*

2 Δρυπετέσι *Xyland.* quod rectius videtur. dictas enim δρυπετεῖς ſiue ἐλαίας, ſiue ἰσχάδας, παρὰ τῷ πέπτειν τὰς ἐν τῷ δένδρῳ πεπαινομένας monet *Euſtath.* ad *Il.* β΄. et Odyſſ. μ΄. vt et *Suidas.* at vero δρυπετὴς ſecundum *Heſych.* παρὰ τὸ πίπτειν, vt ſignificet τὰς ἀπὸ τοῦ δένδρου πεπτωκυίας, ὠμάς. *Gatak.*

quæ ſeorſim ſi quis intueatur, ſunt venuſtate omni procul; quia tamen rebus naturalibus adnaſcuntur, et ornatum illis adiiciunt, et contemplantium quoque animos adficiunt. proinde, ſi quis animum ac cogitationem norit altius defigere in ea, quæ in vniuerſo hoc fiunt, nihil fere etiam in eis, quæ quaſi appendicis cuiusdam loco *res naturales* conſequuntur, deprehendet, quod non etiam cum oblectatione quadam huic ipſi commendare ſeſe videatur. quin et idem ferarum rictus veros haud minore cum voluptate contuebitur, quam pictorum fictorumue arte per imitationem expreſſos. tam vetulæ item vetuliue maturitatem quamdam ac decorem, quam et quidquid in pueris venuſtatis animum adlicientis deprehenditur, caſtis oculis ſpectare poterit. denique contingunt multa huiusmodi, quæ non cuiuis ſunt grata, ſed illi duntaxat, qui aduerſus natu-

ἀφρὸς, καὶ πολλὰ ἕτερα, κατ᾽ ἰδίαν εἴ τις σκοποίη, πόῤῥω ὄντα τοῦ εὐειδοῦς, ὅμως διὰ τὸ τοῖς φύσει γινομένοις ἐπακολουθεῖν, συνεπικοσμεῖ καὶ ψυχαγωγεῖ. ὥστε εἴ τις ἔχοι πάθος καὶ ἔννοιαν βαθυτέραν πρὸς τὰ ἐν τῷ ὅλῳ γινόμενα, σχεδὸν οὐδὲν οὐχὶ δόξει αὐτῷ καὶ τῶν κατ᾽ ἐπακολούθησιν συμβαινόντων ἡδέως πως 1 διασυνίστασθαι. οὕτως δὲ καὶ θηρίων ἀληθῆ χάσματα, οὐχ ἧσσον ἡδέως ὄψεται, ἢ ὅσα γραφεῖς καὶ πλάσται μιμούμενοι δεικνύουσιν. καὶ γραὸς καὶ γέροντος ἀκμήν τινα καὶ ὥραν, καὶ τὸ ἐν παισὶν ἐπαφρόδιτον, τοῖς ἑαυτοῦ σώφροσιν ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν δυνήσεται. καὶ πολλὰ τοιαῦτα οὐ παντὶ 2 πιθανὰ, μόνῳ δὲ τῷ πρὸς τὴν φύσιν, καὶ τὰ

1 *Gloſſar.* Διασυνίστημι, *conſtituo*, *inſtituo.* poteſt tamen et in *commendandi* ſiue conciliandi ſignificatu ſumi, qui τῷ συνίστασθαι ſolemnis eſt. *Gatak.*

2 *Non cuiuis credibilia* vertit interpres vterque. ego malim, *non cuiuis grata.* gratiam enim, decorem, venuſtatem, ſupra inculcauerat. et πιθανὸν, *gratum*, *blandum*, *lepidum*, *elegans.* ſic *Lucian.* πολὺ τὸ πιθανὸν καὶ ἐπαγωγόν. *Ariſtid.* καλοὶ γὰρ οὗτοι κόσμοι καὶ μάλα πιθανοὶ τῷ πλήθει. *Gatak.*

Προσ-

τὰ ταύτης ἔργα γνησίως ᾠκειωμένῳ 1 προπεσεῖται.

γ'. Ἱπποκράτης πολλὰς νόσους ἰασάμενος, νοσήσας ἀπέθανεν. οἱ Χαλδαῖοι πολλῶν θανάτους προηγόρευσαν· εἶτα καὶ αὐτοὺς τὸ πεπρωμένον κατέλαβεν. Ἀλέξανδρος, καὶ Πομπήιος, καὶ Γάιος Καῖσαρ, ὅλας πόλεις ἄρδην τοσαυτάκις ἀνελόντες, καὶ ἐν παρατάξει πολλὰς μυριάδας ἱππέων καὶ πεζῶν κατακόψαντες, καὶ αὐτοί ποτε ἐξῆλθον τοῦ βίου. 2 Ἡράκλειτος, περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπυρώσεως τοσαῦτα φυσιολογήσας, ὕδατος τὰ ἐντὸς πληρωθεὶς βολβίτῳ καταχεχρισμένος ἀπέθανεν, 3 Δημόκριτον δὲ οἱ φθεῖρες, Σωκράτην δὲ ἄλλοι 4 φθεῖρες ἀπέκτειναν. τί ταῦτα; ἐνέβης, ἔπλευσας, κατήχθης· ἔκβηθι. εἰ μὲν ἐφ' ἕτερον βίον, οὐδὲν θεῶν

ram operaque eiusdem animum habuerit probe conciliatum.

3. Hippocrates, vbi multos ſuſtulerat morbos, morbo tandem et ipſe ſublatus eſt. Chaldæi, quum multorum mortem prædixiſſent, morti demum et ipſi conceſſerunt. Alexander, Pompeius, C. Cæſar, quum tot vrbes funditus euertiſſent, tot hominum myriades in prœlio cecidiſſent, ipſi quoque tandem vita exceſſerunt. Heraclitus, de mundi conflagratione quum prolixe diſſeruiſſet, aqua *intercute* viſcera diſtentus, ſtercoreque oblitus bubulo, interiit. Democritum pediculi, Socratem etiam pediculi, ſed aliusmodi, ſuſtulerunt. quorſum iſta? nauem conſcendiſti, nauigaſti, appuliſti: egredere. ſi ad vitam alteram; nihil, ne ibi quidem, numinis eſt

1 Προσπεσεῖται *Gatak.*

2 Vide *Laertium* l. 9.

3 Atqui *Laert.* l. 9. ex *Hermippo*, ſenio confectum dumtaxat obiiſſe tradit, et quamuis diuerſa a ſe inuicem de *Democriti* obitu tradant auctores, a *Marco* tamen omnes diſſentiunt. *Gatak.*

4 *Anytum* et *Melitum* innuit, quos *pediculos* non abſurde nominat, quaſi animalcula viliſſima. de lenonibus paria *Plautus Curcul.* Act. 4. Sc. 2. *Item genus eſt lenonium inter homines, meo quidem animo* " *Vti muſcæ, culicesque, pedesque, pulicesque.* Vbi *pedes* pro *pediculis.* Ideoque non opus eſt, vt quidquam mutet *Xyland.* qui ſubſtituit, hiſtoriam, vt ait, ſecutus, *Socratem cicuta abſumſit. Gatak.*

eſt inane. ſin ſenſu cariturus ſis, deſines voluptatibus ac doloribus distineri; deſines vaſi tanto deteriori inſeruire. an non enim præſtantius eſt id, quod inſeruit? quum alter mens et genius, alter limus et ſanies ſit.

4. Quod ſupereſt vitæ reliquum, ne conteras in cogitationibus de rebus alienis, niſi ſi quid ad communem vtilitatem ſpectauerit; puta, cogitando, quid iſte vel ille agat, et quorſum *hoc vel illud agat*, quid loquatur, quid cogitet, quid machinetur, et cetera. etenim operis alieni obſeruatio, a mentis propriæ cuſtodia cogit euagari. oportet itaque in cogitationum ſerie fruſtraneum et ſuperfluum omne declinare: curioſum autem et malignum multo ma-

κενὸν, οὐδὲ ἐκεῖ. εἰ δὲ ἐν ἀναισθησίᾳ, παύσῃ πόνων καὶ ἡδονῶν ἀνεχόμενος, καὶ λατρεύων τοσούτῳ χείρονι 1 τῷ ἀγγείῳ. 2 ἢ περίεστι τὸ ὑπηρετοῦν· τὸ μὲν γὰρ νοῦς καὶ δαίμων, τὸ δὲ γῆ καὶ λύθρος.

δʹ. Μὴ καταλείψης τὸ ὑπολιπόμενον τοῦ βίου μέρος ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις, ὁπόταν μὴ τὴν ἀναφορὰν ἐπί τι κοινωφελὲς ποιῇ. 3 ἤτοι γὰρ ἄλλου ἔργου στέρῃ, τουτέστι φανταζόμενος τί ὁ δεῖνα πράσσει, καὶ τίνος ἕνεκεν, καὶ τί λέγει, καὶ τί ἐνθυμεῖται, καὶ τί τεχνάζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ποιεῖ ἀποῤῥέμβεσθαι τῆς τοῦ ἰδίου ἡγεμονικοῦ παρατηρήσεως. χρὴ μὲν οὖν καὶ τὸ εἰκῆ καὶ μάτην ἐν τῷ εἱρμῷ τῶν φαντασιῶν περιΐστασθαι, πολὺ δὲ μάλιστα τὸ περίεργον,

1 Corpus ἀγγεῖον ſiue *vaſculum* appellat, quomodo σκεῦος *Apoſt.* ad *Theſſ. ep.* 1. c. 4. v. 4. et *Cicero* Tuſc. l. 1. *Corpus eſt quaſi vas animi aut aliquod receptaculum. Gatak.*

2 Locus procul dubio perperam habitus. Legendum opinor vel οὗ περίεστι, *quo illud, quod inſeruit, præſtantius eſt*: vel ἢ (οὐ) περίεστι τὸ ὑπηρετοῦν; *annon præſtantius eſt id, quod inſeruit? Gatak.*

3 Lego ἤτοι γὰρ (vel ἢ γὰρ τοῦ) ἄλλου ἔργου τήρησις, τουτέστι, φανταζόμενος rel. quod quidem σολοικοφανὲς eſſe videtur, locutionis tamen genus nec *Marco* noſtro, nec aliis ſcriptoribus inſolens. vide ad l. 4. 48. Poteſt tamen tota pericoche ita concipi: Μὴ κατατρίψῃς τὸ ὑπολιπόμενον τοῦ βίου μέρος ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις· τουτέστι, φανταζόμενος τί ὁ δεῖνα πράσσει, καὶ τίνος ἕνεκεν, καὶ τί λέγει, καὶ τί ἐνθυμεῖται, καὶ τί τεχνάζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἡ γὰρ τοῦ ἄλλου ἔργου τήρησις, ποιεῖ ἀποῤῥέμβεσθαι rel. *Gatak.*

ἔργον, καὶ κακόηθες· καὶ ἐθιστέον ἑαυτὸν, μόνα φαντάζεσθαι, περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω διανέροιτο, τί νῦν διανοῇ; μετὰ παῤῥησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο, ὅτι τὸ καὶ τό· ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς δῆλα εἶναι ὅτι πάντα ἁπλᾶ καὶ εὐμενῆ, καὶ ζώου κοινωνικοῦ, καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν, ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων, ἢ φιλονεικίας τινὸς, ἢ βασκανίας καὶ ὑποψίας, ἢ ἄλλου τινὸς, ἐφ' ᾧ ἐρυθριάσειας ἐξηγούμενος, ὅτι ἐν νῷ αὐτὸ εἶχες. ὁ γάρ τοι ἀνὴρ ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἔτι ὑπερτιθέμενος, τὸ ὡς ἐν ἀρίστοις ἤδη εἶναι, [1] ἱερεύς τις καὶ ὑπουργὸς θεῶν, χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτοῦ, ὃ παρέχεται τὸν ἄνθρωπον ἄχραντον ἡδονῶν, ἄτρωτον ὑπὸ παντὸς πόνου, [2] πάσης ὕβρεως ἀνέπαφον, πάσης [3] ἀναίσθητον πονηρίας, ἀθλητὴν

gis: adſuefacere vero te debes, vt ea dumtaxat cogites, de quibus, ſi quis ſubito te requiſiuerit, quid nunc in animo verſas, libere ſtatim reſpondere queas, iſtud vel illud: vnde palam fiat extemplo, eſſe omnia *apud te* ſimplicia beneuolaque, animalis ſicut ſocialis, et cogitationes omnes neglectim habentis, quæcumque voluptatem aut luxum vllo modo reſpiciant; aut æmulationem etiam, aut inuidentiam et ſuſpicionem, aut aliud quidlibet, de quo proloqui pudeat, hoc te vel illud in animo habuiſſe. Vir ita compoſitus, quo minus in optimorum numero cenſeatur, iam nihil eſt, quum deorum ſacerdos ac miniſter quidam exſiſtat, eoque, quod intra ſe gerit, numine, rite vtatur, quod hominem *vtique* præſtat intaminatum voluptatibus, dolore omni illæſum, contumelia intactum, improbitatis ne ſentien-

1 *Stobæus Tom.* 1. l. 2. de Stoicis: Λέγουσι δὲ καὶ ἱερέα μόνον εἶναι τὸν σοφὸν, φαῦλον δὲ μηδένα. et *Porphyr.* de abstinent. l. 2. Ὁ ὄντως φιλόσοφος, τοῦ ἐπὶ πᾶσιν Θεοῦ ἱερεύς. ita viri ſancti in ſacra pagina nuncupantur, Βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ *Apocal.* 1. 6. et 5. 10. *Gatak.*

2 *Iniuria* ſiue *contumelia intactus.* Siquidem iniuria ad ſapientem non peruenit. *Vid. Senecam de conſtant. ſap.* c. 5. *Gatak.*

3 *Improbitatis*, alienæ ſc. *ne ſenſu quidem vllo adfectus.* h. e. aduerſus eam perinde adfectus, ac qui ne ſentiat quidem. *Gatak.*

tientem quidem; certaminis præſtantiſſimi, ne ab adfectu ſcilicet vllo ſubuertatur, athletam; iuſtitia penitus imbutum; ex animo prorſus amplexantem, quæcumque ex lege diuina illi attributa contigerint: qui raro admodum, nec citra magnam aliquam atque in commune vtilem occaſionem aduertat, quid alius quispiam dicat, faciat, cogitet. ſuis enim dumtaxat agendis intentus eſt; ſibique ab vniuerſo deſtinata cogitat adſidue: et illa quidem honeſta præſtat, iſta optima eſſe perſuaſum habet. ſors enim vnicuique adſignata et conducit ei, et in eum finem eſt eidem collata. meminit etiam, cognatum eſſe rationale omne: et naturæ ipſius humanæ rationem ab vnoquoque hoc exigere, vt hominum quorumuis curam habeat. porro, nec a quibuslibet exiſtimationem eſſe amplectendam; ſed ab eis tantum, qui naturæ conſentaneam vitam agunt. qui ſecius viuunt, quales ſint

ἀθλου τοῦ μεγίστου, τοῦ ὑπὸ μηδενὸς πάθους καταβληθῆναι, δικαιοσύνῃ βεβαμμένον εἰς βάθος, ἀσπαζόμενον μὲν ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα πάντα· μὴ πολλάκις δὲ, μηδὲ χωρὶς μεγάλης καὶ κοινωφελοῦς ἀνάγκης φανταζόμενον, τί ποτε ἄλλος λέγει, ἢ πράσσει, ἢ διανοεῖται. μόνα γὰρ τὰ ἑαυτοῦ πρὸς ἐνέργειαν ἔχει, καὶ τὰ ἑαυτῷ ἐκ τῶν ὅλων συγκλωθόμενα διηνεκῶς ἐννοεῖ· κἀκεῖνα μὲν καλὰ παρέχεται, ταῦτα δὲ ἀγαθὰ εἶναι πέπεισαι. ἡ γὰρ ἑκάστῳ νεμομένη μοῖρα 1 συνεμφέρεταί τε καὶ συνεμφέρει. μέμνηται δὲ, καὶ ὅτι συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν· καὶ ὅτι κήδεσθαι μὲν πάντων ἀνθρώπων κατὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν ἐστίν. δόξης δὲ οὐχὶ τῆς παρὰ πάντων ἀνθεκτέον, ἀλλὰ τῶν ὁμολογουμένως τῇ φύσει βιούντων μόνον. οἱ δὲ μὴ οὕτως βιοῦντες, ὁποῖοί

τινες

1 Locus obſcurus, eoque magis, quod vocabula iſta nusquam alibi deprendiſſe meminerim. Forſan tamen hoc voluit, *et præſcriptum eſt*, a mundi nimirum adminiſtratore Deo, *et conducit etiam*, vt idem ſit τὸ συνεμφέρει quod τὸ συμφέρει; vel, *et in nos infertur, et nos etiam ſecum fert*, eo nimirum, quo deſtinamur. *Gatak.*

1 *Seneca*

τινες οἴκοι τε καὶ ἔξω τῆς οἰκίας, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, οἷοι μεθ' οἵων φύρωνται, μεμνημένος διατελεῖ. οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸν παρὰ τῶν τοιούτων ἔπαινον ἐν λόγῳ τίθεται, 1 οἵγε οὐδὲ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀρέσκονται.

ε΄. Μήτε ἀκούσιος ἐνέργει, μήτε ἀκοινώνητος, μήτε ἀνεξέταστος, μήτε ἀνθελκόμενος· μήτε κομψεία τὴν διάνοιάν σου καλλωπιζέτω· μήτε πολυῤῥήμων, μήτε 2 πολυπράγμων ἔσο. ἔτι δὲ 3 ὁ ἐν σοὶ θεὸς ἔστω προστάτης ζώου ἄῤῥενος, καὶ πρεσβύτου, καὶ πολιτικοῦ, καὶ Ῥωμαίου, καὶ ἄρχοντος, ἀνατεταχότος ἑαυτὸν, οἷος ἂν εἴη τις περιμένων τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ τοῦ βίου 4 εὔλυτος. μήτε ὅρκου δεόμενος, μήτε ἀνθρώπου τινὸς μάρτυρος. 5 ἐν δὲ τὸ φαι-

domi, quales foris, quomodo noctu, quomodo interdiu ſe gerant, quales cum qualibus volutentur, in memoria habet. itaque laudem illorum nihili pendit, qui ne ſibi quidem ipſis placent.

5. Neque inuitus *quidquam* agas, neque ſocietatis communis immemor, nec, niſi re probe prius explorata, adgresſus, nec *adſectibus* abreptus. ſed nec ſenſus tuos exornet ſermonis elegantia; nec dictionis multæ fueris, nec negotii multi auidus. faxis vero, vt qui in te reſidet Deus, præſes ſit animantis masculi, ætate prouecti, reipub. ſtudioſi, Romani, principis; qui ita ſe compoſuerit, vt qui promtus decedere, claſſicum dumtaxat, quo e vita auocetur, exſpectet. quique nec iuramento proprio, nec alius cuiusquam teſtimonio opus habeat. porro, vultus adſit hilaris, ani-

1 *Seneca epiſt. 9. Niſi ſapienti ſua non placent, omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui.* et *Ariſtot. Ethic.* l. 9. c. 4. Διαφέρονται ἑαυτοῖς οἱ φαῦλοι, καὶ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλονται. *Gatak.*

2 Vide L. 4. c. 24. De ſapientibus ex Stoicorum ſenſu *Laert.* l. 7. in *Zenon.* Ἀπράγμονάς τε εἶναι. ἐκκλίνειν γὰρ τὸ καθῆκον. *Gatak.*

3 Vide ad l. 2. 13.

4 Forſan εὐλύτως, vt infra, c. 7. εὐλύτως ἄπεισι. *Gatak.*

5 Vitioſa procul dubio ſcriptura. exiſtimauerim legi poſſe ἓν δὲ, vel, quia id forſan poetarum eſt peculiare, ἔνι δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἔνεστι δὲ, vel quia moniti ſeu præcepti rationem præcedentia habent, ἐνῇ δὲ, aut ἐνέστω δέ. *Gatak.*

animusque ita comparatus, vt nec externo aliquo indigeas miniſterio, nec tranquillitate ea, quam ab aliis ſuppeditari necesſe ſit. rectum denique, non ſurrectum, esſe oportet.

6. Si quid in vita humana deprehenderis præſtabilius iuſtitia, veritate, temperantia, fortitudine, et, vt vno verbo abſoluam omnia, animo ita adfecto, vt in eis, quæ ſecundum rationis dictamen peragenda ſunt, ſibimet ipſimet ipſi, in eis, quæ citra conſilii proprii opem obueniunt, fato adquieſcat: ſi quid, inquam, præſtantius hoc aduerteris, eo te vertas, eodemque tamquam bono præſtantisſimo, quo fruaris, toto animo fac incumbas. ſin præſtabilius nihil offenderis, genio in te collocato, quum ita fuerit comparatus, vt motus ſuos omnes ſibi ſubiecerit, et viſa quæque diligenter exploret, et a ſenſuum adfectionibus, quod Socrates dicebat, ſeſe abſtraxerit, deis autem ſe regendum permiſerit, hominibusque quibusuis curam lubens impendat: ſi animo ſic adfecto inferiora vilioraque cetera omnia deprehendis,

δρὸν, καὶ τὸ ἀπροσδεὲς τῆς ἔξωθεν ὑπηρεσίας, καὶ τὸ ἀπροσδεὲς ἡσυχίας, ἣν ἄλλοι παρέχουσιν. ὀρθὸν οὖν εἶναι χρὴ, οὐχὶ ὀρθούμενον.

ϛʹ. Εἰ μὲν κρεῖττον εὑρίσκεις ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σωφροσύνης, ἀνδρείας, καὶ καθάπαξ τοῦ ἀρκεῖσθαι ἑαυτῇ τὴν διάνοιάν σου ἐν οἷς κατὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν πράσσοντά σε παρέχεται, καὶ 1 ἐν τῇ εἱμαρμένῃ, ἐν τοῖς ἀπροαιρέτως ἀπονεμομένοις· εἰ τοῦτο, φημὶ, κρεῖσσόν τι ὁρᾷς, ἐπ᾽ ἐκεῖνο ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τραπόμενος, τοῦ ἀρίστου εὑρισκομένου ἀπόλαυε. εἰ δὲ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτοῦ τοῦ ἐνιδρυμένου ἐν σοὶ δαίμονος, τάς τε ἰδίας ὁρμὰς ὑποτεταχότος ἑαυτῷ, καὶ τὰς φαντασίας ἐξετάζοντος, καὶ τῶν αἰσθητικῶν πείσεων, ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, ἑαυτὸν ἀφειλκυκότος, καὶ τοῖς θεοῖς ὑποτεταχότος ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἀνθρώπων προκηδομένου· εἰ τούτου πάντα τὰ ἄλλα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα εὑρίσκεις

5 E. illud abesſe debere putat *Gatak.*

1 Lege

ρίσκεις, μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ, πρὸς ὃ ῥέψας ἅπαξ καὶ ἀποκλίνας, οὐκ ἔτι ἀπερισπάστως τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖνο τὸ ἴδιον καὶ τὸ σὸν προτιμᾷν δυνήσῃ· ἀντικαθῆσθαι γὰρ τῷ λογικῷ καὶ 1 ποιητικῷ ἀγαθῷ, οὐ θέμις, οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἑτερογενὲς, οἷον τὸν παρὰ πολλῶν ἔπαινον, ἢ ἀρχὰς, ἢ πλοῦτον ἢ ἀπολαύσεις ἡδονῶν. πάντα ταῦτα, κἂν πρὸς ὀλίγον ἐναρμόζειν δόξῃ, κατεκράτησεν ἄφνω, καὶ παρήνεγκεν. σὺ δὲ, φημὶ, ἁπλῶς καὶ ἐλευθερίως ἑλοῦ τὸ κρεῖττον, καὶ τούτου ἀντέχου. κρεῖττον δὲ τὸ συμφέρον, εἰ μὲν τὸ ὡς λογικῷ, τοῦτο τήρει· εἰ δὲ τὸ ὡς ζώῳ, ἀπόφηναι, καὶ 2 ἀτύφως φύλασσε τὴν κρίσιν μόνον, ὅπως ἀσφαλῶς τὴν ἐξέτασιν ποιήσῃ.

ζʹ. Μὴ τιμήσῃς ποτὲ ὡς σύμφέρον σεαυτοῦ, ὃ ἀναγκάσει σέ ποτε τὴν πίστιν παραβῆναι, τὴν

nulli alii rei cuiquam locum concedas, ad quam animo deuergente ſi inclinaueris quidquam, bonum illud proprium et peculiariter tuum, quo minus libere colas præferasque, obſtabit: bono ſiquidem rationali et publicum ſpectanti nihil extraneum ex aduerſo conſiſtere fas eſt; vulgi, puta, exiſtimationem, principatus, diuitias, aut vitam voluptuariam. hæc enim omnia, ſi vel minimum conuenire viſa fuerint, præualebunt confeſtim, et abripient te. at tu ſimpliciter libereque id, quod præſtantius eſt, eligito, eique ſtrenue adhæreſcito. præſtat autem id, quod conducit. itaque ſi *conducere tibi videbitur*, quatenus ratione præditus es, retineas; ſin, quatenus animatus es tantum, repudies; iudiciumque, quo minus externa rerum facie ſpecieque corrumpatur, integrum ſeruare curæ ſit, quo rerum examen exquiſitius inſtituas.

7. Nihil vmquam in pretio pro vtili habeas, quod eo te adigat, vt fidem fallas, modeſtiam

1 Lego πολιτικῷ, quum codices excuſi perperam ποιητικῷ habeant. Sic enim l. 7. 72. ἡ λογικὴ καὶ πολιτικὴ δύναμις. et l. 10. 2. ἔστι δὲ τὸ λογικὸν εὐθὺς καὶ πολιτικόν. *Gatak.*

2 Ἀτύφον mauult *Gatak.*

ſtiam deſeras, oderis quemquam, ſuſpectum habeas, exſecreris, ſimules, appetas quidquam, quod parietes circumiectos velamentaque deſideret. qui enim mentem geniumque eumdem ſuum, et virtutis huiusce ritus ſacros, ceteris omnibus antetulerit, is tragœdiam nullam excitat, non ingemiſcit, non ſolitudine, non frequentia opus habet: quod eſt maximum, victurus eſt, *mortis* nec appetens, nec metuens: quin nec tantillum intereſſe cenſebit, ſpatio temporis prolixiore an contractiore anima ſua corpore incluſa vtatur: vtpote qui, ſi ſtatim demigrandum fuerit, perinde promtus ſit decedere, ac aliud quid agere, quod modeſte et decore agi oporteat. hoc autem vnum per vitam totam cauet religioſe, ne mens ſibi quidquam eorum ſubterfugiat, quæ animantis rationalis et ciuilis propria ſunt munera.

αἰδῶ ἐγκαταλιπεῖν, μισῆσαί τινα, ὑποπτεῦσαι, καταράσασθαι, ὑποκρίνασθαι, ἐπιθυμῆσαί τινος τοίχων καὶ παραπετασμάτων δεομένου. ὁ γὰρ τὸν ἑαυτοῦ νοῦν καὶ δαίμονα, καὶ τὰ 1 ὄργια τῆς τούτου ἀρετῆς προελόμενος, τραγῳδίαν οὐ ποιεῖ, οὐ στενάζει, οὐκ ἐρημίας, οὐ πολυπληθείας 2 δεήσεται· τὸ μέγιστον, ζήσει, 3 μήτε διώκων, μήτε φεύγων· πότερον δὲ ἐπὶ πλέον διάστημα χρόνου τῷ σώματι περιεχομένῃ τῇ ψυχῇ, ἢ ἐπ᾽ ἔλασσον χρήσεται, οὐδ᾽ ὁτιοῦν αὐτῷ μέλει· κἂν γὰρ ἤδη ἀπαλλάσσεσθαι δέῃ, οὕτως εὐλύτως ἄπεισιν, ὡς ἄλλο τι τῶν αἰδημόνως καὶ κοσμίως ἐνεργεῖσθαι δυναμένων ἐνεργήσεων· τοῦτο μόνον παρ᾽ ὅλον τὸν βίον εὐλαβούμενος, τὸ τὴν διάνοιαν ἔν τινι τῶν οἰκείων νοεροῦ πολιτικοῦ ζώου 4 τροπῇ γενέσθαι.

η΄. Οὐ-

1 A myſteriis ethnicis translatio. ἔργια *Edit. Lugd.* male, nec melius *adnotator* ἔργα. *Gatak.*

2 Δεήσεται *Lugd.* quod et mauult *Gatak.*

3 Aliquid deeſſe videtur, quod ſic ſupplet *Gatak.* (τὸν Θάνατον) μήτε διώκων μήτε φεύγων.

4 *Adnot. Lugd.* τρόπῳ. atque ita prorſus accipit interpres vterque. Sed falſus vterque: τροπὴ ſiquidem hic *fuga*; et ἐν τροπῇ γενέσθαι *in fuga eſſe*, i. e. *fugere, ſubterfugere.* metaphora ab iis, qui τρεπόμενοι in prœlio ſuperati *in fugam vertuntur.* Gatak.

1 Απο-

ή. Οὐδὲν ἂν ἐν τῇ διανοίᾳ τȣ̃ κεκολασμένȣ καὶ ἐκκεκαθαρμένȣ πυῶδες, ȣ̓δὲ μὴν μεμολυσμένον, ȣ̓δὲ ὕπȣλον εὕροις. ȣ̓δὲ ἀσυντελῆ τὸν βίον αὐτȣ̃ ἡ πεπρωμένη καταλαμβάνει, ὡς ἄν τις εἴποι τὸν τραγῳδὸν, πρὸ τȣ̃ τελέσαι καὶ διαδραματίσαι, ἀπαλλάττεσθαι. ἔτι δὲ ȣ̓δὲν δȣ̃λον, ȣ̓δὲ κομψὸν, ȣ̓δὲ προσδεδεμένον, ȣ̓δὲ 1 ἀπεσχισμένον, ȣ̓δὲ ὑπεύθυνον, ȣ̓δὲ ἐμφωλεῦον.

θ'. Τὴν ὑποληπτικὴν δύναμιν σέβȣ. ἐν ταύτῃ τὸ πᾶν, ἵνα ὑπόληψις τῷ ἡγεμονικῷ σȣ̃ μηκέτι ἐγγένηται 2 ἀνακόλȣθον τῇ φύσει, καὶ τῇ τȣ̃ λογικȣ̃ ζώȣ κατασκευῇ. αὕτη δὲ 3 ἐπαγγέλλεται 4 ἀπροπτωσίαν, καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπȣς οἰκείωσιν, καὶ τὴν τοῖς θεοῖς ἀκολȣθίαν.

8. In hominis caſtigati atque expurgati animo, nihil ſuppurati, nihil impuri, nihil ſubdoli offendas. neque vero vitam huius non conſummatam fatum vnquam abruperit, perinde ac ſi tragœdum dixerit, quis ante fabulam peractam ſcena ceſſiſſe. quin nec ſeruile quidpiam in eodem aut adfectatum deprehendas, aut addictum, aut abſciſſum, aut quod cenſuram refugiat, aut quod latebras requirat.

9. Facultatem opinatricem venerare. in hoc enim ſita ſunt omnia, vt menti tuæ nulla inſit cogitatio, quæ vel naturæ, vel animantis ratione præditi conditioni non ſit conſentanea. poſtulat autem iſta, vt nihil temere ſtatuamus, vt hominibus beneuoli, deisque obſequentes ſimus.

10. Miſſis

1 Ἀποσχίζει ἑαυτὸν, ὁ μὴ θέλων τὸ συμβαῖνον, ἢ ὁ ἀκοινώνητόν τι πράσσων, vt explicat l. 8. c. 34.

2. Ἀνακόλȣθος *Lugd.* quod amplectitur *Gatak.*

3 *Illius autem eſt munus* vertit *Xyland.* malim, *poſtulat autem,* ſiue exigit iſta. ſic enim *Suid.* ἐπαγγέλλεται, ἀξιοῖ. *Gatak.*

4 Ἀπροπτωσίαν definit *Zeno* apud *Laert.* l. 7. ἐπιστήμην τȣ̃ πότε δεῖ συγκατατίθεσθαι, καὶ μή. Eſt igitur ἡ ἀπροπτωσία, ſiue (vt l. 4. 49. et 8. 55.) τὸ ἀπρόπτωτον *a temere adſentiendi procliuitate ac præcipitantia immunitas.* eodem fere ſenſu occurrit hoc verbum apud *Plutarchum, Stobæum* et *Arrianum* in *Epictet.* Fallitur ergo *Budæus* (et eum ſecutus *Stephanus*) quum legi vult ἀπροσπτωσίαν. *Gatak.*

1 Præ-

10. Miſſis itaque rebus ceteris, pauca iſta apud te habeas: memineriſque inſuper, vnumquemque præſens tantummodo ætatis ſpatium, quod puncti inſtar obtinet, viuere: reliquum tempus, vel *iam* exactum, vel in incerto plane *ſitum*. exiguum eſt itaque, quod viuit quiſque; exiguus et telluris, in quo vitam agit, angulus: exiguum quiddam, quæ et diutiſſime prorogatur, poſtuma fama; eoque homuncionum morti celerrime concedentium, qui ne ſeipſos probe norint, nedum iam olim defunctum quempiam, ſucceſſionibus propagata.

11. Eis, quæ dixi, monitis ſalutaribus iſtud vnum adiectum ſit, vt definitio ſiue deſcriptio fiat ſemper rei illius, quæ ſub cogitationem cadit: quo ipſa per ſe nuda ex natura ſui, eademque integra, per partes ſui vniuerſas, quale quid ſit, diſtincte poſſis diiudicare; vtque apud te perpendas, et quodnam ſit nomen eius, quæque eorum,

ι΄. Πάντα οὖν ῥίψας, ταῦτα μόνον τὰ ὀλίγα σύνεχε· καὶ ἔτι συμμνημόνευε, ὅτι μόνον ζῇ ἕκαστος τὸ παρὸν τοῦτο, τὸ ἀκαριαῖον· τὰ δὲ ἄλλα, ἢ βεβίωται, ἢ ἐν ἀδήλῳ· μικρὸν μὲν οὖν ὃ ζῇ ἕκαστος, μικρὸν δὲ τὸ τῆς γῆς γωνίδιον ὅπου ζῇ· μικρὸν δὲ καὶ ἡ μηκίστη ὑστεροφημία, καὶ αὐτὴ δὴ κατὰ διαδοχὴν ἀνθρωπαρίων τάχιστα τεθνηξομένων, καὶ οὐκ εἰδότων οὐδὲ ἑαυτοὺς, οὔτέ γε τὸν πρόπαλαι τεθνηκότα.

ια΄. Τοῖς δὲ εἰρημένοις 1 παραστήμασιν ἓν ἔτι προσέστω, τὸ ὅρον ἢ ὑπογραφὴν ἀεὶ ποιεῖσθαι τοῦ ὑποπίπτοντος φαντασοῦ, ὥστε αὐτὸ ὁποῖόν ἐστι κατ᾽ οὐσίαν γυμνὸν, ὅλον δι᾽ ὅλων διῃρημένως βλέπειν· καὶ τὸ ἴδιον ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὰ ὀνόματα ἐκείνων, ἐξ ὧν συνεκρίθη, καὶ εἰς ἃ ἀναλυθήσεται, λέγειν

1 *Præceptis* vertit *Xyland.* ac ſi παρακελεύσμασι vel παραινέμασι legiſſet. *M. Caſaub. auxiliis*, quo ſenſu παράστημα nusquam occurrit: quia tamen παρίστασθαι eſt βοηθεῖν, *adeſſe, auxiliari*, fieri poteſt, vt *Marcus* παραστήματα hic dixerit, quæ infra βοηθήματα l, 4. c. 50. Poteſt forſitan et *documentis* reddi: nam παράστασιν quod eiusdem eſt originis, etiam pro *documento* ſumi quandoque, docet *Budæus*. *Gatak.*

1 Vide

λέγειν παρ' ἑαυτῷ. οὐδὲν γὰρ οὕτως μεγαλοφροσύνης ποιητικὸν, ὡς τὸ ἐλέγχειν ὁδῷ καὶ ἀληθείᾳ ἕκαστον τῶν τῷ βίῳ ὑποπιπτόντων δύνασθαι, καὶ τὸ ἀεὶ οὕτως εἰς αὐτὰ ὁρᾷν, ὥστε συνεπιβάλλειν ὁποίῳ τινὶ τῷ κόσμῳ, ὁποίαν τινὰ τοῦτο χρείαν παρεχόμενον, τίνα μὲν ἔχει ἀξίαν ὡς πρὸς τὸ ὅλον, τίνα δὲ ὡς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, 1 πολίτην ὄντα πόλεως τῆς ἀνωτάτης, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις ὥσπερ οἰκίαι εἰσίν· τί ἐστι, καὶ ἐκ τίνων συγκέκριται, καὶ πόσον χρόνον πέφυκε παραμένειν τοῦτο, τὸ τὴν φαντασίαν μοι νῦν ποιοῦν· καὶ τίνος ἀρετῆς πρὸς αὐτὸ χρεία, οἷον ἡμερότητος, ἀνδρείας, ἀληθείας, πίστεως, ἀφελείας, 1 αὐταρκείας, τῶν λοιπῶν· διὸ δεῖ ἐφ' ἑκάστου λέγειν, τοῦτο μὲν παρὰ θεοῦ ἥκει· τοῦτο δὲ κατὰ τὴν σύλληξιν, καὶ τὴν συμμηρυομένην σύγκλωσιν, καὶ τὴν τοιαύτην σύντευξίν τε καὶ τύχην· τοῦτο δὲ παρὰ τοῦ συμφύλου καὶ συγγενοῦς

ex quibus conſtat, et in quæ futurum eſt, vt reſoluatur denuo, nomina. nihil enim perinde magnanimitatem ingenerat, atque expedite vereque diſcutere poſſe vnumquodque eorum, quæ in vita contingunt; eademque ſic intueri ſemper, vt mentem ſimul ſubeat, quali mundo qualem vſum hoc præbeat; quamnam vniuerſi reſpectu dignitatem obtineat; quamnam, hominem quod attinet, qui ciuem agit ciuitatis ſupernæ illius, cuius reliquæ ciuitates iſtæ quaſi familiæ exſiſtunt: quidnam ſit, et ex quibusnam principiis conſiſtat, et quamdiu durare natum ſit, quod phantaſiam mihi adficit impræſentiarum: quanam item virtute aduerſus rem eam ſit vſus; manſuetudine, puta, fortitudine, veritate, fide, ſimplicitate, frugalitate, an alia aliqua. De ſingulis ergo rebus dicendum eſt; hoc diuinitus venit; hoc a fati ſerie connexa contextaque, vel a concurſu fortuito iſtiusmodi: hoc a contribuli, congenere, ſodale; qui ipſe,

1 Vide ad lib. 2.16.

2 *Ex qua totus ex me aptus ſum* vertit *Xyland. æquanimitate, Caſaub.* ego, *frugalitate:* ita *Polybius* vſurpauit *Budæo* referente, Ἄξιος ὁ ἀνὴρ ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι, μάλιστα δὲ τῆς αὐταρκείας τοῦ βίου. *frugalitatis nomine cum primis. Gatak.*

ipſe quidem, quid naturæ ſuæ conſentaneum ſit, neſcit. ceterum ego, quum norim, ideo aduerſus illum beneuole iuſteque me gero, iuxta ſocietatis legem a natura latam: interim tamen in mediis iſtis pro rei cuiusque æſtimatione rationem eiusdem habeo.

12. Si rationi rectæ obſecutus id, quidquam eſt, quod iam inſtat, ſedulo, ſtrenue, placide egeris, nec extra opus inſtitutum acceſſorium aliquid *reſpexeris*; ſed genium tuum purum integrumque ſeruaueris, ac ſi illum ſtatim redditurus eſſes: huic, *inquam*, ſi adhæſeris, nihil vlterius exſpectans, nihil fugitans: ſed quod præ manibus eſt, iuxta naturæ dictamen agere, et in dictis quibusque animo heroico veritatem libere proloqui contentus, proſpere plane victurus es. hoc autem quin facias, qui impediat, nullus eſt.

13. Quemadmodum chirurgi inſtrumenta et ferramenta

καὶ κοινωνοῦ, ἀγνοοῦντος μέντοι ὅτι τί αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐστίν. ἀλλ᾽ ἐγὼ οὐκ ἀγνοῶ. διὰ τοῦτο χρῶμαι αὐτῷ κατὰ τὸν τῆς κοινωνίας φυσικὸν, εὐνόως, καὶ δικαίως· ἅμα μέντοι 1 τοῦ κατ᾽ ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συστοχάζομαι.

ιβ´. Ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῇς, ἑπόμενος τῷ ὀρθῷ λόγῳ ἐσπουδασμένως, ἐῤῥωμένως, εὐμενῶς, καὶ μηδὲν 2 παρεμπόρευμα, ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα καθαρὸν ἑστῶτα τηρῇς, ὡς εἰ καὶ ἤδη ἀποδοῦναι δέοι· ἐὰν 3 τοῦτο συνάπτῃς, μηδὲν περιμένων, μηδὲ φεύγων, ἀλλὰ τῇ παρούσῃ κατὰ φύσιν ἐνεργείᾳ, καὶ τῇ ὧν λέγεις καὶ φθέγγῃ, ἡρωϊκῇ ἀληθείᾳ ἀρκούμενος, εὐζωήσεις. ἔστι δὲ οὐδεὶς ὁ τοῦτο κωλῦσαι δυνάμενος.

ιγ´ Ὥσπερ οἱ ἰατροὶ ἀεὶ τὰ ὄργανα καὶ σιδήρια πρόχειρα ἔχουσι

1 Τῷ καλῷ, h. e. *boneſto*, vtpote quod *ſummum*, immo *ſolum bonum* cenſebant, μεγίστην ἀξίαν tribuebant Stoici. Cetera omnia, etiamſi pro μέσοις h. e. *adiaphoris* ducerent, quædam tamen ex iis in pretio atque æſtimatione aliqua habebant, quæ ideo προηγμένα, vocabulo a *Zenone* excogitato, i. e. *producta*, (vt *Senec.* ep. 74.) *promota* ſiue *propoſita* (vt *Cicero de fin.* l. 3.) nuncupabant. *Gatak.*

2 Deeſſe videtur verbum aliquod, ποιῇ puta, vel ἐπιζητῇς. *Gatak.*

3 Τούτῳ *Mer. Caſaub.* quod ſequitur *Gatak.*

1 Vide

τι πρὸς τὰ αἰφνίδια τῶν ϰπευμάτων· ἔτω τὰ δόγ- ια σὺ ἕτοιμα ἔχε πρὸς τὸ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα εἰδέ- καὶ πᾶν καὶ τὸ μικρότα- ἔτω ποιεῖν, ὡς τῆς ἀμφο- ον πρὸς ἄλληλα συνδέσεως νημένον. ὅτε γὰρ ἀνθρώ- ν τι ἄνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα ναφορᾶς εὖ πράξεις, ὅτε αλιν.

δ'. Μηκέτι πλανῶ· ὅτε τὰ ὑπομνημάτιά σϐ μέλ- ἀναγινώσκειν, ὅτε τὰς ἀρχαίων Ῥωμαίων καὶ Ἑλ- ων πράξεις, καὶ τὰς ἐκ τῶν γραμμάτων ἐκλογάς, ἃς ὸ γῆρας σαυτῷ ἀπετίθε- σπεῦδε ὖν ἐς τέλος, καὶ κενὰς ἐλπίδας ἀφεὶς, σαυ- βοήθει, εἴ τί σοι μέλει σε- ϐ· ὡς ἔξεστιν.

ε'. Οὐκ ἴσασι, πόσα ση- νει τὸ κλέπτειν, τὸ σπεί- , τὸ ὠνεῖσθαι, τὸ ἡσυχά- , τὸ ὁρᾷν τὰ πρακτέα, ὃ ὀφθαλμοῖς γίνεται, ἀλλ' ᾳ τινὶ ὄψει.

ις'. 1 Σῶμα, ψυχὴ, νϐς· σώ- τος αἰσθήσεις, ψυχῆς ὁρμαὶ,

ſua ad curationes ſubitaneas ſemper habent ad manum: ita tu dogmata in promtu apud te habeas, quorum ope res quum diuinas tum et humanas dignoſcas; et rem quamque, etiam leuisſimam, ita peragas, vt qui memineris, duo iſta eſſe inuicem connexa. neque enim, homines quod ſpectat, quidquam recte egeris, ſine habito ad res diuinas reſpectu; nec vice verſa.

14. Ne diutius euageris: neque enim futurum eſt, vt commentarios tuos perlegas, aut Romanorum ac Græcorum priſcorum res geſtas, aut ex auctoribus *variis* excerpta, quæ, quo in ſenectute vſui tibi eſſent, repoſuiſti: ad finem itaque feſtina, et ſpes vanas mittens, ſi rationem tui vllam habes, tibi conſule; quod licet.

15. Neſciunt, quam variæ ſignificationis ſint vocabula iſta, furari, ſerere, emere, quieſcere, quid facto opus eſt videre, quod quidem non oculis corporeis, ſed viſu quodam aliusmodi efficitur.

16. Corpus, anima, mens: corporis ſenſus ſunt, animæ adfectus

1 Vide ad l. 2. c. 2.

adfectus, mentis decreta, viſorum imagines admittere, etiam pecudum commune eſt: adfectibus tamquam fidiculis agitari, atque abripi, feris quoque competit: et effeminatis, et Phalaridi, et Neroni, et deos negantibus, et patriam deſerentibus, et, poſtquam fores ſibi occluſerint, quidlibet perpetrantibus. Si cetera ergo eorum, qui iam dicti ſunt, communia fuerint, reſtat, vt viri boni hoc ſit peculiare, in eis, quæ officii ſui eſſe videbuntur, mentis ductum ſequi, et fatis voluentibus caſus vitæ intextos luben-ter amplexari; genium vero, intra ſe in pectore ſitum, nec polluere, nec viſorum congerie perturbare, ſed placidum ſeruare; huic tamquam deo, decenter obſequi, nihil a veritate alienum proloquendo, nihil a iuſtitiæ ratione deuium exſequendo. Quod ſi

νοῦ δόγματα. τὸ μὲν τυποῦσθαι φανταστικῶς, καὶ τῶν βοσκημάτων· τὸ δὲ νευροσπαστεῖσθαι ὁρμητικῶς, καὶ τῶν θηρίων καὶ τῶν 1 ἀνδρογύνων, καὶ Φαλάριδος, καὶ 2 Νέρωνος· τὸ (δὲ) τὸν νοῦν ἡγεμόνα ἔχειν ἐπὶ τὰ φαινόμενα καθήκοντα, καὶ τῶν θεοὺς μὴ νομιζόντων, καὶ τῶν τὴν πατρίδα ἐγκαταλειπόντων, καὶ τῶν ποιούντων, ἐπειδὰν κλείσωσι τὰς θύρας. εἰ οὖν τὰ λοιπὰ κοινά ἐστι πρὸς τὰ εἰρημένα, λοιπὸν τὸ ἴδιόν ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ, φιλεῖν μὲν καὶ ἀσπάζεσθαι τὰ συμβαίνοντα, καὶ συγκλωθόμενα αὐτῷ· τὸν δὲ ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρυμένον δαίμονα μὴ φύρειν, μηδὲ θορυβεῖν ὄχλῳ φαντασιῶν, ἀλλὰ ἵλεων διατηρεῖν, κοσμίως ἑπόμενον ὡς θεῷ, μήτε φθεγγόμενόν τι παρὰ τὰ ἀληθῆ, μήτε ἐνεργοῦντα παρὰ τὰ δίκαια. εἰ δὲ ἀπι-

1 Sic dicti ſunt non ſolum, qui *ambiguo inter marem et feminam ſexu nati ſunt* (vt loquitur *Liu.* l. 27.) verum etiam *molles*, *effeminati*, *imbelles*. Ἀνδρόγυνος, ἀσθενὴς, ἄνισχυρος, *Heſych.* et *Pollux* de cinædis vſurpari docet l. 6. c 20. *Gatak.*

2 Locus miſere luxatus, quem ſic reſtituit *Gatak.* Νέρωνος, καὶ τῶν θεοὺς μὴ νομιζόντων, καὶ τῶν τὴν πατρίδα ἐγκαταλειπόντων καὶ τῶν (ὁτιοῦν) (αἰσχρὸν ὁτιοῦν *Xyland.* πάντα *adnotator Lugd.*) ποιούντων, ἐπειδὰν κλείσωσι τὰς θύρας. tunc inchoata noua periodo legit εἰ οὖν τὰ λοιπὰ κοινά ἐστι πρὸς τὰ εἰρημένα, λοιπὸν ἴδιόν ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ τὸν νοῦν ἡγεμόνα ἔχειν ἐπὶ τὰ φαινόμενα καθήκοντα, καὶ φιλεῖν μὲν rel.

ἀπιστοῦσιν αὐτῷ πάντες ἄνθρωποι, ὅτι ἁπλῶς καὶ αἰδημόνως καὶ εὐθύμως βιοῖ, οὔτε χαλεπαίνει τινὶ τούτων, οὔτε παρατρέπεται τῆς ὁδοῦ τῆς ἀγούσης ἐπὶ τὸ τέλος τοῦ βίου; ἐφ' ὃ δεῖ ἐλθεῖν καθαρὸν, ἡσύχιον, εὔλυτον, ἀβιάστως τῇ ἑαυτοῦ μοίρᾳ συνηρμοσμένον.

nemo illi fidem habuerit, quod ſimpliciter, modeſte, tranquille degat, neque id a quoquam ægre ferre, aut a via ea, quæ ad vitæ finem ducit, ideo diuertere: ad quem par eſt accedere purum, pacatum, promtum, ſponte ſua fato ſuo ſeſe accommodantem.

ΒΙΒΛ. δ'.

ΤΟ ἔνδον κυριεῦον, ὅταν κατὰ φύσιν ἔχῃ, οὕτως ἕστηκε πρὸς τὰ συμβαίνοντα, ὥστε ἀεὶ πρὸς τὸ δυνατὸν καὶ διδόμενον μετατίθεσθαι ῥᾳδίως. 1 ὕλην γὰρ ἀποτεταγμένην οὐδεμίαν φιλεῖ· ἀλλὰ ὁρμᾷ μὲν πρὸς τὰ 2 ἡγούμενα 3 μεθ' ὑπεξαιρέσεως· τὸ δὲ ἀντεισαγόμενον ὕλην ἑαυ-

LIB. IIII.

QVAE intra nos pars principatum obtinet, vbi ſecundum naturam habuerit ſe, aduerſus ea, quæ contingunt, ita eſt comparata, vt ad id, quod poteſt et conceſſum eſt, facile ſe transferat. neque enim de materia certa vlla ſollicita eſt: ſed ad ipſa etiam præpoſita cum exceptione fertur: et quidquid eorum

1 Poſſis reddere *attributam et adſignatam ſibi materiam.* At *Iunius* vult ὑποτεταγμένην *ſubiectam ſibi materiam*, quod et *Xyland.* forſan legerit. Hoc eſt, quod vult, de materia, circa quam ſe exerceat, non eſt ſollicitus (neque enim hoc in poteſtate ipſius ſitum eſt, eligere, quam ipſe velit) ſed quomodo circa eamdem ſe gerat. *materiam* ergo *adſignatam ſibi nullam diligit*, quia *medium* quiddam i. e. *adiaphorum* eſſe nouit. *Gatak.*

2 Προκείμενα *Xyland. at Gatak.* legi vult προηγούμενα, vel προηγμένα, *ea, quæ potiora videntur, præpoſita.* Vid. ad. l. 3. c. 11.

3 Loco huic lucem adferet *Senecæ* locus, quem adducit *Gatak.* ex l. 4. *de benef. c.* 34. *Sapiens ad omnia cum exceptione veniet, ſi nihil inciderit, quod impediat. Ideo omnia illi ſuccedere dicimus, et nihil contra opinionem accidere, quia præſumit animo, poſſe aliquid interuenire, quod deſtinata prohibeat.*

eorum loco aduerſi ſe ingerit, id pro materia, in qua exerceat ſe, habet: quemadmodum ignis validior, vbi ea, vel obuia facta, vel iniecta, corripuerit, quæ lucernam exilem cito exſtinxisſent, accommodat ſibi et abſumit, et ex eis ipſis incrementa capit.

2. Nihil operis eſt fruſtra temereue exſequendum, neque aliter, quam vt artis regulis quam exactisſime reſpondeat.

3. Recesſus ſibi requirunt *multi multos*, villas agreſtes, litora, montes: iſtiusmodi loca et ipſe plurimum ſoles appetere. hoc autem vulgarium cum primis eſt hominum, quum liceat, quocumque ipſe volueris tempore, in teipſum ſecedere. nusquam enim aut quietior aut otii amplioris cuiquam ſecesſus datur, quam in ſuam ipſius animam: præcipue, ſi quis ea intra ſe repoſita habuerit, quorum contemplatione ſummam extemplo tranquillitatem conſequatur: tranquillitatem eam dico, quæ in animi probe compoſiti ſtatu conſiſtit. hoc itaque recesſu

τῷ ποιεῖ· ὥσπερ τὸ πῦρ, ὅταν ἐπικρατῇ τῶν ἐμπιπτόντων, ὑφ᾽ ὧν ἂν μικρός τις λύχνος ἐσβέσθη· τὸ δὲ λαμπρὸν πῦρ τάχιστα ἐξῳκείωσεν ἑαυτῷ τὰ ἐπιφορούμενα, καὶ κατηνάλωσεν, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπὶ μεῖζον ἤρθη.

β´. Μηδὲν ἐνέργημα εἰκῆ, μηδὲ ἄλλως ἢ κατὰ θεώρημα συμπληρωτικὸν τῆς τέχνης ἐνεργείσθω.

γ´. Ἀναχωρήσεις [1] αὐτοῖς ζητοῦσιν, ἀγροικίας καὶ αἰγιαλοὺς, καὶ ὄρη· εἴωθας δὲ καὶ σὺ τὰ τοιαῦτα μάλιστα ποθεῖν. ὅλον δὲ τοῦτο ἰδιωτικώτατόν ἐστιν, ἐξὸν ἧς ἂν ὥρας ἐθελήσῃς εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν. οὐδαμοῦ γὰρ οὔτε ἡσυχιώτερον, οὔτε ἀπραγμονέστερον ἄνθρωπος ἀναχωρεῖ, ἢ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· μάλισθ᾽, ὅστις ἔχει ἔνδον τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐγκύψας, ἐν πάσῃ εὐμαρείᾳ εὐθὺς γίνεται· τὴν δὲ εὐμάρειαν λέγω οὐδὲν ἄλλο, ἢ εὐκοσμίαν. συνεχῶς οὖν δίδου σεαυτῷ ταύτην τὴν ἀναχώρησιν,

καὶ

1 Margini adſcripſit *Gatak.* αὐτοῖς

1 *Renoua*

καὶ 1 ἀνανέου σεαυτόν. βραχέα δὲ ἔςω καὶ 2 ςοιχειώδη, ἃ εὐθὺς ἀπαντήσαντα ἀρκέσει εἰς τὸ πᾶσαν 3 αὐτὴν ἀποκλύσαι, καὶ ἀποπέμψαί σε, μὴ δυσχεραίνοντα ἐκείνοις, ἐφ᾽ ἃ ἐπανέρχῃ. τίνι γὰρ δυσχεραίνεις τῇ τῶν ἀνθρώπων κακίᾳ; ἀναλογισάμενος τὸ 4 κρίμα, ὅτι τὰ λογικὰ ζῶα ἀλλήλων ἕνεκεν γέγονεν· καὶ ὅτι τὸ ἀνέχεσθαι, μέρος τῆς δικαιοσύνης· καὶ ὅτι ἄκοντες ἁμαρτάνουσι· καὶ πόσοι ἤδη διεχθρεύσαντες, ὑποπτεύσαντες, μισήσαντες, 5 διαδορατισθέντες ἐκτέτανται, τετέφρωνται· παύου ποτέ. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τῶν ὅλων ἀπονεμομένοις δυσχε-

iugiter vſus, te renoua. habeas autem penes te breuia quædam et principalia documenta, quæ ſtatim, vbi ſuccurrerint, omnem animi moleſtiam eluere tibi posſint, remittantque te nihil ægre ferentem eorum, ad quæ reuerteris. ecquid eſt enim, quod ægre ferre debeas? numquid hominum improbitatem? perpendens tecum dogma illud, homines, alterum alterius cauſa, natos eſse: tum æquanimitatem eſſe iuſtitiæ portionem; porro inuitos delinquere; denique quam multi, vbi inimicitiis exercendis, ſuſpicionibus fouendis, odiis, litigiis, vitam exegisſent, tandem defuncti et in cineres redacti ſint, deſine tandem *tibi moleſtiam faceſſere.* At vniuerſi ipſius adminiſtratio, et inde obuenientia, ægre tibi faciunt.

2 *Renoua te*, vel *renoua memoriam tui*, eorumque, quæ apud te habes repoſita, vt mox ἀνανεωσάμενος: vel *recrea te.* Sic enim *renouare* etiam latinis in vſu pro *reficere*, vel *recreare.* *Quintil. inſtit. l. 6. c. 4. Gatak.*

3 *Elementaria* i. e, *elementorum vicem obtinentia*, vt *Xyland.* ſiue quæ *elementa contineant doctrinæ vniuerſæ*, vt *Caſaub.* Quid ſi *ſummaria* dixerimus? quæ rerum *ſummulas* comprehendant. *Gatak.*

4 Si hæc lectio retineatur αὐτὴν ad τὴν ψυχὴν referendum eſt: ſed, quia τῆς ψυχῆς nulla in præcedentibus fit mentio, *Gatakerus* ad *Xylandrum* accedit, qui vertit, *qui omni te moleſtia liberent*, vt ἀνίαν aut legerit aut legendum ſaltem cenſuerit.

5 Κρίμα idem eſt hic, quod alibi δόγμα *decretum*, prout reddit *Seneca ep. 95. Gatak.*

1 *Confosſi* vertit *Xyland.* malim *velitantes*, *ſeſe mutuo impetentes.* Δορατιζόμενοι, δόρασι μαχόμενοι *Heſych.* inde διαδορατισμοὶ, *velitationes* infra l. 7. 3. *Gatakerus.*

ciunt. reduc tibi in memoriam diſiunctiuum illud, aut numinis prouidentia, aut atomorum concurſu *conſtant vniuerſa*: vel *ea* etiam *argumenta*, quibus liquido demonſtratur, mundum iſtum ciuitatis inſtar obtinere. Verum tangunt anguntque te ea, quæ corpus attingunt: at tu conſidera mentem tuam, vbi ſemel agnita vi propria ſubduxerit ſeſe, ſpiritui ſiue leniter ſiue aſpere moto neutiquam immiſceri. quibus adiicias licet, et quæ de dolore ac voluptate audieris aliquando, et adſenſu tuo comprobaueris. Sed gloriolæ cupido forſan te torquet. cogita, quam cito obliuione ſepeliantur omnia, quamque vaſtum chaos infiniti æui vtrimque conſiſtat: tum quam inanes plane applauſus iſti: quam mutabile et iudicii expers fauentium vulgus; quam anguſto denique ſpatio laus iſta terminetur. ſiquidem et terra tota puncti inſtar habet; huiusque ipſius angulus quam exiguus incolitur? iſtic autem *agentium* quota pars, et hi quales ſunt, qui te celebraturi ſint? proinde,

2. Pari loco habeas, frigore rigens, an calore fotus, quod eſt officii tui, feceris: item vtrum dormituriens, an ſomni ſatur; male audiens, an collaudatus; moriens itidem, an aliud quid agens. nam ex vitæ huius officiis hoc eſt etiam, quod morimur: et in hoc ergo ſufficit, quod præ manibus eſt, rite diſponere.

3. Introſpice, caueque, ne rei cuiusquam qualitas dignitasue propria te fugiat.

4. Præſentia hæc omnia quam citisſime mutabuntur; et vel in exhalationem abibunt,

mus γένοιο ἄν ποτε, ὁπουδήποτε καταληφθεὶς rel. ita vt ſit quaſi ad priora reſponſio; v. g. quærens aliquis inducitur: *num Tu igitur ſtultus futurus* ſis? quia ſunt et alii. Minime, inquit, non opus eſt. *Poteris* enim, *vbicumque deprehenſus fueris*, et inter quoscumque verſari contigerit, *felix eſſe*, et proinde non ſtultus. felicitas enim cuiusque non ab externo aliquo pendet, ſed (vt in ſequentibus eſt) *in bona mentis diſpoſitione, bonisque conatibus atque actibus inde profluentibus* conſiſtit.

bunt, (ſiquidem vnita ſit *rerum omnium* ſubſtantia) vel diſſipabuntur.

5. Nouit mens vniuerſi rectrix, quomodo ſe habeat, quid faciat, et in qua materia verſetur.

6. Optimus *iniuriam* vlciſcendi modus eſt, *inferenti* ne ſis ſimilis.

7. Hoc vno te oblecta, in eoque adquieſce, vt ab vna, quæ communitatem iuuet, actione, ad alteram transeas, numinis memor.

8. Pars animæ principalis ſe ſuſcitat, ſe vertit; ſe facit, qualem ipſa voluerit; quæque contingunt quælibet, talia ſibi videri facit, qualia ipſa voluerit.

9. Secundum vniuerſi naturam perficiuntur ſingula. neque enim ſecundum aliam vllam, quæ vel exterius conti-

ἐκθυμιαθήσεται, εἴπερ [1] ἥνωται ἡ οὐσία, ἢ σκεδασθήσεται.

έ. [2] Ο διοικῶν λόγος οἶδε πῶς διακείμενος, καὶ τί ποιεῖ, καὶ ἐπὶ τίνος ὕλης.

ϛ'. Αριστος τρόπος τοῦ ἀμύνεσθαι, τὸ μὴ ἐξομοιοῦσθαι.

ζ'. Ενὶ τέρπου καὶ προσαναπαύου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν, σὺν μνήμῃ θεοῦ.

ή. Τὸ ἡγεμονικόν ἐστι, τὸ ἑαυτὸ ἐγεῖρον καὶ τρέπον, καὶ ποιοῦν μὲν ἑαυτὸ οἷον ἂν καὶ θέλῃ, ποιοῦν δὲ ἑαυτῷ φαίνεσθαι πᾶν τὸ συμβαῖνον, οἷον αὐτὸ θέλει.

θ'. Κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἕκαστα περαίνεται. οὐ γὰρ κατ' ἄλλην γέ τινα φύσιν, ἤτοι ἔξωθεν περιέχουσαν, ἢ ἐμπεριεχο-

1 *Marcum* hic ad diuerſas philoſophorum de hac re ſententias reſpexiſſe putat *Dacierius.* quorum illi *vnam* et communem omnium rerum eſſentiam et materiam ſtatuunt, vnde originem ſuam vel ipſa elementa habuerunt, et in quam res omnes, quum pereunt, inſtar exhalationis aut vaporis abeunt et euaneſcunt. alii ipſa elementa totidem rerum principia, a ſe inuicem toto genere diuerſa putant, atque adeo res omnes partibus earum disiunctis ſeparatisque, in ſua tandem reſolui, vnde ortum duxerant, elementa.

2 Incertum eſt, vtrum hæc ad priora pertineant, an alio ſpectent, et ſeorſim ponenda fuerint. Illud *Caſaubono*, hoc *Xylandro* placuit: quod et ipſe ſecutus ſum. De ſenſu conuenit. Menti vniuerſi rectrici, quid de ſingulis faciat, et quo fine quidque faciat, et quale id ſit, in quo ſe vimque ſuam exerceat, ſatis perſpectum ac proſpectum eſſe, etiamſi iſta nos quam creberrime lateant. *Gatak.*

† Foris

ριεχομένην ἔνδον, ἢ ἔξω ἀπηρτημένην.

neat, vel interius contineatur, vel † extra etiam quaſi appenſa ſit.

ί. Ητοι κυκεὼν καὶ ἀντεμπλοκὴ, καὶ σκεδασμὸς· ἢ ἕνωσις καὶ τάξις, 1 πρόνοια. εἰ μὲν οὖν τὰ πρότερα, τί καὶ ἐπιθυμῶ εἰκαίῳ συγκρίματι καὶ φυρμῷ τοιούτῳ ἐνδιατρίβειν; τί δέ μοι καὶ μέλει ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ ὅπως ποτὲ 2 αἶα γίνεσθαι; τί δὲ καὶ ταράσσομαι; ἥξει γὰρ ἐπ᾽ ἐμὲ ὁ σκεδασμὸς, ὅ, τι ἂν ποιῶ· εἰ δὲ θάτερά ἐστι, σέβω καὶ εὐσταθῶ, καὶ θαῤῥῶ τῷ διοικοῦντι.

10. *Vniuerſum* aut eſt cinnus quidam rerum, nunc concurſu fortuito inuicem implexarum, mox diſſipatarum denuo: aut eſt compages rerum in vnum ordine iuſto conuenientium, quæ prouidentia regatur. ſi prius illud, quid eſt, quod deſiderem in temeraria miſcela colluuieque iſtiusmodi *vlterius* commorari? aut cur aliud quidquam mihi curæ ſit, quam vt quoquo modo in terram redigar? quorſum etiam perturbor? quidquid enim egero, ſuperueniet aliquando diſſipatio. ſin quod poſterius eſt poſitum, rectorem veneror, eodemque fretus, firmus animi conſiſto.

ιά. Οταν ἀναγκασθῇς ὑπὸ τῶν περιεστηκότων οἱονεὶ διαταραχθῆναι, ταχέως ἐπάνιθι εἰς ἑαυτὸν, καὶ μὴ ὑπὲρ τὰ ἀναγκαῖα ἐξίστασο τοῦ ῥυθμοῦ, ἔσῃ γὰρ ἐγκρατέστερος τῆς ἁρμονίας, τῷ συνεχῶς εἰς αὐτὴν ἐπανέρχεσθαι.

11. Si quando a rebus circumſtantibus per vim quamdam adactum perturbari te ſenſeris, cito ad te redi, nec plus, quam neceſſe eſt, ab *animi* tenore congruo recede. tenoris enim ſeruandi valentior fies, ad eum iugiter recurrendo.

ιβ΄. Εἰ μητρυιάν τε ἅμα

12. Si nouercam ſimul matrem-

† Foris ſolutam, et vagam ſeu independentem *Caſaub.* vt l. 4. 45. καταριθμησίς τις ἐστὶν ἀπηρτημένως, *numerum independentem* reddit.

1 Legit *Gatak.* [καὶ] πρόνοια.

2 Adluſum monet *Xyland.* ad *Iliad.* ή. v. 99. Ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

1 Lege

tes coerceat adfectiones iſtas. quod ſi alia ratione ſe ad mentem ſubuexerint, quatenus nempe ea corpori vnita eſt, tunc ſenſui, quum a natura ſit, non eſt obnitendum: ſed ſiſtenda partis principalis cenſura, ne de his tamquam aut bonis aut malis ſententiam vllam ferat.

27. Cum deis viuendum. hoc autem faciet, qui animum exhibuerit ita iugiter adfectum, vt rebus ſibi deſtinatis adquieſcat; faciatque, quæcumque genius ille voluerit, quem ſui particulam a ſe auulſam Iupiter cuique attribuit, præſidem ducemque eidem futurum. hic autem cuiusque mens eſt et ratio.

28. Num ſuccenſes ei, qui hircum olet? num ei, cui halitum grauem os emittit? quid enim fecerit? eiusmodi os huic, illi alæ ſunt, vt fieri nequeat, quin tale quid ab vtroque ſe proferat. at homo, in-

πείσεις ἐκείνας ἐν τοῖς μορίοις. [1] ὅταν δὲ ἀναδιδῶνται κατὰ τὴν ἑτέραν συμπάθειαν εἰς τὴν διάνοιαν, ὡς ἐν σώματι ἡνωμένῳ, τότε πρὸς μὲν τὴν αἴσθησιν, φυσικὴν οὖσαν, οὐ πειρατέον ἀντιβαίνειν· τὴν δὲ ὑπόληψιν, τὴν ὡς περὶ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ, μὴ προστιθέτω τὸ ἡγεμονικὸν ἐξ αὐτοῦ.

κζʹ. Συζῆν θεοῖς. συζῇ δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις, ποιοῦσαν δὲ ὅσα βούλεται ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος.

κηʹ. Τῷ γράσωνι μήτι ὀργίζῃ; μήτι τῷ ὀζοστόμῳ ὀργίζῃ; τί σοι ποιήσει; τοιοῦτον στόμα ἔχει, τοιαύτας μάλας ἔχει. [2] ἀνάγκη τοιαύτην ἀποφορὰν ἀπὸ τοιούτων γίνεσθαι. ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος

1 Locum hunc illuſtrabit *Senecæ* locus, quem adfert *Gatak.* ex l. 2. de ira c. 2. *Omnes motus, qui non voluntate noſtra fiunt, inuicti et ineuitabiles ſunt: vt horror frigida adſperſis, ad quosdam ictus adſpernatio, ad peiores nuntios ſubriguntur pili, et rubor ad improba verba ſuffunditur, ſequiturque vertigo prærupta cernentes. quorum quia nihil in noſtra poteſtate eſt, nulla, quo minus fiant, ratio perſuadet. ſenſum enim hominis nulla exuit virtus.*

2 Corpus ita adfectum non poteſt non eiusmodi odorem emittere: nec improbi animus talibus dogmatibus imbutus, non eiusmodi actiones edere. *Gatakerus.*

δεινὸς γὰρ ὁ τῦφος παραλογιστής· καὶ ὅτε δοκεῖς μάλιστα περὶ τὰ σπουδαῖα καταγίνεσθαι, τότε μάλιστα καταγοητεύει. ὅρα γοῦν [1] ὁ Κράτης, τί περὶ αὐτοῦ τοῦ Ξενοκράτους λέγει.

ιδʹ. Τὰ πλεῖστα, ὧν ἡ πληθὺς θαυμάζει, εἰς γενικώτατα ἀνάγεται, τὰ ὑπὸ [2] ἕξεως ἢ φύσεως συνεχόμενα, λίθους, ξύλα, συκάς, ἀμπέλους, ἐλαίας· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ὀλίγῳ μετριοτέρων, εἰς τὰ ὑπὸ ψυχῆς, οἷον, ποίμνας, ἀγέλας· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἔτι χαριεστέρων, εἰς τὰ ὑπὸ λογικῆς ψυχῆς, [3] οὐ μέντοι

grauis enim impoſtor faſtus eſt; et tum maxime effaſcinat, quum circa ea quis verſatur, quæ ſtudio digna videntur. Vide igitur, de Xenocrate ipſo Crates quod dixerit.

14. Eorum, quæ vulgus hominum admiratur, pleraque ad generaliſſima rerum capita referuntur, quæ vel forma mera, vel natura continentur; qualia ſunt lapides, ligna, ficus, vites, oleæ: quæ autem moderatiores paullo ſuſpiciunt, ad ea referuntur, quæ anima ſunt prædita, veluti greges, et armenta: quæ vero politiores adhuc adficiunt, ad ea pertinent, quæ anima continentur rationali, non

1 *Crates* hic Athenienſis an Thebanus, qui et Cynicus? hic opinor. Ceterum *Crates* hic de *Xenocrate* quid dixerit, non reperio. Videri poteſt ex antegreſſis, Cynicum ſuo, hoc eſt, canino more *Xenocrati* faſtum obieciſſe, prout *Diogenes* obiecerat aliquando *Platoni*, quum illum tamen ἀτυφώτατον exſtitiſſe adſerat *Laert.* l. 4. *Gatak.* τύφου, ſiue, vt alibi *Antoninus*, σεμνοτυφίας ſuſpicione laboraſſe *Xenocratem* ex *Diog. Laert.* qui σεμνὸν eum et σκυθρωπὸν fuiſſe, immo vero (quod hic *Antonini* verbum eſt) ἀξιόπιστον σφόδρα in eius vita commemorat, facile quiuis intelliget. *Caſaub.*

2 Ἕξιν definit *Galenus*, auctore *Stephano*, πνεῦμα συνέχον καὶ συγκρατοῦν τὰ μέρη *ſpiritum illum, qui partes compingit et continet*: *ſpiritus* autem appellatione *forma* deſignatur. Ἕξις igitur hoc in loco, vel *compagem corpoream vitæ inanem* vel *formam* potius *meram*, ſiue *ſpiritum* ζωτικῆς δυνάμεως, i. e. *facultatis vitalis* exſortem ſignificat: quam ψιλὴν ἕξιν quaſi *meram* ὕπαρξιν, ſiue *exſiſtentiam Sextus Empir.* adu. Math. I. 8. c. 2. nuncupat, et ἀπὸ τῆς φύσεως *Marcus* hic diſtinguit. *Philo* etiam *de mund. immortal.* quatuor gradus rerum naturalium conſtituit; ἕξιν, φύσιν, ψυχὴν, νοῦν. ἕξιν λίθων, φύσιν φυτῶν, ψυχὴν ζώων, νοῦν ἀνθρώπων, eodem plane ordine, quo hic *Marcus*. quin, ne quid deſit eorum, quorum *Marcus* hic meminit, ſubiungit, ἀρετὴν δὲ σπουδαίων τελειωτάτην. *Gatak.*

3 Subſtantias anima præditas in tres claſſes diuidit *Antoninus*. Harum prima

non quidem vniuerſali illa, ſed qua artium cultrix, aliasue ſolers exſiſtit, aut qua mere talis, vt ſeruitiorum turbam posſidere. ceterum qui animam rationalem vniuerſalem ac ciuilem veneratur, is, reliquis rebus omnibus inſuper habitis, in hoc præcipue incumbit, vt animam in eo ſtatu ſuam conſeruet, quo rationi ac communioni conſentanee ſe habeat geratque, et congeneri ſuo *cuilibet*, vt hoc ipſum præſtet, operam itidem mutuatur ſuam.

καθολικῆς, ἀλλὰ καθὸ τεχνικὴ, ἢ ἄλλως πως ἐντρεχὴς, ἢ κατὰ ψιλὸν, τὸ πλῆθος ἀνδραπόδων κεκτῆσθαι. ὁ δὲ ψυχὴν λογικὴν καθολικὴν καὶ πολιτικὴν τιμῶν, οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ἐπιστρέφεται· πρὸ ἁπάντων δὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λογικῶς καὶ κοινωνικῶς ἔχουσαν, καὶ κινούμενον διασώζει, καὶ 1 τῷ ὁμογενεῖ εἰς τοῦτο συνεργεῖ.

15. Quædam fieri properant, quædam fuiſſe: et illius etiam quod fit, aliquid iam abscesſit. fluxus et mutationes mundum perpetim renouant, ſicut temporis ſuccesſio numquam intermisſa æuum interminatum exhibet nouum ſubinde. in hoc igitur flumine, in quo conſiſtere non datur, quorſum quis horum ſic præterlabentium quid-

ιε΄. Τὰ μὲν σπεύδει γίνεσθαι, τὰ δὲ σπεύδει γεγονέναι, καὶ τοῦ γινομένου δὲ ἤδη τι ἀπέσβη· ῥύσεις καὶ ἀλλοιώσεις, ἀνανεοῦσι 2 (τὸν ἄπειρον αἰῶνα) τὸν κόσμον διηνεκῶς, ὥσπερ ἡ τοῦ χρόνου ἀδιάλειπτος φορὰ νέον αἰεὶ παρέχεται. ἐν δὴ τούτῳ τῷ ποταμῷ. τί ἄν τις τούτων τῶν παραθεόντων ἐκτιμήσειεν ἐφ' οὗ στῆναι

prima bruta complectitur. Secunda generis humani complures, quibus anima quidem ſuppetit rationalis; ita tamen, vt præterquam, quod artibus habiles præſtet, et rebus exquiſite effingendis idoneos, nihil vltra pertingere videatur. Tertia denique viros vere ſapientes, animas illuſtres, puras, et lumine plenas, ipſi cognatas, et ſimiles Deo, cuius etiam genuinas ſe ſentiunt particulas. *Dacier*.

1 Vel homini nempe, vt l. 2. 1. vel Deo etiam, vt l. 5. 21. de illis *Xyland.* de iſto *Caſaub.* intellexit. ego vtrumque opinor reſpexiſſe *Gatak.*

2 Loco mota ſunt illa τὸν ἄπειρον αἰῶνα, ad ſequentis clauſulæ extremum reiicienda, et poſt παρέχεται collocanda. *Gatak.*

1 Adlu-

στῆναι οὐκ ἔξεστιν; ὥσπερ εἴτις τι τῶν παραπετομένων στρουθίων φιλεῖν ἄρχοιτο· τὸ δ' ἤδη ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπελήλυθεν. τοιοῦτον δή τι καὶ αὐτὴ ἡ ζωὴ ἑκάστου, οἷον ἡ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος ἀνάπνευσις. ὁποῖον γάρ ἐστι τὸ ἅπαξ ἑλκύσαι τὸν ἀέρα καὶ ἀποδοῦναι, ὅπερ παρέκαστον ποιοῦμεν, τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ τὴν πᾶσαν ἀναπνευστικὴν δύναμιν, ἣν χθὲς καὶ πρώην ἀποτεχθεὶς ἐκτήσω, ἀποδοῦναι ἐκεῖ, ὅθεν τὸ πρῶτον ἔσπασας.

ιϛʹ. Τίμιον, οὔτε τὸ διαπνεῖσθαι, ὡς τὰ φυτά· οὔτε τὸ ἀναπνεῖν, ὡς τὰ βοσκήματα καὶ τὰ θηρία· οὔτε τὸ τυποῦσθαι κατὰ φαντασίαν· οὔτε τὸ νευροσπαστεῖσθαι καθ' ὁρμήν· οὔτε τὸ συναγελάζεσθαι, οὔτε τὸ τρέφεσθαι· τοῦτο γὰρ ὅμοιον τῷ ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς. τί οὖν τίμιον; τὸ κροτεῖσθαι; οὐχί. οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ὑπὸ γλωσσῶν κροτεῖσθαι· αἱ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν εὐφημίαι,

quam in pretio habeat? perinde ac ſi auicularum præteruolantium aliquam diligere quis inciperet, quum ea e conſpectu ſtatim abſceſſerit. huiusmodi res eſt et vita cuiusque, quaſi exhalatio nempe quædam a ſanguine orta, et ab aere ſpiritus attractio. quale enim quiddam eſt aerem ſemel traxiſſe, mox reddere, quod momentis ſingulis facimus; tale quiddam eſt et totam illam reſpirandi facultatem, quam heri et nudius tertius in ortu acceperas, eo redonare, vnde primo hauſeras.

16. Non eſt æſtimatione multa dignum, aut perſpirari, quod et plantarum eſt; aut reſpirare, quod et pecudum et belluarum eſt; aut a ſenſibus rerum imagines impreſſas admittere; aut ab adfectibus ſigillarium inſtar impelli; aut gregatim conuenire; aut nutriri: hoc enim perinde eſt atque alimenti, quod eſt ſuperfluum, excernere. ecquid eſt igitur, quod pretio aliquo dignum ſit? num plauſibus excipi? nequaquam. itaque nec linguarum ſtrepitu excipi. quid enim ſunt aliud vulgi acclamationes, quam lin-

guarum ſtrepitus? ita quum et gloriolam miſſam feceris, quid tandem ſupererit pretio dignum? *hoc vnum* opinor, ſecundum conditionis ſuæ rationem moueri ſeque ſiſtere, hoc eſt, ad quod ſtudia *reliqua* arteſque nos ducunt. omnis enim ars ad hoc collineat, vt, quidquid producit, ad opus illud aptum ſit, ad quod productum eſt. ſiquidem hoc vinitor, qui vites colit, hoc, qui equos domat, hoc, qui canes curat, intendit. quin et puerorum inſtitutiones et diſciplinæ ad quid aliud contendunt? iſtic ergo reperitur, quod in pretio ſit habendum. atque hoc bene ſi habuerit, nihil aliud, quod adquiras, opus erit. non tu deſines tandem in pretio alia multa habere? nec liber itaque futurus es, nec tibi ſufficies, nec perturbationibus immunis eris. etenim neceſſe erit inuidere, æmulari, eos ſuſpectos habere, qui his priuare te poſſunt, eis ſtruere inſidias, qui id, quod tu tanti æſtimas, poſſident. omnino neceſſe erit, ma-

1 κρότος γλωσσῶν. ἀφῆκας οὖν καὶ τὸ δοξάριον, τί καταλέιπεται τίμιον; δοκῶ μὲν, τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν κινεῖσθαι, καὶ 2 ἴσκεσθαι, ἐφ᾽ ὃ καὶ αἱ ἐπιμέλειαι ἄγουσι καὶ αἱ τέχναι. ἥ τε γὰρ τέχνη πᾶσα 3 τοῦτο στοχάζεται, ἵνα τὸ κατασκευασθὲν ἐπιτηδείως ἔχῃ πρὸς τὸ ἔργον πρὸς ὃ κατεσκεύασται· ὅ τε φυτουργὸς ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ἀμπέλου, καὶ ὁ πωλοδάμνης, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἐπιμελούμενος, τοῦτο ζητεῖ. αἱ δὲ παιδαγωγίαι, αἱ διδασκαλίαι ἐπὶ τί σπεύδουσιν; ὧδε οὖν τὸ τίμιον. καὶ τοῦτο μὲν ἂν εὖ ἔχῃ, οὐδὲν τῶν ἄλλων περιποιήσῃ σεαυτῷ. οὐ παύσῃ καὶ ἄλλα πολλὰ τιμῶν; οὔτ᾽ οὖν ἐλεύθερος ἔσῃ, οὔτε αὐτάρκης, οὔτε ἀπαθής. ἀνάγκη γὰρ φθονεῖν, ζηλοτυπεῖν, ὑφορᾶσθαι τοὺς ἀφελέσθαι ἐκεῖνα δυναμένους, ἐπιβουλεύειν τοῖς ἔχουσι τὸ τιμώμενον ὑπό σου· ὅλως πεφύρθαι ἀνάγκη

τὸν

1 Adluſum putat *Dacier*. ad *Euripidis* dictum in *Hecuba*, vbi vocat famam γλώσσης κόμπον.

2 Ιςχεσθαι habent ceteræ editiones, prout margini adſcripſit *Gatak*.

3 Forſan τούτου: et ſic edidit *Caſaub*.

1 Προσεγγὺς

κείνων τινὸς ἐνδεῆ· προσέ-
ὲ πολλὰ καὶ τοῖς θεοῖς
φεσθαι· ἡ δὲ τῆς ἰδίας δια-
ς αἰδὼς καὶ τιμὴ, σεαυτῷ
ρεςόν σε ποιήσει, καὶ τοῖς
ωνικοῖς εὐάρμοςον, καὶ τοῖς
ς σύμφωνον, τουτέςιν,
ινοῦντα ὅσα ἐκεῖνοι διανέμου-
διατετάχασιν.

ιζ'. Ἄνω, κάτω, κύκλῳ,
αἱ τῶν ςοιχείων. ἡ δὲ
ἀρετῆς κίνησις ἐν οὐδε-
τούτων, ἀλλὰ θειότε-
τι, καὶ ὁδῷ δυσεπινοήτῳ
οῦσα εὐοδεῖ.

ιη'. Οἷόν ἐςιν, ὃ ποιοῦσιν; τοὺς
ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χρόνου, καὶ μεθ'
ῶν ζῶντας ἀνθρώπους εὐ-
εῖν οὐ θέλουσιν· αὐτοὶ δὲ ὑπὸ
μεταγενεςέρων εὐφημηθῆ-
ους οὔτε εἶδον ποτὲ οὔτε ὄψον-
περὶ πολλοῦ ποιοῦνται. τοῦτο
γγύς ἐςι τῷ λυπηθῆναι ἄν,
οὐχὶ καὶ οἱ προγενέςεροι περὶ
όγους εὐφήμους ἐποιοῦντο.

ιθ'. Μὴ εἴ τι αὐτῷ σοι δυσ-
απόνητον, τοῦτο ἀνθρώπῳ
νατον ὑπολαμβάνειν. ἀλλ'
ἀνθρώπῳ δυνατὸν καὶ οἰ-
ν, τοῦτο καὶ σεαυτῷ ἐφι-
ν νόμιζε.

cerari te, vbi horum tibi aliquid defuerit; et de diis etiam ſæpenumero conqueri. at contra mentem propriam ſi in veneratione ac honore habueris, et tibi gratum id te faciet, et communioni accommodum, et diis conſentientem, dum, quæcunque illi attribuunt ac conſtituunt, laudas.

17. Surſum, deorſum, in orbem feruntur elementa. virtutis vero motus nulla harum via fertur. ſed diuinius eſt quiddam, viaque haud facili apprehenſu progrediens, proſpere ſemper procedit.

18. Quale, *quæſo*, hoc eſt, quod faciunt *homines?* eos, qui eodem ſecum tempore viuunt, laudare quum renuant; ipſi a poſteris, qui eos nec norint vmquam, nec viderint, celebrari plurimi faciunt. hoc autem idem eſt prope, ac ſi quis contriſtaretur, quia homines priſci encomiis eum non ſint proſecuti.

19. Noli, ſi quid tibi fuerit effectu difficile, opinari *ideo*, hominem nullum id poſſe. Sed ſi quid fuerit, quod poſſit quisquam, hominisque ſit munus, id te quoque adſequi poſſe exiſtimes.

20. Inter exercendum ſi quis vnguibus lancinauerit, aut capite adliſo plagam impegerit, nullam indignationis notam edimus, nec offendimur, nec tamquam inſidiatorem deinceps ſuſpectum hunc habemus. cauemus tamen nobis ab eo, quantum poſſumus, ſed nec tamquam ab hoſte, aut tamquam ſuſpicaces, verum ita, vt animo pacato declinemus tantum. eodem plane modo et in reliqua nos vita geramus: ne aduertamus illis animum, quæ ab eis, qui *nobiſcum in vita* quaſi committuntur, *huiuſmodi* multa contingunt. licet enim *illos*, vt dixi, cauere et declinare citra ſuſpicionem vllam aut odium.

κ'. Ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ ὄνυξι κατέδρυψέ τις, καὶ τῇ κεφαλῇ [1] ἐῤῥαγὲς πληγὴν ἐποίησεν. ἀλλ' ὔτε [2] ἐπισημαινόμεθα, ὔτε προσκόπτομεν, ὔτε ὑφορώμεθα ὕστερον, ὡς ἐπίβȣλον· καί τοι φυλαττόμεθα, ȣ̉ μέν τοι ὡς ἐχθρὸν, ȣ̉δὲ μεθ' ὑποψίας, ἀλλ' ἐκκλίσεως εὐμενȣ̃ς. τοιȣ̃τόν τοι γενέσθω, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς μέρεσι τȣ̃ βίȣ· πολλὰ παρενθυμώμεθα, τῶν οἷον προσγυμναζομένων. ἔξεστι γὰρ, ὡς ἔφην, ἐκκλίνειν, καὶ μηδὲ ὑποπτεύειν, μηδὲ ἀπέχθεσθαι.

21. Si quis conuincere me poterit, palamque mihi facere, quod in re vlla minus recte vel ſentiam vel me geram, læto lubentique animo mutabo. ſector enim veritatem, a qua nemo vmquam læſus eſt. læditur vero, qui in errore ſuo et ignorantia perſiſtit.

κα'. Εἴ τις με ἐλέγξαι, καὶ παραστῆσαί μοι, ὅτι ȣ̉κ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω, ἢ πράσσω, δύναται, χαίρων μεταθήσομαι· ζητῶ γὰρ τὴν ἀλήθειαν ὑφ' ἧς ȣ̉δεὶς πώποτε ἐβλάβη. βλάπτεται δὲ ὁ ἐπιμένων ἐπὶ τῆς ἑαυτȣ̃ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας.

κβ'. Ἐγὼ

[1] Προσραγὴς legit *adnotator Lugd.* quod minus placet; quia a ſcriptura vulgata longius abscedit. Forſan ἐῤῥαγὴς pro ἐνραγὴς fuerit, quod apud *Libanium* in vitæ ſuæ hiſtoria reperitur. Τοῖς ἐν μέσῳ τῶν κιόνων λίθοις ἐνραγέσαν τὴν κεφαλήν. *Gatak.* Legendum putat *Caſaub.* τὴν κεφαλὴν ἐῤῥάγης, πληγὴν ἐποίησε. ἀλλ' ὔτε rel. vel τὴν κεφαλὴν ἀῤῥάξας πληγὴν ἐποίησε.

[2] Τὸ ἐπισημαίνεσθαι in malam partem hic vſurpatur, prout et apud *Appian.* ἐμφυλίων

κϐ΄. Ἐγὼ δὲ ἐμαυτȣ̃ καθῆκον ποιῶ· τὰ ἄλλα μέ ȣ̓ περισπᾷ· ἤτοι γὰρ ἄψυχα, ἢ ἄλογα, ἢ πεπλανημένα, καὶ τὴν ὁδὸν ἀγνοȣ̃ντα.

κγ΄. Τοῖς μὲν ἀλόγοις ζώοις καὶ καθόλȣ πράγμασι καὶ ὑποκειμένοις, ὡς λόγον ἔχων, λόγον μὴ ἔχȣσι, χρῶ μεγαλοφρόνως καὶ ἐλευθέρως. τοῖς δὲ ἀνθρώποις, ὡς λόγον ἔχȣσι, χρῶ κοινωνικῶς. ἐφ' ἅπασι δὲ θεȣ̀ς ἐπικαλȣ̃· καὶ μὴ διαφέρȣ πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ ταῦτα πράξεις· ἀρκȣ̃σι γὰρ καὶ τρεῖς ὧραι τοιαῦται.

κδ΄. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, καὶ ὁ ὀρεωκόμος αὐτȣ̃ ἀποθανόντες εἰς τ' αὐτὸ κατέστησαν· ἤτοι γὰρ ἐλήφθησαν εἰς τȣ̀ς αὐτȣ̀ς τȣ̃ κόσμȣ σπερματικȣ̀ς λόγȣς· ἢ διεσκεδάσθησαν ὁμοίως εἰς τὰς ἀτόμȣς.

κε΄. Ἐνθυμήθητι πόσα κατὰ τὸν αὐτὸν ἀκαριαῖον χρόνον ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν ἅμα γίνεται, σωματικὰ ὁμȣ̃ καὶ ψυχικά. καὶ ȣ̔́τως ȣ̓ θαυμάσεις, εἰ πολὺ πλείω, μᾶλλον δὲ πάντα τὰ γινόμενα

22. Ego, quod mei eſt officii, exſequor. reliqua me neutiquam ſollicitum habent. aut enim anima, aut ratione carent, aut aberrantia ſunt, viæque neſcia.

23. Animantibus, adeoque omnibus in vniuerſum rebus ac ſubiectis rationis exſortibus, vtpote ratione præditus ipſe qui ſis, magno liberoque vtaris animo. homines vero, quum rationis ſint tecum participes, tamquam ſocietate tibi coniunctos habeas. in cunctis vero opem diuinam aduoces: nec intereſſe exiſtimes, quamdiu hæc facturus ſis: ſuffecerint enim ſic exactæ vel horæ tres.

24. Alexander Macedo, eiusdemque mulio, quum mortui ſint, ad idem plane redacti ſunt. vel enim in easdem mundi rationes ſeminales recepti, vel in atomos pariter ſunt diſſipati.

25. Cogita tecum, quot intra noſtrum vnumquemque, et tam in corpore, quam et in anima, vno eodemque temporis momento ſimul fiant. ita fiet, ne miraculo ſit, ſi multo plura, vel cuncta potius, quæ

ἐμφυλίων l. 5. de milite, qui ludis in ſubſellia equitum adſcenderat. ὁ δῆμος ἐπισημήνατο. *populus murmure indignitatem rei teſtatus eſt. Xyland.*

 i Marcum

quæ fiunt, in hoc vno, quem mundum vtique vocamus, vniuerſo, ſimul producantur.

26. Si quis te rogauerit, Antonini nomen quomodo ſcribatur, numquid cum vocis intenſione elementa ſingula proferres? quid igitur? ſi iraſcuntur tibi, num tu vicisſim illis ſuccenſebis? et non potius litteras ſingulas placide enumerare perges? proinde et iſtic pari modo memineris, officium omne quaſi numeris quibusdam abſolui: quibus obſeruatis oportet te nec perturbatum, nec indignationem alia indignatione penſantem, ſed recta pergentem, perficere, quod præ manibus eſt.

27. Crudele quiddam eſt, non permittere hominibus, vt ad ea ferantur, quæ ad ſe pertinere, ſibique conducere opinantur. atqui hoc tu illis quodammodo non permittis facere, quum peccare illos ægre fers. feruntur enim prorſus, *quum*

ἐν τῷ ἑνί τε καὶ σύμπαντι, ὃ δὴ κόσμον ὀνομάζομεν, ἅμα ἐνυφίσαται.

κϛʹ. Ἐάν τις σοὶ προβάλῃ, πῶς γράφεται τὸ Ἀντωνίνου ὄνομα, μήτι κατεντεινόμενος προοίσῃ ἕκαστον τῶν στοιχείων; τί οὖν ἐὰν ὀργίζωνται, μήτι ἀντοργιῇ; μήτι οὐκ ἐξαριθμήσῃ πρᾴως, προϊὼν ἕκαστον τῶν γραμμάτων; οὕτως οὖν καὶ ἐνθάδε μέμνησο, ὅτι 1 πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων συμπληροῦται. τούτους δεῖ τηροῦντα, καὶ μὴ θορυβούμενον, μηδὲ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδυσχεραίνοντα, περαίνειν ὁδῷ τὸ προκείμενον.

κζʹ. 2 Πῶς ὠμόν ἐστι μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀνθρώποις ὁρμᾶν ἐπὶ τὰ φαινόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα καὶ συμφέροντα. καί τοι τρόπον τινὰ οὐ συγχωρεῖς αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν, ὅταν ἀγανακτῇς ὅτι ἁμαρτάνουσι. φέρονται γὰρ

πάντως

1 *Marcum* hoc voluiſſe exiſtimo. Sicut *Antonini* nomen amplius non efficitur, ſi e litteris, quibus conſtare debuerat, vnica tantum inter ſcribendum prætermittatur; ita illorum, quæ viri boni officium conſtituunt ſimul, quoties animus cuiuslibet vel unum habuerit neglectui, totum deficit, et, vt ait *Jacob.* 2, 10. *quisquis totam legem ſeruauerit, impegerit autem in vno, omnibus tenetur. Dacier.*

2 Πῶς οὐκ ὠμόν ἐστι ſiue Ὠμόν πώς ἐστι *Marcum* ſcripſiſſe putat *Gatak.*

† Mori

πάντως ὡς ἐπὶ οἰκεῖα καὶ συμφέροντα αὐτοῖς. ἀλλ᾽ οὐκ ἔχει οὕτως. οὐκοῦν δίδασκε, καὶ δείκνυε μὴ ἀγανακτῶν.

κη΄. Θάνατος ἀνάπαυλα αἰσθητικῆς ἀντιτυπίας, καὶ ὁρμητικῆς νευροσπαστείας, καὶ διανοητικῆς διεξόδου, καὶ τῆς πρὸς τὴν σάρκα λειτουργίας.

κθ΄. Αἰσχρόν ἐστι, ἐν ᾧ βίῳ τὸ σῶμά σοι μὴ ἀπαυδᾷ, ἐν τούτῳ τὴν ψυχὴν προαπαυδᾷν.

λ΄. Ορα μὴ 1 ἀποκαισαρωθῇς, μὴ βαφῇς· γίνεται γάρ. τήρησαι οὖν σεαυτὸν ἁπλοῦν, ἀγαθὸν, ἀκέραιον, σεμνὸν, ἄκομψον, τοῦ δικαίου φίλον, θεοσεβῆ, εὐμενῆ, φιλόστοργον, ἐῤῥωμένον πρὸς τὰ πρέποντα ἔργα. ἀγώνισαι, ἵνα τοιοῦτος συμμείνῃς, οἷόν σε ἠθέλησε ποιῆσαι φιλοσοφία. αἰδοῦ θεοὺς,

peccant, ad ea, de quibus ipſi ſic opinantur. Verum res, *inquis*, aliter ſe habet. tu itaque illos doce, erroremque illis ostende, ſed absque iracundia.

28. † Mors finem imponit ſenſuum impresſioni, et adfectuum impulſui, et mentis discurſui, et obeundo circa carnem miniſterio.

29. Turpe eſt in vitæ tuæ inſtituto, prius animam tibi deficere, quam corpus deficiat.

30. Caue, ne in mores cæſareos transeas, ne inficiaris: ſolet enim hoc fieri. itaque ſerua te ſimplicem, bonum, integrum, grauem, ſerium, iuſti amantem, pium, placidum, adfectu genuino præditum, in officio præſtando ſtrenuum. contende, talis vt perſiſtas, qualem facere te philoſophia volebat. Deos verere,

† Mors quies eſt pugnantium inter ſe ſenſuum, et in contraria agitationis ad res ſuscipiendas, & discrepantium mentis discurſuum. *Iſ. Caſaub.* ad *Perſ.* Sat. 5.

1 Fruſtra eſt hic *Xyland.* quum τῷ ἀποκαισαρῶσθαι ſuſpicatur ſignificari, *imperia aut rerum ſumma deponi*. quem tamen ſecutus eſt *Io. Meurſius* in Lexic. Græco-Barb. vbi τὸ ἀποκαισαρῶσθαι, adducto etiam *Marci* loco hoc ipſo, *a Cæſaris dignitate deiici*, exponit. Eſt enim ἀποκαισαρῶσθαι *in Cæſarem conuerti, in mores cæſarianos transire*, vocabulum ſc. a *Marco* confictum, eadem analogia; qua ἀποσαρκοῦσθαι, *in carnem concreſcere*, *Ariſtot.* probl. l. 1. ἀποθηριοῦσθαι, *feram beſtiam fieri*, *Polyb.* l. 1. ἀποδενδροῦσθαι *Plotino* cet. Eſt igitur ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς, *caue*, ne poſtquam ad imperium adſcitus fueris, inſtituti

verere, homines tuere. breuis eſt vita. fructus vnus hic terreſtris vitæ iſtius, diſpoſitio pia, actioque benefica. Tamquam Antonini diſcipulus, *fac*, quæcumque *facis*. *imitare* conſtantem illius in rebus rite geſtis tenorem, in cunctis æquabilitatem, pietatem, vultus ſerenitatem, comitatem, gloriæ inanis contemtum, in rebus indagandis ſtudium; vtque nihil omnino præterierit, priusquam ſedulo conſiderasſet et liqui doperſpexisſet: vtque tulerit immerito reprehendentes, nec eos viciſſim redarguerit. vt nihil enixe aut feſtine molitus fuerit: vt delationes non admiſerit: vt morum actionumque accuratus explorator fuerit; non conuiciator, non meticuloſus, non ſuſpicioſus, non ſophiſta. vt paucis contentus, tecto nempe, ſtrato, veſte, victu, ſeruitio: vt laborum amans, iraſci tardus: eodem loci ad veſperam vsque, diæ-

σώζε ἀνθρώπους. βραχὺς ὁ βίος· εἷς καρπὸς τῆς ἐπιγείου ζωῆς, διάθεσις ὁσία, καὶ πράξεις κοινωνικαί. πάντα, ὡς 1 Αντωνίνου μαθητής· τὸ ὑπὲρ τῶν κατὰ λόγον πρασσομένων εὔτονον ἐκείνου, καὶ τὸ ὁμαλὲς πανταχοῦ, καὶ τὸ ὅσιον καὶ τὸ 2 εὐόδιον τοῦ προσώπου, καὶ τὸ μειλίχιον, καὶ τὸ ἀκενόδοξον, καὶ τὸ περὶ τὴν κατάληψιν τῶν πραγμάτων φιλότιμον· καὶ ὡς ἐκεῖνος οὐκ ἄν τι ὅλως παρῆκεν, μὴ πρότερον εὖ μάλα κατιδὼν, καὶ σαφῶς νοήσας· καὶ ὡς ἔφερεν ἐκεῖνος τοὺς ἀδίκως μεμφομένους μὴ ἀντιμεμφόμενος· καὶ ὡς ἐπ' οὐδὲν ἔσπευδεν· καὶ ὡς διαβολὰς οὐκ ἐδέχετο· καὶ ὡς ἀκριβὴς ἦν ἐξεταστὴς ἠθῶν καὶ πράξεων· καὶ οὐκ ὀνειδιστὴς, οὐ ψοφοδεὴς, οὐχ ὑπόπτης, οὐ σοφιστής· καὶ ὡς ὀλίγοις ἀρκούμενος, οἷον οἰκήσει, στρωμνῇ, ἐσθῆτι, τροφῇ, ὑπηρεσίᾳ· καὶ ὡς φιλόπονος, καὶ μακρόθυμος· καὶ οἷος 3 μὲν ἐν τῷ μέχρι

instituti priſtini vitæque philoſophicæ oblitus, *in Cæſarum mores totus transeas.* quales autem *Cæſares* atque imperatores romani plerique exſtiterint, et quomodo ſeſe in imperio gesſerint, notius eſt, quam vt dicto opus ſit. *Gat.*

1 *Pii* ſc. cui in adoptionem ab *Adriano* datus eſt *Marcus*. *Gatak.*

2 Εὔδιον *Xyland.* quod approbat *Gatak.*

3 Lego, μένειν ἐν τῷ [αὐτῷ] μ. *Gatakero.*

1. Hic

ζρι ἑσπέρας διὰ τὴν λιτὴν
ταν, μηδὲ τȣ͂ ὑποκρί-
τὰ περιτlώματα παρὰ
συνήθη ὥραν χρήζων·
τὸ βέβαιον καὶ ὅμοιον ἐν
ς φιλίαις αὐτȣ͂· καὶ τὸ
χεσθαι ἀντιβαινόντων παῤ-
ιαςικῶς ταῖς γνωμαῖς
ȣ͂, καὶ χαίρειν, εἴ τις δει-
ι κρεῖτlον· καὶ ὡς θεο-
ὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας·
ὕτως εὐσυνειδήτῳ σοι ἐπι-
ἡ τελευταία ὥρα, ὡς ἐκείνῳ.

λα΄. 1 Ανάνηφε καὶ ἀνα-
ȣ͂ σεαυτόν. καὶ ἐξυπνισθεὶς
λιν καὶ ἐννοήσας, ὅτι ὄνει-
τοι ἠνώχλȣν, πάλιν ἐγρη-
ὼς βλέπε ταῦτα, ὡς ἐκεῖ-
ἔβλεπες.

λβ΄. Εκ σωματίȣ εἰμὶ καὶ
χῆς. τῷ μὲν ȣ͂ν σωματίῳ
τα ἀδιάφορα· ȣ̓δὲ γὰρ
εται διαφέρεσθαι. τῇ δὲ
οίᾳ ἀδιάφορα, ὅσα μή
αὐτῆς ἐνεργήματα. ὅσα
γε αὐτῆς ἐςιν ἐνεργήμα-
, ταῦτα πάντα ἐπ' αὐτῇ
. καὶ τȣ́των μέν τοι, ἃ
ὶ μόνον τὸ παρὸν πραγ-

tæ tenuis beneficio, manere potis; nec excernere, niſi tempore conſueto, neceſſe habens. ad hæc conſtantiam et æquabilitatem in amicitiis colendis. vtque ſententiis ipſius libere ſe opponentes ſustinuerit; gauiſus etiam, ſi quis melius quidquam proferret. denique vt citra ſuperſtitionem fuerit religioſus. *hæc, inquam, imitare*, vt probe conſcio tibi, ſicut illi olim, ſuperueniat hora nouiſſima.

31. Expergiſcere, teque reuoca. et ſomno excusſo, vbi intellexeris, ſomnia mera fuisſe, quæ te conturbant, iſta vigilans iam denuo intuere, quo modo illa es intuitus, quæ in ſomniis vidiſti.

32. Ex corpuſculo atque anima conſto. corpuſculo indifferentia ſunt omnia: neque enim res diſtinguere nouit. menti vero indifferentia ſunt, quæcumque non ſunt peculiaria eiusdem opera. quot vero ſunt peculiaria eiusdem opera, hæc omnia in poteſtate ſua ſita habet: et ex his etiam ea ſola *ad eam pertinent*, quæ circa

1 Hic loci ſeipſum ſtatim a ſomnis videtur adlocutus, occaſione ab inſo-lo quodam minus iucundo congruenter ſatis arrepta. *Dacier*.

circa id, quod in manibus iam eſt, verſantur. futura enim et præterita illius opera, et ipſa eidem iam ſunt indifferentia.

33. Nullus eſt pedi aut manui præter naturam labor, dum pes, quod pedis eſt; manus, id quod manus eſt, faciat. pari modo nec homini, qua homo eſt, labor *vllus* eſt præter naturam, dum id, quod hominis eſt, faciat. ſi autem præter naturam illi non eſt, nec malum eſt ei.

34. Quanta voluptate perfunduntur *etiam* latrones, cinædi, parricidæ, tyranni?

35. Nonne vides, vt artifices mechanici, etiamſi hominibus imperitis quadantenus concedant, artis tamen ſuæ rationem nihilominus enixe aduerſus illos tueantur, nec ab ea quidquam abscedere ſustineant? num ferendum ergo, architectum medicum-

ματεύεται· τὰ γὰρ μέλλοντα καὶ παρῳχηκότα ἐνεργήματα αὐτῆς, καὶ αὐτὰ ἤδη ἀδιάφορα.

λγ΄. Οὐκ ἔστιν ὁ πόνος τῇ χειρὶ, οὐδὲ τῷ ποδὶ παρὰ φύσιν, μέχρις ἂν ποιῇ ὁ ποὺς 1 τὸ τοῦ ποδὸς, καὶ ἡ χεὶρ τὰ τῆς χειρός. οὕτως οὖν οὐδὲ ἀνθρώπῳ ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ φύσιν ἐστὶν ὁ πόνος, μέχρις ἂν ποιῇ τὰ τοῦ ἀνθρώπου. εἰ δὲ παρὰ φύσιν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν αὐτῷ.

λδ΄. 2 Ἡλίκας ἡδονὰς ἥσθησαν λῃσταὶ, κίναιδοι, πατραλοῖαι, τύραννοι;

λε΄. Οὐχ ὁρᾷς πῶς οἱ βάναυσοι τεχνῖται ἁρμόζονται μὲν ἄχρι τινὸς πρὸς τοὺς ἰδιώτας, οὐδὲν ἧσσον μέν τοι ἀντέχονται τοῦ λόγου τῆς τέχνης, καὶ τούτου ἀποστῆναι οὐκ ὑπομένουσιν; οὐ δεινὸν εἰ ὁ 3 ἀρχιτέκτων, καὶ 4 ὁ ἰατρὸς μᾶλλον αἰδέσονται τὸν τῆς

1 Τὰ *Lugd.*

2 Hinc efficitur contra *Epicurum*, voluptatem ſummum hominis bonum eſſe non poſſe, quæ omnibus nullo competit diſcrimine. *Dacier.*

3 Sic *Apollodorus* architectus (vt eſt apud *Dion. Caſſ.* l. 69.) quum de operibus ſuis apud *Traianum* verba habenti, *Hadrianus* obſtreperet, Ἄπελθε, inquit, καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε. τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπίστασαι. *Gatak.*

4 Iniquius hoc *Antonini* de medicis iudicium videri poſſit, qui *ſordidis* eos artificibus, vt *Xyland.* verterat, aut *vulgaribus*, vt nos emolliuimus, accenſeat. Sed vitio illi verti non debet, quod partim Platonicus, partim Stoicus

τῆς ἰδίας τέχνης λόγον, ἢ ὁ ἄνθρωπος τὸν ἑαυτοῦ, ὃς αὐτῷ κοινός ἐστι πρὸς τοὺς θεούς;

λϛ΄. Ἡ Ἀσία, ἡ Εὐρώπη, γωνίαι τοῦ κόσμου· πᾶν πέλαγος, σταγὼν τοῦ κόσμου· Ἄθως βωλάριον τοῦ κόσμου· πᾶν τὸ ἐνεστὼς τοῦ χρόνου, στιγμὴ τοῦ αἰῶνος. πάντα μικρά, εὔτρεπτα, ἐναφανιζόμενα. πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται, ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦ κοινοῦ ἡγεμονικοῦ 1 ὁρμήσαντα, ἢ κατ᾽ ἐπακολούθησιν· καὶ τὸ χάσμα οὖν τοῦ λέοντος, καὶ τὸ δηλητήριον, καὶ πᾶσα κακουργία, ὡς ἄκανθα, ὡς βόρβορος, ἐκείνων ἐπιγεννήματα τῶν σεμνῶν καὶ καλῶν. μὴ οὖν αὐτὰ ἀλλότρια τούτου, ὃ σέβεις, φαντάζου· ἀλλὰ τὴν πάντων πηγὴν ἐπιλογίζου.

λζ΄. Ὁ τὰ νῦν ἰδὼν, πάντα ἑώρακεν, ὅσα τε ἐξ ἀϊδίου ἐγένετο, καὶ ὅσα εἰς τὸ ἄπειρον ἔσται· πάντα γὰρ ὁμογενῆ, καὶ ὁμοειδῆ.

ue artis ſuæ rationem pluris facere, quam hominem ſuæ, quæ eſt illi cum diis ipſis communis?

36. Aſia, Europa, orbis ſunt anguli: mare quoduis orbis guttula: Athos *mons*, eiusdem glebula: tempus inſtans omne, punctum æui. parua omnia, caduca, euanida. proueniunt indidem vniuerſa, a mente communi illa *vel directe* profecta, vel per conſequentiam neceſſariam; etiam rictus leonis, et venena, et noxium quiduis, ſicut ſpina, et lutum, quæ rerum illarum ſpecioſarum ac pulchrarum appendices ſunt. noli ergo iſta ab eo, quem colis, aliena opinari: ſed rerum vniuerſarum originem tecum perpende.

37. Qui præſentia videt, cuncta vidit, tum quæ ab æterno fuere, tum quæ in æternum futura ſunt. cuncta enim cognata ſunt et vniformia. 28.Per-

Stoicus, cum *Platone* Stoicisque locutus ſit, quibus, quidquid ad moralem philoſophiam, aut Θεολογίαν ſiue Dei cognitionem non pertinet, vulgare ſordidumque. *Senec.* ep. 88. *Solæ liberales ſunt* (artes nim.) *immo, vt verius dicam, liberæ, quibus curæ virtus eſt.* et *Plato* in ſympoſ. Καὶ ὁ μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα (de Deo et dæmonibus illic ſermo) σοφὸς, δαιμόνιος ἀνήρ. ὁ δὲ ἄλλο τι σοφὸς ὢν, ἢ περὶ τὰς τέχνας, ἢ χειρουργίας τινὰς, βάναυσος. *Caſaub.*

3 Ὁρμήσαντος vult *Caſaub.*

 1 Κίνησιν

28. Perpende tecum iugiter rerum omnium, quæ in mundo ſunt, connexionem mutuam, quamque ad ſe inuicem adfectionem habeant. ſunt enim omnia quodammodo ſibi inuicem implexa, atque ea ratione ſibi inuicem amica. alterum enim alterius conſequens eſt, et per connexionem localem, et per conſpirationem mutuam, et per materiæ continuitatem.

39. Quibus deſtinatus es rebus, eis te accommoda; et quibuscum *viuere* ſortitus es, homines eos, idque veraciter, fac diligas.

40. Organum, inſtrumentum, vas quodlibet, ſi id, ad quod conditum eſt, facit, bene ſe habet. ibi tamen opifex, qui condiderat, iam abiit. at in eis, quæ a natura continentur, intus eſt, ibique reſidet, quæ ea condiderat, vis. proinde magis illam vereri oportet; exiſtimandumque tibi, ſi ſecundum illius voluntatem te habueris degerisque, omnia tibi ex animi ſententia ſe habere. ſic autem et vniuerſo ex animi ſententia ſui habent ſe ſua.

λη'. Πολλάκις ἐνθυμοῦ τὴν ἐπισύνδεσιν πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ σχέσιν πρὸς ἄλληλα. τρόπον γάρ τινα πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται, καὶ πάντα κατὰ τοῦτο φίλα ἀλλήλοις ἐστί, καὶ γὰρ ἄλλῳ ἑξῆς ἐστι τοῦτο, διὰ τὴν τοπικὴν 1 κόνησιν καὶ σύμπνοιαν, καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς οὐσίας.

λθ'. Οἷς συγκεκλήρωσαι πράγμασι, τούτοις συνάρμοζε σεαυτόν. καὶ οἷς συνείληχας ἀνθρώποις, τούτους φίλει, ἀλλ' ἀληθινῶς.

ν'. Ὄργανον, ἐργαλεῖον, σκεῦος πᾶν, εἰ πρὸς ὃ κατεσκεύασται ποιεῖ, εὖ ἔχει. καί τοι ἐκεῖ ὁ κατασκευάσας ἐκποδών. ἐπὶ δὲ τῶν ὑπὸ φύσεως συνεχομένων, ἔνδον ἐστὶ, καὶ παραμένει ἡ κατασκευάσασα δύναμις. καθὸ καὶ μᾶλλον αἰδεῖσθαι αὐτὴν δεῖ καὶ νομίζειν, ἐὰν κατὰ τὸ βούλημα ταύτης ἔχης καὶ διεξαγαγῆς, 2 ἔχει σοι πάντα κατὰ νοῦν. ἔχει δὲ οὕτως καὶ τῷ παντὶ κατὰ νοῦν τὰ ἑαυτοῦ.

1 Κίνησιν *Xyland.* κόλλησιν *Caſaub.* σύννησιν *Gatak.*
2 Syntaxis verborum ἔχειν poſtulat, quæ et Mſ. *Heſchel.* lectio eſt. *Caſaub.*

να. Ὅ,τι ἂν τῶν ἀπροαιρέτων ὑποςήσῃς αὐτῷ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν, ἀνάγκη, κατὰ τὴν περίπτωσιν τοῦ τοιούτου κακοῦ, ἢ τὴν ἀπότευξιν τοῦ τοιούτου ἀγαθοῦ μέμψασθαί σε θεοῖς, ϗ ἀνθρώπους δὲ μισῆσαι τοὺς αἰτίους ὄντας, ἢ ὑποπτευομένους ἔσεσθαι, τῆς ἀποτεύξεως, ἢ τῆς περιπτώσεως· καὶ ἀδικοῦμεν δὴ πολλὰ, 1 διὰ τὴν πρὸς ταῦτα διαφοράν. ἐὰν δὲ μόνα τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ ϗ κακὰ 2 κινῶμεν, οὐδεμία αἰτία καταλείπεται, οὔτε θεῷ ἐγκαλέσαι, οὔτε πρὸς ἄνθρωπον ςῆναι ςάσιν 3 πολεμίου.

μβ'. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν, οἱ μὲν εἰδότως ϗ παρακολουθητικῶς, οἱ δὲ 4 ἀνεπιςάτως. ὥσπερ καὶ τοὺς καθεύδοντας, οἶμαι, ὁ Ἡράκλειτος ἐργάτας εἶναι λέγει,

41. Si quid eorum, quæ extra arbitrium tuum ſunt, bonum malumue eſſe præſumſeris, neceſſe erit, vt, vbi iſtiusmodi vel in malum incideris, vel bono excideris, deos incuſes, oderis homines, qui horum alterutrius tibi vel auctores fuerint, vel etiam fore ſuſpicaris. quin et multa inique agimus, dum ad iſta contendimus. at ſi ea ſola, quæ arbitrii ſunt noſtri, bona malaque cenſuerimus, nulla iam ſupererit amplius cauſſa, aut Deum incuſandi, aut inimicitias aduerſus hominem quemquam gerendi.

42. Ad vnum eumdemque effectum operam conferunt vniuerſi ſuam, alii ſcientes ac intelligentes, alii effectionis inſcii. quomodo dormientes quoque Heraclitus, opinor, operarios eſſe dixit, et ad

1 *Propter hanc rerum differentiam* vertit *Xyland.* *ſi cum opinione differentiæ ad res iſtas inclinauerimus.* *Caſaub.* quaſi διαφορὰ τῷ ἀδιαφορεῖν opponatur. Verum *Marco* τὸ διαφέρεσθαι πρός τι, eſt *ad rem aliquam adipiſcendam*, vel ſimpliciter *ferri*, vel *cum ſollicitudine et animi anxietate ferri*, et quaſi *differri*: ſicut *Plautus*, *amore differri*, dixit Milit. 4. 4. idemque *cupidine differri*, Pœnul. 1. 1. Verto itaque, *dum ad iſta contendunt*, non in eo ſenſu *contendendi* vocabulo ſumto, quo διαφέρεσθαι περί τινος, *de re aliqua contendere*, ſed quo πρός τι, *ad rem aliquam*, quam ſtudioſe proſequitur, *contendere* quis dicitur. et ſic vſus eſt *Marcus* l. 9. 27. 40. et l. 11. 10. *Gatak.*

2 Legendum cum *Gatak.* κρινῶμεν.

3 Scribe πολέμου. *Caſaub.*

4 Forſan, ἀνεπιςήτως. *Gatak.*

1 *Chry-*

ad ea, quæ in mundo aguntur, operas conferre. alius vero alio modo operam confert. ex abundanti vero et is, qui quiritatur, et qui in aduerſum nititur, et qui ea, quæ fiunt, tollere conatur. nam et ſic adfectis mundus opus habebat. proinde cogita tandem, quorum in numerum te referas. ſiquidem rector ille vniuerſi omnino te probe vtetur, teque in operariorum operasque mutuas conferentium partem recipiet. tu vero caue, pars eiusmodi ſis, qualis in fabula vilis et ridiculus verſus ille, cuius meminit Chryſippus.

43. Numquid ſol pluuiæ munus ambit, aut telluris Aeſculapius? quid ſidera ipſa, nonne diuerſa quamuis ſint, ad vnum tamen idemque efficiendum operas mutuas conferunt?

44. Si quid de me eisque, quæ mihi ſunt obuentura, dii conſuluerint, omnino bene conſuluerunt. etenim con-

καὶ συνεργοὺς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων. ἄλλος δὲ κατ' ἄλλο συνεργεῖ· ἐκ περιουσίας δὲ καὶ ὁ μεμφόμενος, καὶ ὁ ἀντιβαίνειν πειρώμενος, καὶ ἀναιρεῖν τὰ γινόμενα. καὶ γὰρ τοῦ τοιούτου ἔχρῃζεν ὁ κόσμος. λοιπὸν οὖν σύνες εἰς τίνας ἑαυτὸν κατατάσσεις· ἐκεῖνος μὲν γὰρ πάντως σοι καλῶς χρήσεται ὁ τὰ ὅλα διοικῶν, καὶ παραδέξεταί σε εἰς μέρος τι τῶν συνεργῶν καὶ συνεργητικῶν. ἀλλὰ σὺ μὴ τοιοῦτο μέρος γένῃ, οἷος ὁ εὐτελὴς καὶ γελοῖος στίχος ἐν τῷ δράματι, οὗ 1 Χρύσιππος μέμνηται.

μγ'. Μήτι ὁ ἥλιος τὰ τοῦ ὑετοῦ ἀξιοῖ ποιεῖν; μήτι ὁ Ἀσκληπιὸς τὰ τῆς καρποφόρου; τί δὲ τῶν ἄστρων ἕκαστον, οὐχὶ διάφορα μὲν, συνεργὰ δὲ πρὸς τ' αὐτόν;

μδ'. Εἰ μὲν οὖν ἐβουλεύσαντο περὶ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμοὶ συμβῆναι ὀφειλόντων οἱ θεοὶ, καλῶς ἐβου-

λεύσαν-

1 *Chryſippi* verba apud *Plutarchum* ſic ſe habent: Ὥσπερ γὰρ αἱ κωμῳδίαι ἐπιγράμματα γελοῖα φέρουσιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μέν ἐστι φαῦλα, τῷ δὲ ὅλῳ ποιήματι χάριν τινὰ προστίθησιν· οὕτως ψέξειας ἂν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τὴν κακίαν· τοῖς δὲ ἄλλοις οὐκ ἄχρηστός ἐστιν. Intereſt tantum, quod *Marcus* στίχον εὐτελῆ, *Chryſippus* ἐπίγραμμα φαῦλον, ſed vterque γελοῖον dixerit: ille ad hominem prauum, hic ad prauitatem hominis ipſam retulerit *Gatak.*

1 Legendum

αντο· ἄϐȣλον γὰρ θεὸν πινοῆσαι ῥᾴδιον. κακοποι- δέ με διὰ τίνα αἰτίαν ἔμελ- ρμᾶν; τί γὰρ αὐτοῖς, ἢ τῷ ; ȣ̓ μάλιϛα προνοȣ̃νται, ύτȣ περιεγένετο; εἰ δὲ μὴ εύσαντο κατ᾽ ἰδίαν περὶ περί γε τῶν κοινῶν πάν- ἐϐȣλεύσαντο, οἷς κατ᾽ :ολȣ́θησιν καὶ ταῦτα συμ- ντα, ἀσπάζεσθαι καὶ ϛέρ- Φείλω. εἰ δ᾽ ἄρα περὶ μη- βȣλεύονται, πιϛεύειν μὲν τιον, ἢ μηδὲ θύωμεν, μηδὲ μεθα, μηδὲ ὀμνύωμεν, τὰ ἄλλα πράσσωμεν, ἕκαϛα ὡς πρὸς παρόν- αὶ συμϐιȣ̃ντας τȣ̀ς θεȣ̀ς σομεν. εἰ δὲ ἄρα περὶ μη- τῶν καθ᾽ ἡμῶν βȣλεύον- μοὶ μὲν ἔξεϛι περὶ ἐμαυ- βȣλεύεσθαι. ἐμοὶ δέ ἐϛι ις περὶ τȣ̃ συμφέροντος· ιέρει δὲ ἑκάϛῳ, τὸ κατὰ ἑαυτοῦ κατασκευὴν καὶ · ἡ δὲ ἐμὴ φύσις λογικὴ ολιτική· πόλις καὶ πα- , ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ ,ὡς δὲ ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος. ῖς πόλεσιν ȣ̓̃ν ταύταις ὠ- μα, μόνα ἐϛί μοι ἀγαθά.

ſilii expertem Deum nec cogitare facile fuerit. vt autem male mihi facerent, ecquid eos impelleret? ecquid enim vel illis ipſis, vel vniuerſo; cuius præcipue curam gerunt, inde accederet? quod ſi de me ſpeciatim nihil conſuluerint, at de rebus vniuerſi ſaltem omnino conſuluerunt; quibus et mea quum conſecutione necesſaria cohæreant, amplecti hæc debeo, eisque adquieſcere. ſin de nulla prorſus re conſilia ineunt, quod tamen impium eſt credere, quorſum tunc immolemus, ſupplicemus, iuremus, alia faciamus, quæ facimus ſinguli, tamquam ſi deos præſentes et conuerſantes nobiscum habeamus? at ſi de nulla re, inquam, noſtra conſilia ineunt; quidni egomet mihi conſulam? mihi autem deliberatio competit de eo, quod conducat *mihi*. conducit vero vnicuique, quod eſt conſtitutioni et naturæ ipſius conſentaneum. porro natura mea rationalis et ciuilis eſt: ciuitas et patria qua Antoninus Roma; qua homo, mundus. hisce ciuitatibus quæ vtilia, et mihi ſunt bona.

45. Quæ-

45. Quæcumque vnicuique contingunt, vniuerſo conducunt. hoc ſufficere poterat. ſed et illud adiiciatur, quod in vniuerſum obſeruatione habita deprehendes, quidquid alicui *conducit*, etiam aliis *conducere*. conducibilis vero vocabulum in ſenſu communi nunc ſumatur, quum de rebus mediis adhibetur.

46. Quemadmodum adficere te ſolent ea, quæ in theatro locisque eiusmodi repræſentantur, vt eadem ſemper vniformiter exhibita, ſpectandi ſatietatem pariant: eodem modo et in vita tota ſis adfectus. vniuerſa enim ſunt ſurſum deorſum eadem, et ex eisdem. quousque igitur?

47. Iſtud iugiter cogita, omnis generis, omniumque tam ſtudiorum, quam et nationum homines, mortem obiiſſe. deſcende hoc modo vsque ad Philiſtionem, Phœbum, Origanionem. tum ad alias claſſes te transfer; eo nimirum nos concedere oportet, quo tot oratores diſerti, tot philoſo-

με΄. Ὅσα ἑκάστῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ ὅλῳ συμφέρει· ἤρκει τοῦτο· ἀλλ᾿ ἔτι ἐκεῖνο, ὡς ἐπίπαν ὄψει παραφυλάξας, ὅσα ἀνθρώπῳ 1 ἢ ἑτέροις ἀνθρώποις. κοινότερον δὲ νῦν τὸ συμφέρον ἐπὶ τῶν μέσων λαμβανέσθω.

μϛ΄. 2 Ὅσπερ προσίσταταί σοι τὰ ἀμφὶ τῷ θεάτρῳ καὶ τοῖς τοιούτοις χωρίοις, ὡς ἀεὶ τὰ αὐτὰ ὁρώμενα, καὶ τὸ ὁμοειδὲς, προσκορῆ τὴν θέαν ποιεῖ· τοῦτο καὶ ἐπὶ ὅλου τοῦ βίου πάσχειν. πάντα γὰρ ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν. μέχρι τίνος οὖν;

μζ΄. Ἐννόει συνεχῶς παντοίους ἀνθρώπους, καὶ παντοίων μὲν ἐπιτηδευμάτων, παντοδαπῶν δὲ ἐθνῶν, τεθνεῶτας· ὥστε κατιέναι τοῦτο μέχρι 3 Φιλιστίωνος, καὶ Φοίβου, καὶ Ὀριγανίωνος. μέτιθι νῦν ἐπὶ τὰ ἄλλα φῦλα. ἐκεῖ δὲ μεταβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ, ὅπου τοσοῦτοι μὲν δεινοὶ ῥήτορες,

1 Legendum forſan καὶ ἑτέροις. hoc eſt, *ea, quæ hominum alicui eueniunt, non vniuerſo tantum, ſed hominibus etiam aliis aliquo modo conducere. Gatak.*

2 Ὅπερ *Xyland.* ὥσπερ *Lugd.*

3 *Philiſtio* poeta Comicus erat *Socratis* ætate. quinam autem fuerunt *Phœbus* et *Origanio*, non certo notum eſt. *Dacier.*

1. Εὖ-

ἥτορες, τοσοῦτοι δὲ σεμνοὶ φιλόσοφοι, Ἡράκλειτος, Πυθαγόρας, Σωκράτης· τοσοῦτοι δὲ ἥρωες πρότερον· τοσοῦτοι δὲ ὕστερον στρατηγοί, τύραννοι· ἐπὶ τούτοις [2] δὲ Εὔδοξος, [3] Ἵππαρχος, Ἀρχιμήδης, ἄλλαι φύσεις ὀξεῖαι, μεγαλόφρονες, φιλόπονοι, πανοῦργοι, αὐθάδεις· αὐτῆς τῆς ἐπικήρου καὶ ἐφημέρου τῶν ἀνθρώπων ζωῆς χλευασταί, οἷον Μένιππος καὶ ὅσοι τοιοῦτοι. περὶ πάντων τούτων ἔννοει, ὅτι πάλαι κεῖνται· τί οὖν τοῦτο δεινὸν αὐτοῖς; τί καὶ τοῖς μηδ᾽ ὀνομαζομένοις ὅλως; ἓν ὧδε πολλοῦ ἄξιον, τὸ μετ᾽ ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης εὐμενῆ τοῖς ψεύσταις καὶ ἀδίκοις διαβιοῦν.

phi verendi, Heraclitus, Pythagoras, Socrates; tot Heroes priſci, tot hos ſecuti imperatores, tyranni: Eudoxus inſuper, Hipparchus, Archimedes; alia acuta, ſublimia, induſtria, verſuta, arrogantia ingenia: ipſi vitæ huiusce caducæ et in dieculam durantis ſubſannatores, qualis Menippus, illiusque ſimiles. hos omnes iam olim occubuiſſe memineris. at ecquid inde illis mali? ecquid et illis, quorum ne nomina quidem ſuperſunt? vnicum ergo iſtic eſt, quod ſit plurimi faciendum, vt veritatem iuſtitiamque colens ipſe, cum mendacibus iniuſtisque beneuole degas.

μη΄. Ὅταν εὐφρᾶναι σεαυτὸν θέλῃς, ἐνθυμοῦ τὰ προτερήματα τῶν συμβιούντων. οἷον, τοῦ μέν, τὸ δραστήριον· τοῦ δὲ τὸ αἰδῆμον· τοῦ δὲ τὸ εὐμετά-

48. Oblectare te, ſi quando libuerit, virtutes eorum, qui tecum viuunt, cogita; huius induſtriam, illius modeſtiam, alterius liberalitatem, alterius aliam aliquam. nihil enim ani-

2 Εὔδοξος Αἰσχίνου, Κνίδιος ἀστρολόγος, γεωμέτρης, ἰατρός, νομοθέτης. τοῦτον ἀντὶ τοῦ Εὐδόξου, ἔνδοξον ἐκάλουν, διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς φήμης *Laert.* l. 8. qui et vitam eius breuiter deſcripſit. *Gatak. Olymp.* 99. ac deinceps etiam 103. claruit. *Voſſius* de Scient. Matth. c. 33. 13. quem vide.

3 *Hipparchus* Nicæus, inſignis mathematicus; quem *conſiliorum naturæ participem* vocat *Plin.* hiſt. nat. l. 2. c. 12. vid. et ibid. c. 26. *Gatak. Olymp.* 154. ac nouem ſequentibus floruit. Vid. *Voſſium* de ſcient. mathemat. c. 33. 4.

animum oblectat magis, quam virtutum imagines in moribus eorum, qui vna degunt nobiscum, exſerentes ſe, et, quam fieri poteſt confertisſime, mentis oculis ſe ingerentes. in promtu itaque ſint tibi.

49. Numquid quod tot pondo, non autem trecentorum ſis, ægre fers? nec itaque, quod tot annos, non autem plures, victurus ſis, *ægre feras.* Sicut enim ſtaturæ, ſic et temporis, quantum adſignatum eſt tibi, tanto contentus ſis oportet.

50. Aliis, *quæ iuſta ſunt*, perſuadere adnitamur. Sed inuitis etiam facito, quod iuſtitiæ ratio exegerit. quod ſi quis vi adhibita obſtiterit tibi, tu ad æquanimitatem et tranquillitatem te transfer, eoque, quod obſtat ad virtutis alterius exercitium, fac vtare. memineris etiam, quod cum exceptione opus adgrediebare, nec id appetebas, quod fieri non poteſt. quid ergo? conatum iſtius-

δοτον· ἄλλου δὲ ἄλλο τι. οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐφραίνει, ὡς τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀρετῶν, ἐμφαινόμενα τοῖς ἤθεσι τῶν συζώντων, καὶ ἀθρόα ὡς οἷόν τε συμπίπτοντα. διὸ καὶ πρόχειρα αὐτὰ ἑκτέον.

μθ'. Μήτι δυσχεραίνεις, ὅτι τοσῶν δέ τινων λιτρῶν εἶ, καὶ οὐ τριακοσίων; οὕτω δὲ καὶ ὅτι μέχρι τοσῶν δὲ ἐτῶν βιωτέον σοι, καὶ οὐ μέχρι πλείονος· ὥσπερ γὰρ τῆς οὐσίας, ὅσον ἀφώρισταί σοι στέργεις, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ χρόνου.

ν'. Πειρῶμεν πείθειν αὐτούς. πρᾶττε δὲ καὶ τῶν ἀκόντων, ὅταν τῆς δικαιοσύνης ὁ λόγος οὕτως ἄγῃ. ἐὰν μέντοι βίᾳ τις προσχρώμενος ἐνίσταται, μετάβαινε ἐπὶ τὸ εὐάρεστον καὶ ἄλυπον, καὶ συγχρῶ εἰς ἄλλην ἀρετὴν τῇ κωλύσει· καὶ μέμνησο ὅτι [1] μεθ' ὑπεξαιρέσεως ὁρμᾷς, [2] ὅτι καὶ τῶν ἀδυνάτων οὐκ ὀρέγου. τίνος οὖν; τῆς τοιᾶς δέ τινος ὁρμῆς. [3] τούτου δὲ τυγχάνεις,

1 Vid. ad lib. 4. 1.

2 Lege καὶ ὅτι et poſtea ὠρέγου. *Gatak.*

3 Deesſe videtur aliquid. Supplenda forſan conditionalis particula, vt ſenſus ſit integer, [εἰ] ἐφ' οἷς προήχθημεν. atque ita ſenſisſe videntur] interpretes. Malim tamen adiecta etiam negatiua [εἰ καὶ] ἐφ' οἷς προήχθημεν, ταῦτ' [οὐ]

νεις, ἐφ' ὃις προήχθημεν, ταῦτα γίνεται.

να'. Ὁ μὲν φιλόδοξος ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν ἴδιον ἀγαθὸν ὑπολαμβάνει· ὁ δὲ φιλήδονος, ἰδίαν πεῖσιν· ὁ δὲ νοῦν ἔχων, ἰδίαν πρᾶξιν.

νβ'. Ἔξεστι περὶ τούτου μηδὲν ὑπολαμβάνειν, καὶ μὴ ὀχλεῖσθαι τῇ ψυχῇ· αὐτὰ γὰρ τὰ πράγματα οὐκ ἔχει φύσιν ποιητικὴν τῶν ἡμετέρων κρίσεων.

νγ'. Ἔθισον σεαυτὸν πρὸς 1 τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγομένῳ γίνεσθαι 2 ἀπαρενθυμήτως, καὶ ὡς οἷόν τε ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ λέγοντος γίνου.

νδ'. Τὸ τῷ σμήνει μὴ συμφέρον, οὐδὲ τῇ μελίσσῃ συμφέρει.

νε'. Εἰ 3 κυβερνῶνται οἱ ναῦται, ἢ ἰατρεύονται οἱ κάμνοντες κακῶς ἔλεγον, ἄλλῳ τινὶ ἂν προσεῖχον; ἢ πῶς αὐτὸς ἐνεργοίη, τὸ τοῖς ἐμπλέουσι σωτήριον, ἢ τὸ τοῖς θεραπευομένοις ὑγιεινόν;

modi. hunc autem adſequeris, etiamſi ea, quæ conatus fueras, non fiant.

51. In actione aliena ambitioſus bonum ſuum ſitum opinatur: in paſſione ſua voluptuarius: in actione ſua vir prudens.

52. Licet de re hac vel illa nihil opinari, atque ita animi perturbationem omnem effugere. neque enim habent in ſe res ipſæ vim vllam iudicia noſtra eliciendi.

53. Adſueſce eis, quæ ab alio dicuntur animum ſedulo adhibere, et quantum poteris dicentis animo penitus intereſſe.

54. Quod examini non conducit, nec api conducit.

55. Si gubernatori nautæ, medico ægroti maledicerent, ecquem alium auſcultarent? aut quo modo exſequerentur illi, quod nauigantibus ſalutem pareret, ægrotantibus ſanitatem?

56. Quam

[οὐ] γίνεται. *nos quod noſtrum eſt*, hoc eſt, conatos eſſe, *conſequimur, etiamſi ea, ad quæ impulſi ſumus, neutiquam fiant*, neque exitum ſortiantur conatus noſtri. ὁρμὴν ſiquidem, i. e. *actum* noſtrum, non et *effectum*, quod in aliena poteſtate ſitum, nobismet ipſi proponebamus. Vel etiam perſona eadem continuata, κἂν ἐφ' οἷς προήχθης, ταῦτα μὴ γίνεται. *Gatak.*

1 Legendum cum *Gatakero* τῷ, vel poſtea λεγόμενον.

2 Vid. ad lib. 5. 5.

3 Recte monet *Gul. Canter.* var. lect. l. 7. c. 1. Legi debere κυβερνῶντα, et ἰατρεύοντα. *Gatak.*

56. Quam multi eorum, quibuscum in mundum intraueram, ex eodem iam exceſſerunt?

νϛʹ. Πόσοι μεθ᾽ ὧν εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, ἤδη ἀπεληλύθασιν;

57. Aurigine adfectis mel amarum videtur; a cane rabido morſis, aqua formidabilis: *contra* pueris pila pulchrum quid. quare igitur cuiquam ſuccenſes? an minus poſſe putas mentis errorem, quam apud arquatum bilem, apud lymphaticum virus?

νζʹ. Ἰκτεριῶσι τὸ μέλι πικρὸν φαίνεται· καὶ λυσσοδήκτοις τὸ ὕδωρ φοβερόν· καὶ παιδίοις τὸ σφαιρίον καλόν. τί οὖν ὀργίζομαι; ἢ δοκεῖ σοι ἔλασσον ἰσχύειν τὸ διεψευσμένον ἢ τὸ χολίον τῷ ἰκτεριῶντι, καὶ ὁ ἰὸς τῷ λυσσοδήκτῳ;

58. Quo minus ſecundum naturæ tuæ rationem viuas, nemo te coegerit. præter rationem vero naturæ communis nihil tibi contigerit.

νηʹ. Κατὰ τὸν λόγον τῆς σῆς φύσεως, βιοῦν σε οὐδεὶς κωλύσει· παρὰ τὸν λόγον τῆς κοινῆς φύσεως, οὐδέν σοι συμβήσεται.

59. *Perpende tecum*, quales ſint, quibus placere cupiunt *quam plurimi*, et quarum rerum potiundi cauſſa *id velint*, quibusque officiis *iſta demereantur.* item quam cito æuum omnia condet, quotque etiam res iam condiderit.

νθʹ. Οἷοί εἰσιν, οἷς θέλουσιν ἀρέσκειν, καὶ δι᾽ οἷα περιγινόμενα, καὶ δι᾽ οἵων ἐνεργειῶν· ὡς ταχέως ὁ αἰὼν πάντα καλύψει, καὶ ὅσα ἐκάλυψεν ἤδη.

BIBΛ. ζ'.

ΤΙ ἐστι κακία; τοῦτ' ἔστιν, ὃ πολλάκις εἶδες· καὶ ἐπὶ παντὸς δὲ τοῦ συμβαίνοντος πρόχειρον ἔχε, ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ πολλάκις εἶδες. ὅλως ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ εὑρήσεις, ὧν μεσταὶ αἱ ἱστορίαι αἱ παλαιαὶ, αἱ μέσαι, αἱ ὑπόγυιοι· ὧν νῦν μεσταὶ αἱ πόλεις καὶ οἰκίαι. οὐδὲν καινόν· πάντα 1 καὶ συνήθη ὀλιγοχρόνια.

β'. Τὰ δόγματα πῶς ἄλλως δύναται νεκρωθῆναι, ἐὰν μὴ αἱ κατάλληλαι αὐτοῖς 2 Φαντασίαι σβεσθῶσιν; 3 ὡς διηνεκῶς ἀναζωπυρεῖν ἐπὶ σοί ἐστι· δύναμαι περὶ τούτου, ὃ δεῖ, ὑπολαμβάνειν. εἰ δύναμαι, τί ταράσσομαι; τὰ ἔξω τῆς ἐμῆς διανοίας οὐδὲν ὅλως πρὸς τὴν ἐμὴν διάνοιαν· τοῦτο μάθε, καὶ ὀρθὸς εἶ. ἀναβιῶναί σοι ἔξεστιν· ἴδε πάλιν τὰ πράγματα, ὡς ἑώρας· ἐν τούτῳ γὰρ τὸ ἀναβιῶναι.

LIB. VII.

QVID eſt vitioſitas? hoc, quod ſæpe vidiſti. in omni caſu occurrat idem, hoc eſt, quod ſæpe vidi. omnino ſurſum deorſum eadem deprehendes, quibus refertæ ſunt hiſtoriæ priſcæ, mediæ, præſentes; quibus ciuitates atque familiæ ſcatent. nihil eſt noui. conſueta et caduca ſunt omnia.

2. Dogmata in te aboleri quo modo poterunt, niſi cogitationes his congruæ exſtinguantur? quas reſuſcitare tibi, quoties libuerit, licet. poſſum de re iſta, quod oportet, opinari. ſi poſſum, quid perturbatur mihi animus? nihil quidquam ad mentem faciunt, quæ extra mentem ſunt ſita. hoc modo ſis adfectus, et rectus conſiſtis. reuiuiſcere tibi licet. res ipſas intuere, prout prius vidiſti: hoc eſt enim reuiuiſcere.

3. Pompæ

1 Συνήθη καὶ *Gatak.*

2 Ab opinione de rebus *Phantaſiæ* obuenientibus, et parum ab intellectu perſpectis temere iudicante, iam antehac ſæpe euictum eſt, mala noſtra oboriri omnia; nec dubium eſt, quin idem hic loci voluerit *Antoninus. Dacier.*

3. Ας *Gatak.*

3. Pompæ ſtudium inane, fabulæ ſcenicæ, greges, armenta, velitationes, catulis proiectum osſiculum, offula in piſcinam immisſa, formicarum ærumnæ et baiulationes, muſculorum perterritorum discurſus, ſigillaria verticillis cita. *hoc genus ſunt externa cuncta.* in his igitur beneuolum placidumque conſiſtere par eſt, non autem inſoleſcere: intelligere nihilominus, tanti quemque esſe, quanti illud eſt, in quo ſtudium poſuerit.

4. In ſermone, eis, quæ dicuntur; in conatu omni, eis, quæ fiunt, animum aduertere oportet: et in altero quidem, quid deſignetur; in altero vero, quorſum referatur, conſiderandum.

5. Sufficitne ad iſtud mens mea, necne? ſi ſufficit, ea tamquam inſtrumento ab vniuerſi natura mihi dato ad hoc efficiendum vtor: ſi non ſufficit, aut opus illi concedo, qui me melius id efficere poteſt,

γ'. 1 Πομπῆς κενοσπουδία, ἐπὶ σκηνῆς δράματα, ποίμνια, ἀγέλαι, διαδορατισμοὶ, κυνιδίοις ὀστάριον ἐῤῥιμμένον, ψωμίον εἰς τὰς τῶν ἰχθύων δεξαμενὰς, μυρμήκων ταλαιπωρίαι, καὶ ἀχθοφορίαι, μυϊδίων ἐπτοημένων διαδρομαὶ, σιγιλλάρια νευροσπαστούμενα· χρὴ οὖν ἐν τούτοις εὐμενῶς μὲν καὶ μὴ φρυαττόμενον ἑστάναι· παρακολουθεῖν μέντοι, ὅτι τοσούτου ἄξιος ἕκαστός ἐστιν ὅσου ἄξιά ἐστι ταῦτα περὶ ἃ ἐσπούδακεν.

δ'. Δεῖ κατὰ λέξιν παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις, καὶ καθ' ἑκάστην ὁρμὴν γινομένοις. καὶ 2 ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου, εὐθὺς ὁρᾷν, ἐπὶ τίνα σκόπον ἡ ἀναφορά· ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου, παραφυλάσσειν, τί τὸ σημαινόμενον.

ε'. Πότερον ἐξαρκεῖ ἡ διάνοιά μου πρὸς τοῦτο, ἢ οὔ; εἰ μὲν ἐξαρκεῖ, χρῶμαι αὐτῇ πρὸς τὸ ἔργον, ὡς ὀργάνῳ παρὰ τῆς τῶν ὅλων φύσεως δοθέντι. εἰ δὲ μὴ ἐξαρκεῖ, ἤτοι παραχωρῶ τοῦ

ἔργου

1 Vana viliaque varia coaceruat; quibus hominum vita conteri ſolet. conſimilia iſtis habuimus ſupra l. 5. 33. nec abſimilia prorſus infra c. 48. *Gat.*

2 Aut iſta e loco ſuo mota ſunt, aut, quæ ad membra priora pertinent, *Marcus* ipſe ſubiunxit. Hunc itaque in vertendo ordinem ſequi præoptabam. *Gatak.*

1 Periochen

ἔργου τῷ δυναμένῳ κρεῖττον ἐπιτελέσαι, ἐὰν ἄλλως τοῦτο μὴ καθήκῃ· ἢ πράσσω ὡς δύναμαι, προσπαραλαβὼν τὸν δυνάμενον κατὰ πρόσχρησιν τοῦ ἐμοῦ ἡγεμονικοῦ ποιῆσαι τὸ εἰς τὴν κοινωνίαν νῦν καίριον καὶ χρήσιμον. ὅ,τι γὰρ ἂν δι᾽ ἐμαυτοῦ, ἢ σὺν ἄλλῳ ποιῶ, ὧδε μόνον χρὴ συντείνειν, εἰς τὸ κοινῇ χρήσιμον καὶ εὐάρμοστον.

ϛ΄. Ὅσοι μὲν πολυύμνητοι γενόμενοι, ἤδη λήθῃ παραδέδονται; ὅσοι δὲ τούτους ὑμνήσαντες πάλαι ἐκποδών;

ζ΄ 1 Μὴ αἰσχύνου βοηθούμενος· πρόκειται γάρ σοι ἐνεργεῖν τὸ ἐπιβάλλον, ὡς στρατιώτῃ ἐν τειχομαχίᾳ. τί οὖν ἐὰν σὺ μὲν χωλαίνων ἐπὶ τὴν ἔπαλξιν ἀναβῆναι μόνος μὴ δύνῃ, σὺν ἄλλῳ δὲ δυνατὸν ᾖ τοῦτο;

η΄. Τὰ μέλλοντα μὴ ταρασσέτω. ἥξεις γὰρ ἐπ᾽ αὐτά, ἐὰν δεήσῃ, φέρων τὸν αὐτὸν λόγον, ᾧ νῦν πρὸς τὰ παρόντα χρᾷ.

niſi aliter ad officium meum pertinuerit; vel quod posſum, facio, eo adſcito, qui mentis meæ opera vſus id posſit, quod ad ſocietatem humanam eſt hoc ipſo tempore tempeſtiuum ac vtile. quidquid enim vel per me, vel cum alio fecero, ad id dumtaxat tendere fas eſt, quod eſt ſocietati vtile et congruum.

6. Quam multi, qui celebres admodum olim exſtitere, obliuioni nunc ſunt traditi? quam multi etiam eorum, qui iſtos celebrauerant, iam olim penitus aboliti ſunt?

7. Auxilii ne te pudeat. hoc eſt enim tibi propoſitum, vt, quod eſt muneris tui, facias, quomodo militi in dimicatione murali. quid ergo, ſi ad propugnaculum adſcendere ſolus, quia claudus es, nequeas, ab altero vero adiutus posſis?

8. De futuris ſollicitus ne ſis. accedes enim ad ea, ſi ita neceſſe fuerit, ratione inſtructus eadem, qua nunc ad præſentia vteris.

9. Omnia

1 Periochen ſuperius proximam, a librario aliunde intericctam cenſet *Xyland.* quia, quæ hic dicuntur, eodem pertineant, quo priora illa c. 4. Sunt quidem argumenti eiusdem et hæc et illa periocha: verum nihil obſtat, quo minus ita fuerint a *Marco* ipſo digeſta, qui, prout in mentem nunc hæc nunc illa venerant, chartis illinere ſolemne habuit. *Gatak.*

9. Omnia ſunt ſibi inuicem implexa, et vinculo quodam ſacro ſibi inuicem ſic deuincta, vt nihil alterum ab altero ſit alienum. coordinantur enim ſimul, eumdemque mundum cohoneſtant. etenim et mundus vnus, et Deus vnus eſt in omnibus, et † materia vna, et lex vna; ratio nempe animantium intelligentium omnium communis, et veritas vna. ſiquidem et perfectio vna animantium ſibi inuicem congenerum, eiusdemque rationis participum.

θ'. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται καὶ ἡ σύνδεσις ἱερὰ, καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ. συγκατατέτακται γὰρ, καὶ συγκοσμεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον. κόσμος τε γὰρ εἷς διὰ ἁπάντων, Θεὸς εἷς διὰ πάντων, καὶ οὐσία μία, καὶ νόμος εἷς, λόγος κοινὸς πάντων τῶν νοερῶν ζώων, καὶ ἀλήθεια μία· εἴγε καὶ τελειότης μία τῶν ὁμογενῶν, καὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου μετεχόντων ζώων.

10. Materiale omne, in vniuerſi ſubſtantiam quam celerrime euaneſcit: * causſale omne, in vniuerſi rationem non minus cito reſorbetur; memoria denique rei cuiusque pari celeritate in æuo quaſi defosſa ſepelitur.

ι'. Πᾶν τὸ ἔνυλον, ἐναφανίζεται τάχιστα τῇ τῶν ὅλων οὐσίᾳ· καὶ πᾶν αἴτιον, εἰς τὸν τῶν ὅλων λόγον τάχιστα ἀναλαμβάνεται· καὶ παντὸς μνήμη τάχιστα ἐγκαταχώννυται τῷ αἰῶνι.

11. Animali ratione prædito eadem actio eſt, et ſecundum naturam, et ſecundum rationem.

ια'. Τῷ λογικῷ ζώῳ ἡ αὐτὴ πρᾶξις κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ κατὰ λόγον.

12. Aut rectus, aut erectus *ſis*.

ιβ'. Ὀρθὸς, ἢ ὀρθούμενος.

13. Quomodo ſe habent in continuis corporis membra, eodem ſe habent in disſitis, quæ ratione ſunt prædita, quum ad

ιγ'. Οἷόν ἐστιν ἐν ἡνωμένοις τὰ μέλη τοῦ σώματος, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἐν διεστῶσι τὰ λογικὰ,

† Natura *Xyland.* ſubſtantia *Caſaub.*
* Spirituale *Dacier.*

καὶ, πρὸς μίαν τινὰ συνεργίαν κατεσκευασμένα. μᾶλλον δέ σοι ἡ τούτου νόησις προσπεσεῖται, ἐὰν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγῃς, ὅτι μέλος εἰμὶ τοῦ ἐκ τῶν λογικῶν συστήματος. ἐὰν δὲ [1] διὰ τοῦ ῥῶ στοιχείου μέρος εἶναι ἑαυτὸν λέγῃς, οὔπω ἀπὸ καρδίας φιλεῖς τοὺς ἀνθρώπους· οὔπω σε [2] καταληπτικῶς εὐφραίνει τὸ εὐεργετεῖν· ἔτι ὡς πρέπον αὐτὸ ψιλὸν ποιεῖς· οὔπω ὡς αὐτὸν εὖ ποιῶν.

ιδʹ. Ο θέλει, ἔξωθεν προσπιπτέτω [3] τοῖς παθεῖν ἐκ τῆς προσπτώσεως ταύτης δυναμένοις. ἐκεῖνα γὰρ, ἐὰν θελήσῃ, μέμψεται τὰ παθόντα· ἐγὼ δὲ, ἐὰν μὴ ὑπολάβω ὅτι κακὸν τὸ συμβεβηκὸς, οὔπω βέβλαμμαι. ἔξεστι δέ μοι μὴ ὑπολαβεῖν.

ιεʹ. Ο,τι ἄν τις ποιῇ ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. ὡς ἂν εἰ ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ σμάραγδος, ἢ ἡ πορφύρα τοῦτο ἀεὶ ἔλεγεν,

mutuas rei eidem conficiendæ operas conferendas nata *ſint vtraque*. conſideratio hæc animum tuum magis attinget, ſi te frequenter ſic adlocutus fueris: membrum ſum ego compagis iſtius, quæ ex ratione præditis componitur. ſin partem dumtaxat eſſe te dixeris, homines ex animo nondum diligis: hoc ipſum benefac re per ſe nondum oblectat te: adhuc tamquam quod fieri deceat, tantum facis, nondum perinde, ac ſi tibi ipſi benefacias.

14. Quidquid voluerit, eis extrinſecus accidat, quæ caſibus iſtiusmodi adfici poſſunt. ipſa enim, quæ adfecta ſunt, conquerantur, ſi velint. ipſe, niſi malum cenſuero, id, quod contingit, nondum ſum læſus. in me autem ſitum eſt, nihil tale opinari.

15. Quidquid vel fecerit vel dixerit quiſquam, probum eſſe me oportet. haud aliter, quam ſi aurum aut ſmaragdus aut purpura ita iugiter diceret: quid-

1 Verba illa διὰ τοῦ ῥῶ στοιχείου gloſſema forſan fuerint. *Gatak.*

2 Καταληκτικῶς legi vult *Gatak.* ita nempe delectat, vt vlterius nihil requiras. eadem vox reperitur l. 9. 42. vbi vide. verum καταληπτικῶς retinet *Dacier*. et vertit: *veram iſtam et ſolidam, quæ a totius corporis conſenſu proficiſcitur, nondum percipis voluptatem.* Id enim agit *Antoninus*, vt membrum, quod ceteris facit bene, eadem opera benefacere et ſibi et eodem adfici gaudio, euincat, quo illa, quibus benefit, perfunduntur.

3 Hoc eſt, corpuſculi mei membris. *Gatak.*

quidquid fecerit dixeritue quisquam, ſmaragdum esſe me oportet, nitoremque meum retinere.

16. Mens an non ipſa perturbat ſe? verbi gratia, an non ipſa in formidinem, in mæſtitiam impellit ſe? an non ſe ipſa cupiditate incendit? alius quis ſi terrefacere eam aut contriſtare posſit, faciat. in ipſius voluntate ſitum eſt, vt ne ad motus iſtiusmodi opinando ſe commoueat. corpusculum ne quid patiatur, ſibi curæ habeat, ſi posſit; et quando patitur quidquam, conqueratur: animula vero, quæ timet, quæ dolet, quæ ſuper his omnino aliquid opinatur, nihil horum patietur, niſi ſi ipſe in iudicium iſtiusmodi demiſeris. nullius rei alterius per ſe indiga eſt mens, niſi ipſa ſibi indigentiam creauerit. eademque ratione et perturbatione et impedimento omni immunis, niſi ipſa ſe perturbauerit aut impediuerit.

17. Felicitas eſt bonus ge-

1 ὅ,τις ἂν ποιῆ, ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ σμάραγδον εἶναι, καὶ τὸ ἐμαυτοῦ χρῶμα ἔχειν.

ιϛ΄. 2 Τὸ ἡγεμονικὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἐνοχλεῖ. οἷον, λέγω, οὐ φοβεῖ ἑαυτὸ εἰς ἐπιθυμίαν. εἰ δέ τις ἄλλος αὐτὸ φοβῆσαι ἢ λυπῆσαι δύναται, ποιείτω. αὐτὸ γὰρ ἑαυτὸ ὑποληπτικῶς οὐ τρέψει εἰς τοιαύτας τροπάς. τὸ σωμάτιον μὴ πάθῃ τι, αὐτὸ μεριμνάτω, εἰ δύναται, καὶ λεγέτω, εἴ τι πάσχει· τὸ δὲ ψυχάριον, τὸ φοβούμενον, τὸ λυπούμενον, τὸ περὶ τούτων ὅλως ὑπολαμβάνον, οὐδὲν μὴ πάθῃ· 3 οὐ γὰρ ἕξεις αὐτὸ εἰς κρίσιν τοιαύτην· ἀπροσδεές ἐστιν ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ, τὸ ἡγεμονικὸν, ἐὰν μὴ ἑαυτῷ ἔνδειαν ποιῇ· κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ἀτάραχον, καὶ ἀνεμπόδιστον, ἐὰν μὴ ἑαυτὸ ταράσσῃ καὶ ἐμποδίζῃ.

ιζ΄. Εὐδαιμονία ἐστὶ δαίμων ἀγαθὸς

1 Lego, ὅ, τι ἂν τις π. *Gatak.*

2 Manca hæc esſe ex ſequentibus ſatis patet. *Bootius* per interrogationem concipi poſtulat: cui ego libens adſentior; et quæ deſunt, ita ſupplenda exiſtimarem. οὐκ ἐνοχλεῖ; οἷον λέγω, οὐ φοβεῖ ἑαυτό; [οὐ λυπεῖ;] εἰς ἐπιθυμίαν [οὐ κινεῖ; vel οὐκ ἄγει;] *Gatak.*

3 Εἰ οὐκ ἄξεις, vel παρέξεις αὐτὸ εἰς κ. *Salmaſ.* quam lectionem in verſione expresſit *Gatak.*

1 Deeſſe

ἀγαθὸς, ἢ [1] ἀγαθόν. τί οὖν ὧδε ποιεῖς, ὦ φαντασία; ἀπέρχου, [2] πρὸς θεῶν σοι, ὡς ἦλθες· οὐ γὰρ χρῄζω σου. ἐλήλυθας δὲ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος. οὐκ ὀργίζομαί σοι· μόνον ἄπιθι.

ιη΄. Φοβεῖταί τις μεταβολήν; τί γὰρ δύναται χωρὶς μεταβολῆς γενέσθαι; τί δαὶ φίλτερον ἢ οἰκειότερον τῇ τῶν ὅλων φύσει; σὺ δὲ αὐτὸς λούσασθαι δύνασαι, ἐὰν μὴ τὰ ξύλα μεταβάλῃ; τραφῆναι δὲ δύνασαι, ἐὰν μὴ τὰ ἐδώδιμα μεταβάλῃ; ἄλλο δὲ τί τῶν χρησίμων δύναται συντελεσθῆναι χωρὶς μεταβολῆς; οὐχ ὁρᾷς οὖν, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ σὲ μεταβαλεῖν ὅμοιόν ἐστι καὶ ὁμοίως ἀναγκαῖον τῇ τῶν ὅλων φύσει;

ιθ΄. Διὰ τῆς τῶν ὅλων οὐσίας, ὡς διὰ χειμάῤῥου διεκπορεύεται

nius, ſiue mens bona. quid igitur facis hic, o phantaſia? faceſſe hinc, per deos, vti acceſſiſti: nihil enim opus te habeo. more antiquo acceſſiſti. nec ſuccenſeo tibi tamen: faceſſe tantum.

18. Cur mutationem quis metuat? ecquid enim fieri poteſt absque mutatione? ecquid autem aut gratius aut familiarius vniuerſi naturæ? ipſe num balneo vti poteris, ni ligna mutationem ſubeant? num nutriri, ni edulia itidem mutentur? numquid aliud vtile quidquam perfici, niſi interueniente mutatione? an non vides ſimile quiddam eſſe et mutationem tui, nec vniuerſi naturæ minus neceſſarium?

19. Per mundi ſubſtantiam, tamquam per torrentem, corpora transeunt vniuerſa, ipſa

1 Deeſſe vocabulum aliquod videtur, quod membrum poſterius expleat. forſan [ἡγεμονικὸν] ἀγαθὸν, fuerat, in hoc enim *Marco* cenſente τὸ πᾶν. Idemque eidem ὁ δαίμων iſte. l. 2. 13. 17. et l. 10. 13. quo loco ait τὸν νοῦν, vbi voluerit, ἀγαθὸν δαίμονα fieri. Coniecturam meam firmat, quod ex *Platone Clemens* Stromat. l. 2. Αὐτὸς δὲ ὁ Πλάτων τὴν εὐδαιμονίαν, τὸ εὖ τὸν δαίμονα ἔχειν· δαίμονα δὲ λέγεσθαι, τὸ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἡγεμονικόν. *Gatak.*

2 Forſan [νὴ] τοὺς Θεούς. atque ita *Caſaub.* Sed nec fortasſe νὴ particula illa interiecta opus fuerit. ſiquidem *Salmaſius* formulam vſitatam eſſe monet τοὺς Θεούς σοι, ſubaudi ὄμνυμι, eamque locutionem occurrere in *Anacreonte* carm. 31. Ἄφες με, τοὺς Θεούς σοι, Πιεῖν πιεῖν ἀμυστί. et *Arrian.* in *Epictet.* Diſſert. l. 3. c. 26. Παῦσαι, τοὺς Θεούς σοι, ἐμπαίζων μου τῇ ψυχῇ. Locus ergo ſincerus et integer eſt. nec vlla ratione admittenda *adnotatoris lugd.* interpolatio ἀπέρχου πρὸς τοὺς Θεοὺς σύ. *Gatak.*

ipſa vniuerſo, prout membra ſibi inuicem noſtra, coalita et eidem cooperantia. quot Chryſippos, quot Socrates, quot Epictetos iam dudum abſorpſit æuum iſtud? idem tibi de quouis tum homine, tum re ſuccurrat.

20. Hoc vnum me ſollicitum habet, ne quid ipſe faciam, quod hominis conditio vel minus velit, vel ſecus velit, vel nunc nolit.

21. Inſtat tempus, quo tu omnium oblitus eris; inſtat, et quo omnes tui.

22. Hominis eſt, etiam eos, qui offendunt, diligere. hoc fiet, ſi vna ſuccurrat tibi, tum eſſe tibi cognatos, tum inſcios inuitosque peccare: ad hæc, paullo poſt vtrosque veſtrum morti concesſuros; præ omnibus denique, nihil eos te læſiſſe. neque enim mentem tuam deteriorem facere posſunt, quam prius fuerat.

23. Vniuerſi natura ex communi rerum omnium materia, tamquam e cera, nunc equuleum effingit; quem mox denuo diffingit, eiusdemque materia ad arborem producendam abutitur; tum ad homuncionem,

πάντα τὰ σώματα, τῷ ὅλῳ συμφυῆ καὶ συνεργά, ὡς τὰ ἡμέτερα μέρη ἀλλήλοις. πόσους ἤδη ὁ αἰὼν Χρυσίππους, πόσους Σωκράτεις, πόσους Ἐπικλήτους καταπέπωκεν; τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ ἐπὶ παντὸς οὑτινοσοῦν σοι ἀνθρώπου τε καὶ πράγματος προσπιπτέτω.

κ΄. Ἐμὲ ἓν μόνον περισπᾷ, μή τι αὐτὸς ποιήσω, ὃ ἡ κατασκευὴ τοῦ ἀνθρώπου οὐ θέλει, ἢ ὡς οὐ θέλει, ἢ ὃ νῦν οὐ θέλει.

κα΄. Ἐγγὺς μὲν ἡ σὴ περὶ πάντων λήθη. ἐγγὺς δὲ ἡ πάντων περὶ σοῦ λήθη.

κβ΄. Ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν καὶ τοὺς πταίοντας. τοῦτο δὲ γίνεται, ἐὰν συμπροσπίπτῃ σοι, ὅτι καὶ συγγενεῖς, καὶ δι᾽ ἄγνοιαν, καὶ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι, καὶ ὡς μετ᾽ ὀλίγον ἀμφότεροι τεθνήξετε, καὶ πρὸ πάντων, ὅτι οὐκ ἔβλαψέ σε, οὐ γὰρ τὸ ἡγεμονικόν σου χεῖρον ἐποίησεν, ἢ πρόσθεν ἦν.

κγ΄. Ἡ τῶν ὅλων φύσις, ἐκ τῆς ὅλης οὐσίας, ὡς κηροῦ, νῦν μὲν ἱππάριον ἔπλασε· συγχέασα δὲ τοῦτο, εἰς δένδρου φύσιν συνεχρήσατο τῇ ὕλῃ αὐτοῦ· εἶτα εἰς ἀνθρωπάριον.

ον, εἶτα εἰς ἄλλο τι· ον δὲ τούτων πρὸς ὀλίγι- ὑπέστη. δεινὸν δὲ οὐδὲν τὸ ...θῆναι τῷ κιβωτίῳ· ρ οὐδὲ τὸ συμπαγῆ-

ʹ.1 Τὸ ἐπίκοτον τοῦ προ- λίαν παρὰ φύσιν, ὅταν άκις ἐναποθνήσκειν ἢ ημα, ἢ τὸ τελευταῖον ἀπ- θη, ὥστε ὅλως ἐξαφθῆναι ύνασθαι αὐτῷ γε τούτῳ κολουθεῖν πειρῶ, ὅτι πα- ὸν λόγον. 2 εἰ γὰρ καὶ ἡ θησις τοῦ ἁμαρτάνειν ετᾳ, τίς ἔτι τοῦ ζῆν ;

ʹ. Πάντα ὅσα ὁρᾷς, ὅσον μεταβαλεῖ ἡ τὰ ὅλα διοι- φύσις, καὶ ἄλλα ἐκ τῆς αὐτῶν ποιήσει καὶ πάλιν ἐκ τῆς ἐκείνων οὐσίας, ἵνα αρὸς ᾖ ὁ κόσμος.

ʹ. Οσαν τις ἁμάρτῃ τι εἰς θὺς ἐνθυμοῦ, τί ἀγαθὸν ἢ ὑπολαβὼν ἥμαρτε. τοῦ-

dein ad aliud quidpiam. horum autem quodlibet ad breue temporis . ſpatium ſubſiſtit. iſtis autem, ſicut arcæ, diſſolui nihilo magis moleſtum eſt, quam compingi primo fuerat.

24. Toruitas vultus eſt valde præter naturam. vbi ei ſæpius adſueuerit quis, immori ſolet; vultusque decor ita inde exſtinguitur, vt denuo reaccendi omnino nequeat. ex hoc ipſo autem intelligas licet, eſſe præter rationem. Siquidem enim *ita vultum quis obfirmauerit*, vt peccati ſenſus omnis aufugerit, quorſum homo ſic adfectus vitam protrahat amplius ?

25. Quæcumque vides, vniuerſa mox eſt mutatura vniuerſi rectrix natura, aliaque ex eorum materia effectura, et ex horum rurſus alia, vt mundus perpetim renouetur.

26. Quum aduerſus te quidquid peccauerit quis, conſidera ſtatim, quid bonum malumue eſſe ratus id egerit. hoc enim

eriochen hanc miſere mutilatam ac vitiatam eſſe, ſatis indicant tam pantes a ſe inuicem interpretum verſiones. *Bootio* tamen adſentior, effert Τὸ ἐπίκοτον τοῦ προσώπου λίαν παρὰ φύσιν, ὅταν πολλάκις [γίγνηται,] iam transpoſitione tantum facta ᾖ) ἐναποθνήσκει. καὶ τὸ πρόσχημα τὸ τε- ον ἀπεσβέσθη, ὥστε ὅλως ἐξαφθῆναι μὴ δύνασθαι. *Gatak.*
læc a ſuperioribus tamquam alio ſpectantia ſeiungit *Dacier.*

1 Hemi-

enim perſpecto, miſereberis illius, nec aut miraberis, aut ſuccenſebis. forſan enim vel idem illud, quod ille, vel aliud quidpiam eiusmodi, ipſe bonum esſe opinaris. *hoc ſi fuerit*, et illi te ignoſcere oportet. ſin eiusmodi nec bona nec mala cenſueris, ex errore animi delinquentem æquanimiter feras.

27. Non tam quæ deſunt tibi, quam quæ adſunt, cogita. ex his autem ſelige, quæ gratisſima ſunt tibi, quo reputes tecum, quanto cum ſtudio ea, ni iam adesſent, tibi requireres. caue tamen interim, ne dum iſtis lubenter adquieſcis, eo in pretio habere adſueſcas te, vt ſi quando deesſe contigerit, turberis.

28. In temet conuolutus eſto. mens etenim rationalis ita eſt natura comparata, vt ſibi ſufficiat ipſa iuſta agens, et hoc ipſo nacta ſibi tranquillitatem.

29. Imaginationes abſterge. adfectuum motus compeſce. tempus præſens circumſcribe. dignoſce, quidquid vel tibi vel alii cuiquam contingit. rem ſubiectam

το γὰρ ἰδὼν, ἐλεήσεις αὐτὸν, καὶ οὔτε θαυμάσεις, οὔτε ὀργισθήσῃ. ἤτοι γὰρ καὶ αὐτὸς τὸ αὐτὸ ἐκείνῳ ἀγαθὸν ἔτι ὑπολαμβάνεις, ἢ ἄλλο ὁμοειδές. δεῖ οὖν συγγινώσκειν. εἰ δὲ μηκέτι ὑπολαμβάνεις τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ καὶ κακὰ, ῥᾷον εὐμενὴς ἔσῃ τῷ παρορῶντι.

κζ'. Μὴ τὰ ἀπόντα ἐννοεῖν, ὡς ἤδη ὄντα· ἀλλὰ τῶν παρόντων τὰ δεξιώτατα ἐκλογίζεσθαι, καὶ τούτων χάριν ὑπομιμνήσκεσθαι, πῶς ἂν ἐπεζητεῖτο, εἰ μὴ παρῆν. ἅμα μέντοι φυλάσσου, μὴ διὰ τοῦ οὕτως ἀσμενίζειν αὐτοῖς, ἐθίσῃς ἐκτιμᾷν αὐτὰ, ὥστε, ἐάν ποτε μὴ παρῇ, ταραχθήσεσθαι.

κη'. Εἰς αὐτὸν συνειλοῦ. Φύσιν ἔχει τὸ λογικὸν, ἡγεμονικὸν, ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δικαιοπραγοῦντι, καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτο γαλήνην ἔχοντι.

κθ'. Ἐξάλειψον τὴν φαντασίαν. στῆσον τὴν νευροσπαστίαν. περίγραψον τὸ ἐνεστὼς τοῦ χρόνου. γνώρισον τὸ συμβαῖνον, ἢ σοὶ, ἢ ἄλλῳ. δίελε καὶ μέρισον

τὸ

τὸ ὑποκείμενον, εἰς τὸ αἰτιῶδες καὶ ὑλικόν. ἐννόησον τὴν ἐσχάτην ὥραν. τὸ ἐκείνῳ ἁμαρτηθὲν, ἐκεῖ κατάλιπε, ὅπου ἡ ἁμαρτία ὑπέστη.

λ'. Συμπαρεκτείνειν τὴν νόησιν τοῖς λεγομένοις. εἰσδύεσθαι τὸν νοῦν εἰς τὰ γινόμενα καὶ ποιοῦντα.

λα'. Φαίδρυνον σεαυτὸν ἁπλότητι καὶ αἰδοῖ καὶ τῇ πρὸς τὸ ἀνὰ μέσον ἀρετῆς καὶ κακίας, ἀδιαφορίᾳ. φίλησον τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἀκολούθησον θεῷ.

-- ἐκεῖνος μέν φησιν, 1 ὅτι πάντα νομιστί.

2 ἔτι εἰ δαίμονα τὰ στοιχεῖα· ἀρκεῖ δὲ μεμνῆσθαι, ὅτι τὰ πάντα νομιστὶ ἔχει, 3 ἢ δηλίαν ὀλίγα.

λβ'. Περὶ θανάτου· 4 εἰ σκεδασμὸς, ἢ ἄτομοι, ἢ κένωσις, ἤτοι σβέσις, ἢ μετάστασις.

λγ'. Περὶ πόνου· τὸ μὲν

quamque diuide et partire in formam et materiam. horam nouiſſimam cogita. quod alteri peccatum eſt, ibi, vbi extitit, relinque.

30. Eis, quæ dicuntur, animum ſimul intende: in ea, quæ fiunt faciuntue, mente altius deſcende.

31. Exorna te ſimplicitate, modeſtia, adfectu aduerſus res medias indifferenti. genus humanum dilige. Deo obſequere.

--*Certa*, inquit ille, *decurrunt, omnia lege.*

quid vero ſi elementa ſola? meminiſſe ſuffecerit, lege certa pleraque ferri, aut paucis ſaltem dumtaxat exceptis.

32. Ad mortem quod attinet, ſiue fuerit diſſipatio, ſiue in atomos redactio, ſiue exinanitio; vel *eſt* exſtinctio vel translatio.

33. De dolore *ſic habeas*. ſi ferri

1 Hemiſtichium videtur poetæ alicuius: ideo præmiſit, ἐκεῖνος μέν φησι. *Gatakerus.*

2 Locus corruptus. Legit *Boot.* ἔτι [μᾶλλον] εἰ δαίμονα τὰ σ. lectionem autem *Caſauboni* τί δαὶ εἰ μόνα τὰ στοιχεῖα; in verſione expreſſit *Gatak.*

3 Εἰ μὴ λίαν ὀλίγα *Boot.* quod ſequitur *Gatak.*

4 *Xyland.* et *Caſaub.* pro εἰ legunt ἤ. poteſt tamen retineri conditionalis particula, vt dicatur, *ſiue diſſipatio, ſiue reſolutio, ſiue adnihilatio detur, omnino vnum e duobus iſtis conſequatur neceſſe eſt, vt vel exſtinguatur anima vel transferatur. Gatak.*

ferri non poteſt, interimit: ſi diutius durauerit, ferri poteſt. mens interim opinionis ope tranquillitatem ſeruat ſuam; nec deterior quidquam *inde* fit pars animi princeps. corporis vero membra, quæ dolore ſunt adflicta, ipſa, ſi quid posſunt, de eo ſtatuant.

ἀφόρητον, ἐξάγει· τὸ δὲ χρονίζον, φορητόν· καὶ ἡ διάνοια τὴν ἑαυτῆς γαλήνην κατὰ 1 ἀπόληψιν διατηρεῖ, καὶ οὐ χεῖρον τὸ ἡγεμονικὸν γέγονε. τὰ δὲ κακούμενα μέρη ὑπὸ τοῦ πόνου, εἴ τι δύναται, περὶ αὐτοῦ ἀποφηνάσθω.

34. Quod ad gloriam, animos eorum, *a quibus ea expetitur*, conſidera, et qualia tum fugiant, tum et ſectentur. *illud item diſpice*, ſicut arenarum cumuli, alii aliis ſuperingeſti, priora abſcondunt; perinde in vita contingere, vt antegresſa a ſuccedentibus quam celerrime abſcondantur.

λδ΄. Περὶ δόξης· ἴδε τὰς διανοίας αὐτῶν, οἷαι, καὶ οἷα μὲν φεύγουσαι, οἷα δὲ διώκουσαι. καὶ ὅτι 2 ὡς αἱ θῖνες ἄλλαι ἐπ᾽ ἄλλαις ἐπιφορούμεναι κρύπτουσι τὰ πρότερα· οὕτως ἐν τῷ βίῳ, τὰ πρότερα ὑπὸ τῶν ἐπενεχθέντων τάχιστα ἐκαλύφθη.

35. Platonis dictum. Cui igitur animus ſublimis fuerit, quique et tempus omne, et ſubſtantiam omnem contempletur; numquid huic magnum quiddam putas posſe videri hominis vitam? Fieri, inquit, non poteſt. Neque mortem igitur graue quid reputabit. Minime vero.

λε΄. Πλατωνικόν· 3 ᾧ οὖν ὑπάρχει διάνοια μεγαλοπρεπὴς, καὶ θεωρία παντὸς μὲν χρόνου, πάσης δὲ οὐσίας, ἆρα οἴει τούτῳ μέγα τι δοκεῖν εἶναι τὸν ἀνθρώπινον βίον; ἀδύνατον, ἦ δ᾽ ὅς. οὐκοῦν καὶ θάνατον οὐ δεινόν τι ἡγήσεται ὁ τοιοῦτος. ἥκιστά γε.

λϛ΄. Ἀι-

1 Per ἀπόληψιν intelligit *Caſaub.* obfirmatam animi conſtantiam, qua doloribus corporis fortiter obnititur, et aditus ad ſe quaſi præcludit omnes. verum ὑπόληψιν legit *Gatak.* vt idem ſit τὴν ἑαυτῆς γαλήνην κατὰ ὑπόληψιν διατηρεῖν, quod ſupra c. 14. μὴ ὑπολαμβάνειν ὅτι κακὸν τὸ συμβεβηκός.

2 Elegans ſimilitudo, ab arenis mutuata, quarum acerui cumulique, ſiue ventorum ſiue fluctuum vehementia ac violentia adacti, alii aliis ſuperueniendo illos iſti adoperiunt obruuntque. *Gatak.*

3 Ex libro 6. de repub. p. 486. Tom. 2. *edit. Stephan.*

1 Ex

λϛ'. 1 Αντιϲθενικόν. βασιλικὸν μὲν εὖ πράττειν. κακῶς δὲ ἀκούειν.

λζ'. Αἰσχρόν ἐστι, τὸ μὲν πρόσωπον ὑπήκοον εἶναι, καὶ σχηματίζεσθαι, καὶ κατακοσμεῖσθαι ὡς κελεύει ἡ διάνοια, αὐτὴν δ' ὑφ' ἑαυτῆς μὴ σχηματίζεσθαι καὶ κατακοσμεῖσθαι.

λη'. 2 Τοῖς πράγμασιν γὰρ
οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών·
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν.

λθ' 3 Ἀθανάτοις τε θεοῖς
καὶ ἡμῖν χάρματα δοίης.

μ'. 4 Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν,
Καὶ τὸ μὲν εἶναι, τὸ δὲ μή.

μα'. 5 Εἰ δ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν καὶ παῖδ' ἐμώ,
Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο.

μβ'. 6 Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον.

μγ'. Μὴ συνεπιθρηνεῖν, μὴ σφύζειν.

36. Antiſthenis illud. Male audire, quum benefacias, regium eſt.

37. Indignum eſt, vultum animo obſequentem, pro eius imperio conformare et componere ſemet; ipſum autem animum ad ſui ipſius arbitrium non conformari et componi.

38. *Nam neutiquam hominem rebus iraſci decet:*
Nil quippe curant ipſæ.

39. *Diis leto exemtis ac nobis gaudia dones.*

40. *Spicas velut frugiferas, ſic vitam meti:*
Vt hic ſit, ille non ſit.

41. *Si me meosque liberos dii negligant,*
Huius etiam conſtat ratio.

42. *Aequum bonumque a me eſt.*

43. Lamentantibus ne collamenteris, neue commouearis.

44. Pla-

1 Ex *Arrian.* in *Epictet.* disſert. l. 4. c. 6. *Gatak.*
2 *Euripidis* ſunt ex *Bellerophonte*, vt docet *Stobæus* Tom. 2. Tit. 108. *Gat.*
3 Cuius epici iſta ſint, nondum comperi. Videntur parentis alicuius verba, filium ad rem probe ſtrenueque gerendam adhortantis. *Gatak.*
4 *Euripidis* esſe ex *Hypſipyle* auctor eſt *Stobæus* Tom. 2. Tit. 108. apud quem vt et apud *Plutarch.* ad *Apollon.* poſterior verſus ſic concipitur: Καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. *Gatak.*
5 Ex incerto Tragico, ſed pietatis prægnans profesſio. *Gatak.*
6 Eſt *Ariſtophanis* ex *Acarn.* act. 2. [ſc. vlt.] quod in prouerbialem loquendi formulam cesſit. Ita vſurparunt *Cicer.* ad *Attic*, l. 6. ep. 1. et l. 8. ep. 8. et *Clem. Alex.* Strom. l. 6. *Gatak.*

1 Ex

44. Platonis iſta. Ego huic reſponſum hoc, iuſtumque illud, referrem. Parum recte cenſes, mi homo, ſi hominem, qui vel vllius ſit vſus, exiſtimas mortis vitæque diſcrimen in numero aliquo habiturum; nec hoc dumtaxat conſideraturum, id quod agit, iuſtum an iniuſtum, hominiſque probi an improbi ſit.

45. *Eiuſdem.* Sic enim ſe reuera habet, viri Athenienſes: quocumque loco ſemet collocauerit quis, ſtatum eum ſibi optimum ducens, aut a principe fuerit collocatus, eum hunc tueri (vti mihi videtur) oportet, etiamſi cum diſcrimine coniunctum id ſit, nec vllius rei cuiuſquam, ne mortis quidem, præ eo, quod eſt turpe, rationem habere.

46. *Eiuſdem.* Verum, o bone vir, illud videris, annon aliud quid generoſum eſſe bonumque exſiſtat, quam ſeruare et ſeruari. neque enim hoc eſt, quod, vir vere qui ſit, tantopere expetere debeat, vt temporis tantumdem viuat; neque vitæ oportet auidum eſſe; ſed

μδ'. Πλατωνικά. 1 Ἐγὼ δὲ τούτῳ ἂν δίκαιον λόγον ἀντείποιμι· ὅτι οὐ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν, ἢ τεθνάναι ἄνδρα, ὅτου τι καὶ σμικρὸν ὄφελος· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν ὅταν πράττῃ, πότερον δίκαια ἢ ἄδικα πράττει, καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα ἢ κακοῦ.

με'. 2 Οὕτω γὰρ ἔχει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῇ ἀληθείᾳ, οὗ ἄν τις αὐτόν τάξῃ ἡγησάμενος βέλτιστον εἶναι, ἢ ὑπ' ἄρχοντος ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μένοντα κινδυνεύειν, μηδὲν ὑπολογιζόμενον, μήτε θάνατον, μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ αἰσχροῦ.

μϛ'. 3 Ἀλλ', ὦ μακάριε, ὅρα μὴ ἄλλο τι τὸ γενναῖον, καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ σώζειν τε καὶ σώζεσθαι. μὴ γὰρ τοῦτο μὲν, τὸ ζῆν ὁποσονδὴ χρόνον, τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα, 4 ἐατέον ἐστὶ, καὶ οὐ φιλοψυχητέον, ἀλλ' ἐπιτρέψαντα περὶ τούτων τῷ θεῷ, καὶ

1 πι-

1 Ex *Platonis* apolog. p. 28. Tom. 1. *edit. Stephan.*
2 *Plato* ibid.
3 Ex *Platonis* Gorgia. p. 512. Tom. 1.
4 Εὐκτέον legitur apud *Platonem*.

1 Lectio-

1 πιστεύσαντα ταῖς γυναιξὶν, ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδεὶς ἂν ἐκφύγοι, τὸ ἐπὶ τούτῳ σκεπτέον, τίνα ἂν τρόπον, τοῦτον, ὃν μέλλει χρόνον βιῶναι, ὡς ἄριστα βιώη.

μζ'. Περισκοπεῖν ἄστρων δρόμους, ὥσπερ 2 συμπεριθέοντα· καὶ τὰς τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολὰς συνεχῶς ἐννοεῖν. ἀποκαθαίρουσι γὰρ αἱ τούτων φαντασίαι τὸν ῥύπον τοῦ χαμαὶ βίου.

μη'. Καλὸν τὸ τοῦ Πλάτωνος. 3 καὶ δὴ περὶ ἀνθρώπων τοὺς λόγους ποιούμενον, ἐπισκοπεῖν δεῖ καὶ τὰ ἐπίγεια, ὥσπερ ποθὲν ἄνωθεν, κατὰ ἀγέλας, στρατεύματα, γεώργια, γάμους, διαλύσεις, γενέσεις, θανάτους, δικαστηρίων θόρυβον, ἐρήμους χώρας, βαρβάρων ἔθνη ποικίλα, ἑορτὰς, θρήνους, ἀγορὰς, τὸ παμμι-

iſtis Deo permiſſis, et mulierculis etiam fide habita, fieri non poſſe, vt fatum quisquam quoquo modo effugiat; hoc deinceps ei perpendendum, quomodo tempus hoc, quo victurus ſit, quam optime exigat.

47. Aſtrorum curſus contemplare, tamquam vna cum illis circumactus. elementorum etiam mutationes mutuas animo iugiter reuolue. iſtiusmodi enim cogitationes vitæ huius terreſtris ſordes expurgant.

48. Præclarum eſt et Platonis illud. Quin et de hominibus ſermonem inſtituentem, contemplari oportet, quaſi de ſpecula quadam deſuper, terreſtria quoque iſta, per cœtus, exercitus, agriculturas, nuptias, inducias, ortus, mortes, fori tumultus, loca deſerta, barbarorum gentes varias, feſta, funera, nundinas, miſcelam omnigenam, *mundum-*

que

1 Lectionem hanc ſollicitat *Xyland.* quia ſc. minime muliebris hæc ſententia videatur. *Adnotator lugd.* etiam ταῖς γυναιξὶν audacter deleri iubet. Verum nihil mouendum ex *Platone* liquet. ſuntque etiam mulierculis decantata iſta: *fatum eſſe ineuitabile, neminemque ſibi deſtinatum vmquam effugere valuiſſe. Gatak.*

2 Tamquam mente tua et cogitatione ſidera in motu curſuque ſuo rapidiſſimo illo comitatus et conſecutus. Vel, vitæ tuæ momenta tamquam vna cum cæleſtibus illis corporibus transuolantia conſiderans. *Gatak.*

3 Vbi *Plato* hæc habeat, mihi nondum ſuccurrit. *Gatak.*

que ex rebus contrariis conſlatum et inſtructum.

γὲς, καὶ τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων συγκοσμέμενον.

49. Præterita recole, totque imperiorum mutationes. inde licet et futura proſpicere. eiusdem enim generis omnino futura ſunt; nec posſunt eorum, quæ nunc fiunt, modulum transgredi. proinde par eſt, per annos quadraginta vitam perluſtrare humanam, atque per annorum decem millia. quid enim amplius ſis viſurus?

μθ'. Τὰ προγεγονότα ἀναθεωρεῖν· τὰς τοσαύτας τῶν ἡγεμονιῶν μεταβολάς. ἔξεστι καὶ τὰ ἐσόμενα προεφορᾶν. ὁμοειδῆ γὰρ πάντως ἔσαι, καὶ οὐχ οἷόν τε ἐκβῆναι τοῦ ῥυθμοῦ τῶν νῦν γινομένων· ὅθεν καὶ ἴσον, τὸ τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἱστορῆσαι τὸν ἀνθρώπινον βίον, τῷ ἐπὶ ἔτη μύρια. τί γὰρ πλέον ὄψει;

50. *Retroque meant, quæ terra dedit. Iterum ad terram; at quod ab ætherio Venerat ortu. cæleſte poli Repetit templum.---* aut hoc eſt atomorum inuicem implexorum disſolutio, aut elementorum ſenſus expertium diſperſio.

ν'. 1 Καὶ τὰ ἐκ γῆς μὲν φύντα, εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γένη, εἰς αἰθέριον πάλιν ἦλθε πόλον. ἢ τοῦτο διάλυσις τῶν ἐν ταῖς ἀτόμοις ἀντεμπλοκῶν, 2 καὶ τοιοῦτός τις σκορπισμὸς τῶν ἀπαθῶν στοιχείων.

51. *Potu ciboque, atque id genus cupediis*

να'. 3 (Καὶ) σίτοισι καὶ ποτοῖς, καὶ μαγγανεύμασι

Παρεκ-

1 *Euripidis* iſta ſunt ex *Chryſippo*, quod ex *Clemente Alex.* ſtrom. 6. didicimus. refert et *Philo* de mund. immortal. ex quo ſic reſtituenda et diſponenda ſunt. Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας Φύντ' ἐς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον Πόλον ἦλθε πάλιν. *Gatak.*

2 Lego, ἢ τοιοῦτος. vel [ἢ] καὶ τ. *Gatak.*

3 Sunt iſti apud *Euripidem* verſiculi, quibus id agit ille, vt homunciones ridendos omnibus deteſtandosque propinaret, qui de vita adeo ſunt anxii, vt iſta curent cogitentque ſola, quæ ad hanc producendam conducunt: in *potu* ſc. *ciboque & id genus cupediis* ſuper modum ſolliciti, ceterorum negligentes. *Dacier.* Καὶ iſtic ſuperfluum videtur. Verſus ſunt ex *Euripid.* ſupplic.

a *Plutarcho*

Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥστε μὴ θανεῖν.
1 Θεόθεν δὲ πνέοντ᾽ οὖρον
Ανάγκη τλῆναι καμάτοις 2 ἀνοδύρτοις.

νβ΄. 3 Καββαλιώτερος ἀλλ᾽ οὐχὶ 4 κοινωνικότερος, οὐδὲ αἰδημονέστερος, οὐδ᾽ εὐτακτότερος ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν, οὐδὲ εὐμενέστερος πρὸς τὰ τῶν πλησίον παροράματα.

νγ΄. Ὅπου ἔργον ἐπιτελεῖσθαι δύναται κατὰ τὸν κοινὸν θεοῖς καὶ ἀνθρώποις λόγον, ἐκεῖ οὐδὲν δεινόν· ὅπου γὰρ ὠφελείας τυχεῖν ἔξεστι διὰ τῆς εὐοδούσης καὶ κατὰ τὴν κατασκευὴν προϊούσης ἐνεργείας, ἐκεῖ οὐδεμίαν βλάβην ὑφορατέον.

Curſum moramur, cita mors ne nos obruat.
Diuinitus at ſpirantem auram
Pati neceſſe eſt cum labore et lacrimis.

52. Eſt quiſquam te luctæ peritior. at *vide*, ne liberalior *ſit*, ne modeſtior, ne ad caſus quosuis obſequentior, ne aduerſus aliorum errata placidior.

53. Vbicumque effici poterit opus vllum ſecundum rationem eam, quæ mortalibus eſt cum diis ipſis communis, nihil ibi poteſt eſſe graue. vbi enim fructum conſequi licet actionis proſpere fluentis, et iuxta conditionis propriæ naturam progredientis, nulla ibi ſupereſt damni ſuſpicio. 54. Omni

a *Plutarcho* etiam in Conſol. ad *Apollon.* laudati. ſunt autem varie admodum in *Euripidis* codicibus, apud *Marcum*, apudque *Plutarchum* concepti, quod eſt vitiatorum indicium ſatis clarum. Apud *Plutarchum* ſic ſe habent: Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι. Ego vel *Marcum* ſequar lubens vel *Plutarchum*, qui, vt verbulo differant, ſenſu conueniunt. *Gatak.*

1 Hæc aliunde ſunt. *Gatak.*

2 Quid ſi ἀνοδύρτοις, *minime flendis aut lugendis*, verterimus? vt ſint κάματοι ἀνόδυρτοι, *labores*, ſi cum *Flacco* loquamur, *illacrimabiles*; ſiue *qui lugendi non ſint*, ſed ſtrenue alacriterque perferendi. quamquam et ἀνοδύρεσθαι eſt θρηνεῖν, κλαίειν, Suidæ. atque inde poterit τὸ ἀνόδυρτος deduci. *Gatak.*

3 *Profuſior* vertit *Boot.* vt ſit ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν *dependere*, *impendere*, *inſumere*. Ego malim καββαλικώτερος et cum *Xyland.* *luctæ peritiorem* intelligi. καταβάλλειν *deiicere*, *proſternere* de colluctantibus eſt frequentiſſimum. *Euſtath.* ad *Hom.* Il. 1. v. 206. Τὸ κάββαλεν, ἢ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ ἔβαλλεν, ὅ ἐστιν, ἔθετο. ἢ βαστάξας ἄνω εἶτα κατετίθετο. οὕτω καὶ ὁ παλαιστὴς καταβάλλει τὸν ἀντίπαλον, et apud *Plutarch.* in Apoph. Spartanus quidam de antagoniſta ſuo, a quo in certamine ſuperatus et proſtratus fuerat, dixiſſe fertur; οὐ μὲν οὖν κρείσσων, ἀλλὰ καββαλικώτερος. quo et reſpexiſſe *Marcum* probabile admodum videtur. *Gat.* 4 Κοινωνικώτερός σου ἐστί τις *Gat.*

54. Omni loco, omnique tempore, in te ſitum eſt, et in caſu præſenti pie adquieſcere, et cum hominibus præſentibus ſecundum ius fasque verſari, et viſa præſentia perite explorare, ne quid incompertum clam ſubrepat.

55. Nolito aliorum mentes circumſpicere, ſed eo recta intuere, quo natura te ducit; natura, *inquam*, vniuerſi, in eis, quæ tibi contingunt, et tua etiam, in eis, quæ tibi ſunt agenda. illud autem eſt vnicuique agendum, quod eſt conditioni ipſius conſentaneum. porro, condita ſunt, reliqua quidem rationalium gratia, quemadmodum et in re omni alia, deteriora præſtantiorum; rationalia vero ſui inuicem. itaque in hominis natura primum ac præcipuum eſt, ſocietatem colere; ſecundum, corporis adfectionibus neutiquam ſuccumbere. eſt enim hoc motus rationalis et intellectualis proprium, circumſcribere ſemet, et nec ſenſus nec adfectus motibus vmquam ſuperari: animalis enim vter-

νδʹ. Πανταχοῦ καὶ διηνεκῶς ἐπὶ σοί ἐστι, καὶ τῇ παρέσῃ[1] συμβάσει θεοσεβῶς εὐαρεστεῖν, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀνθρώποις κατὰ δικαιοσύνην προσφέρεσθαι, καὶ τῇ [1]οὔσῃ φαντασίᾳ ἐμφιλοτεχνεῖν, ἵνα μήτι ἀκατάληπτον παρεισρυῇ.

νεʹ. Μὴ περιβλέπου ἀλλότρια ἡγεμονικά, ἀλλ᾽ ἐκεῖ βλέπε κατ᾽ εὐθὺ, ἐπὶ τί σε ἡ φύσις ὁδηγεῖ, ἥτε τοῦ ὅλου διὰ τῶν συμβαινόντων σοι, καὶ ἡ σὴ, διὰ τῶν πρακτέων ὑπὸ σοῦ. πρακτέον δὲ ἑκάστῳ τὸ ἑξῆς τῇ κατασκευῇ· κατεσκεύασται δὲ τὰ μὲν λοιπὰ τῶν λογικῶν ἕνεκεν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ παντὸς ἄλλου, τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ λογικὰ ἀλλήλων ἕνεκεν. τὸ μὲν οὖν προηγέμενον ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ, τὸ κοινωνικόν ἐστι· δεύτερον δὲ, τὸ ἀνένδοτον πρὸς τὰς σωματικὰς πείσεις. λογικῆς γὰρ καὶ νοερᾶς κινήσεως ἴδιον περιορίζειν ἑαυτὴν, καὶ μήποτε ἡττᾶσθαι μήτε αἰσθητικῆς μήτε ὁρμητικῆς κινήσεως· [1]ζωώδεις γὰρ ἑκάτεραι. ἡ δὲ νοερὰ ἐθέλει

1 Παρέσῃ *Gatak.*

1 Genu-

πρωτιςεύειν, καὶ μὴ κα-
ρατεῖσθαι ὑπ' ἐκείνων. δι-
ις γε. πέφυκε γὰρ χρη-
πᾶσιν ἐκείνοις. τρίτον ἐν
.ογικῇ κατασκευῇ τὸ ἀ-
πτωτον καὶ ἀνεξαπάτη-
τέτων ἔν ἐχόμενον τὸ
ιονικὸν εὐθεῖα περαινέτω,
χει τὰ ἑαυτȣ̃.

ς'. Ὡς ἀποτεθνηκότα
καὶ μέχρι νῦν βεβιωκότα,
οιπὸν ἐκ τȣ̃ περιόντος, ζῆ-
κατὰ τὴν φύσιν.

ζ'. Μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ
ϐαῖνον καὶ συγκλωθόμε-
τί γὰρ ἁρμοδιώτερον;

η'. Ἐφ' ἑκάςȣ συμβάμα-
κείνȣς πρὸ ὀμμάτων ἔχειν,
ὰ αὐτὰ συνέβαινεν, ἔπειτα
ϰοντο, ἐξενίζοντο, ἐμέμφον-
νῦν ἐν ἐκεῖνοι πȣ̃; ἐδα-
τί ἐν καί συ θέλεις ὁ-
ος; ἐχὶ δὲ τὰς μὲν ἀλ-
ρίας τροπὰς καταλιπεῖν
τρέπȣσι καὶ τρεπομέ-

que eſt. vis autem intellectualis principatum ſibi vindicat, nec ab eis in ordinem redigi patitur. iure quidem. etenim *intellectus* natus eſt eis omnibus vti. tertium in natura rationali eſt, lapſu et errore immunem eſſe. his igitur adhærens mens recta procedat, habetque, quidquid ſuum eſt.

56. Tamquam vita iam functus, eiusdemque munere defunctus plane, quod reliquum eſt, tamquam ex abundanti, naturæ conuenienter fac viuas.

57. Id ſolum diligas, quod obuenit, et a fato deſtinatum eſt tibi. ecquid enim magis eſt congruum?

58. In omni caſu eos ob oculos habeas, quibus eadem quum contigiſſent, ægre tulerunt, pro inſueto habuerunt, quiritati ſunt. at vbi tandem iam illi? nusquam plane. cur tu igitur horum ſimilis eſſe velis? aut cur non potius motus alienos eis relinquas, qui his alios adficiunt et adficiuntur ipſi;

Genuina huius articuli mens ſubobſcura, ni me fallat plurimum, iſtoc ...um recidit. Quod, quemadmodum ſi nobis eſſet hodierno die modum, nihil eſſet rerum omnium, quod efflagitaremus magis, quam ...ius viuendi, vt ſpatium protrahatur: idem, quo nunc ſunt res noſtræ ..., agendum ſedulo: vt ii nempe ſimus homines, qui potiſſimum eſſe ...imus, quantum fieri poterit primum: et conſilia maturando, mortem ...ntumuis celeriter appetentem præuertamus. *Dacier.*

 ΙΣΘ,

ipſi; ipſe totus in hoc intentus, quo modo caſibus iſtiusmodi vtare? etenim recte vti poteris; *virtutisque* materiam tibi ſuppeditabunt. tu tantum attende tibi, atque in omni actione tua bonum præſtare te velis. denique in vtroque horum memineris, medium quiddam esſe illud, circa quod actio verſatur.

νοις; αὐτὸς δὲ περὶ τὸ πῶς χρῆσθαι αὐτοῖς ὅλος γίνεσθαι; χρήσῃ γὰρ καλῶς· καὶ ὕλη 1 σοῦ ἔσται· μόνον 2 πρόσεχε, καὶ θέλε σεαυτῷ καλὸς εἶναι ἐπὶ παντὸς οὗ πράσσεις· 3 καὶ μέμνησο ἀμφοτέρων, ὅτι καὶ διάφορον, ἐφ' οὗ ἡ πρᾶξις.

59. Introſpice te. intus eſt boni fons, qui perenniter ſcatebit, ſi iugiter foderis.

νθʹ. 4 Ενδον βλέπε. ἔνδον ἡ πηγὴ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ ἀεὶ ἀναβλύειν δυναμένη, ἐὰν ἀεὶ σκάπτῃς.

60. Corpus etiam fixum esſe oportet, vt nec motu, nec geſtu, temere iactetur. quale enim in vultu ſpecimen ſui exhibet mens, dum ſcite eum atque decenter componit; tale quiddam et in toto corpore exigitur. ceterum iſta citra adfectationem ſunt obſeruanda.

ξʹ. Δεῖ καὶ τὸ σῶμα πεπηγέναι, καὶ μὴ διεῤῥίφθαι, μήτε ἐν κινήσει, μήτε ἐν σχέσει. οἷον γάρ τι ἐπὶ τοῦ προσώπου παρέχεται ἡ διάνοια 5 συνετὸν αὐτὸ καὶ εὔσχημον συντηροῦσα, τοιοῦτο καὶ ἐπὶ ὅλου τοῦ σώματος ἀπαιτητέον. πάντα δὲ ταῦτα σὺν τῷ ἀνεπιτηδεύτῳ φυλακτέα.

ξαʹ· Η

1 Σοί, malim. *Gatak.*

2 Πρόσεχε σεαυτῷ, καὶ θέλε καλὸς εἶναι legendum cenſet *Gatak.*

3 Legendum forſan, καὶ μέμνησο ἐπ' ἀμφοτέρων, ὅτι ἀδιάφορον, ἐφ' οὗ ἡ πρᾶξις. In vtrisque autem illis, hoc eſt, tum in illis ſibi dimittendis, qui ſecius ſe gerunt, tum et in rerum iſtarum, quæ contingunt, vſu medium quiddam esſe, nec bonum ſc. nec malum, illud, circa quod actio tua verſatur. *Gatak.*

4 Bona ſcilicet indoles, et mens recte diſpoſita, fontis ad inſtar viui, donec haurias, fluit perennis: ſin ceſſas, areſcit illico, nec ſe diffundit amplius. Hæc vtique bonis operibus crebro repetitis fouenda, quibus dum incumbimus ſtrenui, excitatur in dies atque reficitur; ſin otioſam permittas, langueſcit protinus et breui exſtinguitur. *Dacier.*

5 Συνεστὸς legi debere ſuſpicatur *Caſaub.*

3 Legen-

ξά. Η βιωτικὴ τῇ παλαιστικῇ ὁμοιοτέρα ἤπερ τῇ ὀρχηστικῇ. κατὰ τὸ πρὸς τὰ ἐμπίπτοντα καὶ οὐ προεγνωσμένα, ἕτοιμος καὶ ἀπτὼς ἑστάναι.

ξϐ΄. Συνεχῶς ἐφιστάναι, τίνες εἰσὶν οὗτοι ὑφ᾽ ὧν μαρτυρεῖσθαι θέλεις, καὶ τίνα ἡγεμονικὰ ἔχουσιν. οὔτε γὰρ μέμψῃ τοῖς ἀκουσίως πταίουσιν, οὔτε ἐπιμαρτυρήσεως δεήσῃ, 1 εἰ βλέπων εἰς τὰς πηγὰς τῆς ὑπολήψεως καὶ ὁρμῆς αὐτῶν.

ξγ΄. Πᾶσα ψυχὴ ἄκουσα, 2 φησὶν, στέρεται ἀληθείας· οὕτως οὖν καὶ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, καὶ εὐμενείας. καὶ παντὸς τοῦ τοιούτου. ἀναγκαιότατον δὲ τὸ διηνεκῶς τούτου μεμνῆσθαι. ἔσῃ γὰρ πρὸς πάντας πρᾳότερος.

ξδ΄. Ἐπὶ μὲν παντὸς πόνου, πρόχειρον ἔστω, ὅτι οὐκ αἰσχρὸν, οὐδὲ τὴν διάνοιαν τὴν κυβερνῶσαν χείρω ποιεῖ. οὔτε γὰρ καθὸ 3 ὑλική ἐστιν, οὔτε καθὸ κοινωνική, διαφθείρει αὐτήν· ἐπὶ μέν τοι τῶν πλείστων πόνων,

61. Ars viuendi eſt luctatoriæ quam ſaltatoriæ ſimilior: *quum in hoc ſit poſita*, vt aduerſus contingentia improuiſa in procinctu ſemper quis ac immotus conſiſtat.

62. Crebro tecum perpende, qualesnam ſint, a quibus probari et prædicari velis, qualique ſint mente præditi. ita neque aut incuſabis eos, vbi impingunt inuiti, nec approbationem eorum expetes, ſi opinionis adfectuumque fontes, quos habeant, perſpexeris.

63. *Omnis anima*, inquit ille, *veritate priuatur inuita*: quin et iuſtitia pariter, et temperantia, et æquanimitate, et huiusmodi quauis virtute. hoc iugiter meminiſſe cum primis neceſſarium eſt. eris enim erga omnes mitior.

64. In dolore omni hoc præſto ſit, nec turpem eum eſſe, nec mentem gubernatricem facere deteriorem. neque enim eam, aut quatenus materiale quiddam, aut quatenus ſocietatis eſt ſtudioſa, corrumpit. in plerisque vero horum

Epicuri

1 Legendum videtur vel εἰσβλέπων aut ἢ βλέπεις cum *Gatakero*: vel, ἐμβλέπων, prout in MS. *Heſchel.* exſtare teſtatur *Caſaub.*

2 *Plato* in Sophiſt. *Gatak.* 3 Λογικὴ ſcribendum putat *Caſaub.*

Vide

Epicuri illud tibi adſit, nec intolerandum nec æternum eſſe, ſi terminorum memor fueris, nec opinionem adieceris. illud etiam memineris, multa tædio nos adficere, quæ non aduertimus eamdem, quam dolor, rationem habere, verbi gratia, dormitare, *quando vigilare libet*, æſtu adfici, faſtidio laborare. quoties ergo horum aliquid ægre fers, dic tibi, dolori ſuccumbere te.

65. Caue, erga inhumanos ſic adficiaris, quomodo ipſi erga homines ſolent.

66. Vnde conſtat nobis, Socratem clara fuiſſe reliquisque præſtantiore indole? neque enim hoc ſufficit, quod mortem glorioſisſime oppetebat; aut quod cum ſophiſtis acutisſime disſerebat; aut quod in frigore ſummo patientisſi-

1 καὶ τὸ τοῦ Ἐπικούρου σοι βοηθείτω, ὅτι οὔτε ἀφόρητον, οὔτε αἰώνιον, ἐὰν τῶν ὅρων μνημονεύῃς, καὶ μὴ προσδοξάζῃς· κακείνου δὲ μέμνησο, ὅτι 2 πολλὰ πόνῳ τὰ αὐτὰ ὄντα, λανθάνει δυσχεραινόμενα, οἷον τὸ νυστάζειν, καὶ τὸ καυματίζεσθαι, καὶ τὸ ἀνορεκτεῖν· ὅταν οὖν τινι τούτων δυσχερεστῇς, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι πόνῳ ἐνδίδως.

ξέ. Ὅρα, μήποτε τοιοῦτον πάθῃς πρὸς τοὺς ἀπανθρώπους, οἷον οἱ 3 ἄνθρωποι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους.

ξϛ'. Πόθεν ἴσμεν, εἰ 4 Τηλαύγης Σωκράτης, καὶ διάθεσιν κρείσσων ἦν· οὐ γὰρ ἀρκεῖ, εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανεν, καὶ ἐντρεχέστερον τοῖς σοφισταῖς διελέγετο, καὶ καρτερικώτερον ἐν τῷ 5 πάγῳ διενυκτέρευεν, καὶ

1 Vide ſupra c. 33.

2 *Occulto modo*, ſiue *clam et citra ſenſum noſtrum moleſta ſunt*, interpres vterque. at quomodo nec ſentientibus moleſta eſſe posſunt? itaque interpunctione mutata, et poſt λανθάνει adhibita, verto, *multa, quæ tædio nos adficiunt, non animaduertimus eiusdem eſſe cum dolore naturæ. Gatak.*

3 Ἀπάνθρωποι *Gatak.*

4 Τηλαύγης legit *Menagius* ad *Laertium* l. 2. ſegm. 24. et 61. et eum ſecutus *Dacier*. et *Telaugem* philoſophum intelligi putant *Pythagoræ* filium, et *Empedoclis* magiſtrum, quem dialogo quodam *Telaugis* nomine inſignitum perſtrinxit *Aeſchines*. Vid. *Menagium* locis ſupra nominatis, vt et in hiſtoria *mulierum philoſopharum* in capite de *Theano*.

5 De *excubiis in Pago* (*Martio* forſan) frequentius habitis intelligit *Caſaub.*

1 Sala-

καὶ 1 τὸν Σαλαμίνιον κελευσθεὶς ἄγειν γενναιότερον ἔδοξεν ἀντιβῆναι, 2 καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐβρενθύετο· περὶ οὗ καὶ μάλιστ᾽ ἄν τις 3 ἐπιστήσειεν, εἴπερ ἀληθὲς ἦν· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο δεῖ σκοπεῖν, ποίαν τινὰ τὴν ψυχὴν εἶχε Σωκράτης, καὶ εἰ ἐδύνατο ἀρκεῖσθαι τῷ δίκαιος εἶναι τὰ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ὅσιος τὰ πρὸς θεοὺς, μήτε εἰκῇ πρὸς τὴν κακίαν ἀγανακτῶν, μηδὲ μὴν δουλεύων τινὸς ἀγνοίᾳ. μήτε τῶν ἀπονεμομένων ἐκ τοῦ ὅλου ὡς ξένον τι δεχόμενος, ἢ ὡς ἀφόρητον ὑπομένων, μήτε τοῖς τοῦ σαρκιδίου πάθεσιν ἐμπαρέχων συμπαθῆ τὸν νοῦν.

me ſub dio pernoctabat; aut quod Salaminium illum ſiſtere iusſus, reſiſtere generoſisſime malebat; aut quod per compita faſtuoſe incedebat; quod tamen an verum fuerit, merito dubitaueris. verum illud conſiderare oportet, quo modo adfectam animam habuerit Socrates. vtrum hoc contentus agere poterat, quod in rebus humanis iuſtus, in diuinis pius exſiſteret, nec malitiæ cuiusquam fruſtra indignatus, nec cuiusquam inſcitiæ adſentatus, nec ab vniuerſo adſignatum quidquam, aut tamquam peregrinum quid excipiens, aut tamquam intolerandum ſuſtinens, nec carunculæ adfectionibus mentem pasſus coadfici.

ξζ΄. Η φύσις οὐχ οὕτως συνεκέρασε 4 τῷ συγκρίματι, ὡς μὴ ἐφεῖσθαι περιορίζειν ἑαυτὸν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὑφ᾽ ἑαυτῷ ποιεῖσθαι. λίαν γὰρ ἐνδέχεται θεῖον

67. Non ita commiſit natura compagem tui, vt tibi nequeas terminos figere, et, quæ tui ſunt muneris, per te exſequi. omnino enim fieri poteſt, vt

1 *Salaminius* iſte Leo dicebatur (neque enim quod interpretes ſenſisſe videntur, *Salaminius* illi nomen fuerat) homo locupletisſimus, ad quem comprehendendum, quo morte adficeretur, nulla iuſta de cauſſa, *Socrati* vna cum quatuor aliis in mandatis dederant triginta tyranni, penes quos ſumma rerum tunc *Athenis* reſidebat. Verum is eorum iusſis obtemperare recuſabat. Vid. *Platon.* apolog. et epiſt. 7. *Laert.* 2. rel. *Gatak.*

2 Adluſit ad illud *Ariſtophanis* de *Socrate* in Nubib. Ὅτι βρενθύει ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλει. *Gatak.*

3 Ἀπιστήσειεν *Gatak.*

4 Σὲ τῷ συγκρίματι *Gatak*, Τὸ σοῦ συγκριμάτιον *Salmaſ.*

vt diuinus homo quis ſit, et ignotus tamen cunctis degat. hoc ſemper memineris; ſed et illud, paucisſimis ad beate viuendum opus eſſe. quodque etiamſi deſperes dialecticæ aut naturalis ſcientiæ peritiam, nihil eſſe tamen, quod animum deſpondeas, quaſi liber et modeſtus fieri nequeas, et communitatis cultor, et obſequens Deo.

68. Vi omni immunem, in ſumma animi hilaritate, vitam transigere licet, etiamſi, quæ libuerit, aduerſus te vociferentur homines vniuerſi, etiamſi maſſæ iſtius corporeæ coalitæ et circumdatæ tibi membra feræ diſcerpant. quid enim obſtat, quo minus inter hæc omnia mens tranquillam ſe ſeruet, de rebus circumſtantibus vere iudicet, obiectisque commode vtatur? vt iudicium occurrenti ac irruenti rei cuiuis dicat: hoc es reuera, etiamſi opinione aliusmodi eſſe videaris: vſus dicat eidem: te quærebam. etenim ſemper mihi præſens res omnis materiam præbet virtutis rationalis et ſocialis, artisque prorſus vel humanæ vel diuinæ *exercen-*

ἄνδρα γενέσθαι, καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωρισθῆναι· τούτου μέμνησο ἀεὶ. καὶ ἔτι ἐκείνου, ὅτι ἐν ὀλιγίστοις κεῖται τὸ εὐδαιμόνως βιῶσαι. καὶ μὴ ὅτι ἀπήλπισας διαλεκτικὸς καὶ φυσικὸς ἔσεσθαι, διὰ τοῦτο ἀπογνῷς καὶ 1 ἐλεύθερος, καὶ αἰδήμων, καὶ κοινωνικὸς, καὶ εὐπειθὴς Θεῷ.

ξή. Ἀβιάστως διαζῆσαι ἐν πλείστῃ θυμηδίᾳ, κἂν πάντες καταβοῶσιν, ἅτινα θέλουσι, κἂν τὰ θηρία διασπᾷ τὰ μελύδρια τοῦ 2 περιτεθραμμένου τούτου φυράματος. τί γὰρ κωλύει ἐν πᾶσι τούτοις τὴν διάνοιαν σώζειν ἑαυτὴν ἐν γαλήνῃ, καὶ κρίσει περὶ τῶν περιεστηκότων ἀληθεῖ, καὶ χρήσει τῶν ὑποβεβλημένων ἑτοίμῃ; ὥστε τὴν μὲν κρίσιν λέγειν τῷ προσπίπτοντι, τοῦτο ὑπάρχεις κατ᾽ οὐσίαν, κἂν κατὰ δόξαν ἀλλοῖον φαίνῃ· τὴν δὲ χρῆσιν λέγειν τῷ ὑποπίπτοντι, σὲ ἐζήτουν· ἀεὶ γάρ μοι τὸ παρὸν, ὕλη ἀρετῆς λογικῆς καὶ πολιτικῆς, καὶ τὸ σύνολον τέχνης ἀνθρώπου ἢ Θεοῦ. πᾶν γὰρ τὸ συμβαῖνον, Θεῷ ἢ ἀν-

θρώ-

1 ἐλευθέριος *Caſaub.*

2 Vide ad l. 12. 1.

1 Præter

θρώπῳ ἐξοικειοῦται, καὶ οὔτε καινὸν, οὔτε δυσμεταχείριστον, ἀλλὰ γνώριμον καὶ εὐεργές.

ξθ'. Τοῦτο ἔχει ἡ τελειότης τοῦ ἤθους, τὸ πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν διεξάγειν, καὶ μήτε ¹ σφύζειν, μήτε ναρκᾷν, μήτε ὑποκρίνεσθαι.

ο'. Οἱ θεοὶ ἀθάνατοι ὄντες, οὐ δυσχεραίνουσιν, ὅτι ἐν τοσούτῳ αἰῶνι δεήσει αὐτοὺς πάντως ἀεὶ τοιούτων ὄντων καὶ τοσούτων φαύλων ἀνέχεσθαι· προσέτι δὲ καὶ κήδονται αὐτῶν παντοίως. σὺ δὲ ὅσον οὐδέπω λήγειν μέλλων, ἀπαυδᾷς; καὶ ταῦτα, εἷς ὢν τῶν φαύλων;

οα'. Γελοῖόν ἐστι τὴν μὲν ἰδίαν κακίαν μὴ φεύγειν, ὃ καὶ δυνατόν ἐστι· τὴν δὲ τῶν ἄλλων φεύγειν, ὅπερ ἀδύνατον.

οβ'. Ο ἂν ἡ λογικὴ καὶ πολιτικὴ δύναμις εὑρίσκῃ μήτε νοερὸν, μήτε κοινωνικὸν, εὐλόγως καταδεέστερον ἑαυτῆς κρίνει.

dæ. ſiquidem quidquid contingit, vel ad hominem ſpectat, vel ad Deum, nec aut nouum eſt, aut tractatu difficile, ſed familiare et facile.

69. Hoc in ſe habet morum perfectio, quod diem omnem tamquam nouiſſimum exigit, nec aut feſtinat, aut torpeſcit, aut ſimulate quidquam agit.

2 Τὸ κρεανομεῖν proprie de *viſceratione* vſurpatur, in qua κρέα νέμονται, *carnes distribuuntur*. Verum *Marcus* noſter iſtic aliter accipit de immanium atque efferatorum hominum truculentia, qui congeneres ſibi mactant, osſaque eorum *diffringunt*, *tamquam ad ollam*, *carnes in fruſta ſecant*, *velut ad lebetem*, vt *Michæas* loquitur c. 3. v. 3. Quod et *Cleoni* minatur ille in *Ariſtoph. Equit.* Περικόμματ' ἐκ σοῦ σκευάσω. i. e. inquit *ſchol.* κατὰ μέρος κατακόψω τὸ σῶμα. *Gatak.*

fieri poteſt, vt fontem perennem in te, non puteum habeas? ſi vſu adſiduo libertatem cum æquanimitate, ſimplicitate, modeſtia, quaſi natiuam tibi reddideris.

52. Qui neſcit, eſſe mundum, vbi ſit, neſcit. qui neſcit, ad quid natus ſit, nec quis ipſe, nec quid mundus ſit, nouit. qui autem in horum alterutro deficit, nec ad quid ipſe natus ſit, dicere poteſt. qualis ergo tibi videtur is, qui vanos hominum eorum plauſus vel auerſatur vel aucupatur, qui nec vbi ſint, nec qui ſint ipſi, norunt?

ἕξεις, καὶ μὴ φρέαρ; 1 Φύε σεαυτὸν πάσης ὥρας εἰς ἐλευθερίαν, μετὰ τοῦ εὐμενῶς, καὶ ἁπλῶς, καὶ αἰδημόνως.

νβ΄. 2 Ο μὲν μὴ εἰδὼς ὅτι ἔστι κόσμος, οὐκ οἶδεν ὅπου ἐστίν. ὁ δὲ μὴ εἰδὼς πρὸς ὅ, τι πέφυκεν, οὐκ οἶδεν ὅστις ἐστὶν, οὐδὲ τί ἐστι κόσμος. ὁ δὲ ἕν τι τούτων ἀπολιπὼν, οὐδὲ πρὸς ὅ, τι αὐτὸς πέφυκεν εἴποι. τίς οὖν φαίνεταί σοι ὁ τὸν τῶν κροτούντων ἔπαινον 3 φεύγων ἢ δίων, (οἳ) οἱ οὐδ᾽ ὅπου εἰσὶν, οὔτε οἵτινές εἰσι γινώσκουσι;

νγ΄. Επαι-

1 *Compone te*, vertit *Xyland. gigne*, *Caſaub.* [qui et Φύε legit, quum Φύεσθαι actiue ſumi non putat] phraſis duriuſcula, et ſyntaxis inſolens. Itaque ſuſpecta mihi lectio. quam tamen ſi retinere libuerit, quia alia commoda non occurrit; malim vertere, *congenitam et quaſi natiuam fac tibi vſu atque induſtria iugi libertatem.* In hoc te adſiduo exerce, vt virtus quaſi in naturam transeat tibi. *Gatak.*

2 Quemquamne hominum rudem adeo et vecordem eſſe, vt, an mundus ſit, neſciat! Elementa ſc. terra, cælum, ceteraque, quibus compages hæc pulcherrima conficitur, ſenſus fugere non poſſunt. Sed longe aliud voluit *Antoninus.* Scit nempe, mundum eſſe is vnus, qui vnde fuerit, a quo formatus olim et diſpoſitus, cui ſit etiamnum curæ, quem denique in hoc vniuerſo locum is ipſe ſortitus fuerit, et ad quid operis a natura conſtituatur, capit cogitatque. Duplex enim iſta notitia, qua et mundum noſcis, et teipſum, ita cohæret ſimul, vt hac parte demta, illius etiam vti expers ſis, neceſſe eſt. *Dacier.*

3 Locus corruptus. vertit *Gatak.* quaſi legeretur φεύγων ἢ διώκων, οἳ οὐδ᾽ ὅπου rel. Verum *Marcum* ſcripſiſſe ſuſpicatur, ὁ τὸν τῶν κροτούντων ἔπαινον ἢ εὐφημίαν διώκων, vt ex ἢ εὐφημίαν, illud φεύγων ἢ enatum ſit: vel etiam ὁ τῶν κροτούντων ἢ [ψόγον] φεύγων, ἢ ἔπαινον διώκων, vt ψόγον interciderit, et alterum in proximam clauſulam tranſierit per exſcriptoris oſcitantiam. Primam lectionem ſequitur *Caſaub.* et ψόγον eleganti βραχυλογίᾳ ſubintelligi putat: eodem modo, quo 1 *Cor.* 4. 5. καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ

θεοῦ

νγʹ. Ἐπαινεῖσθαι θέλεις ὑπὸ ἀνθρώπου, τρὶς τῆς ὥρας ἑαυτῷ καταρωμένου; ἀρέσκειν θέλεις ἀνθρώπῳ, ὃς οὐκ ἀρέσκει ἑαυτῷ; ἀρέσκει ἑαυτῷ, ὁ μετανοῶν ἐφ' ἅπασι σχεδὸν οἷς πράσσει;

νδʹ. Μηκέτι μόνον συμπνεῖν τῷ περιέχοντι ἀέρι, ἀλλὰ ἤδη καὶ συμφρονεῖν τῷ περιέχοντι πάντα νοερῷ. οὐ γὰρ ἧττον 1 ἡ νοερὰ δύναμις πάντη κέχυται καὶ διαπεφοίτηκε τῷ σπᾶσαι δυναμένῳ, ἤπερ ἡ ἀερώδης τῷ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ.

νεʹ. Γενικῶς μὲν, ἡ κακία οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον. ἡ δὲ κατὰ μέρος, οὐδὲν βλάπτει τὸν ἕτερον. 2 μόνῳ δὲ βλαβερά ἐστι τούτῳ, ᾧ ἐπιτέτραπται καὶ ἀπηλλάχθαι αὐτῆς, ὁπόταν πρῶτος οὗτος θελήσῃ.

νϛʹ. Τῷ ἐμῷ προαιρετικῷ τὸ τοῦ πλησίον προαιρετικὸν ἐπίσης ἀδιάφορόν ἐστιν, ὡς καὶ τὸ πνευμάτιον αὐτοῦ, καὶ τὸ σαρκίδιον. καὶ γὰρ εἰ ὅτι μάλιστα ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν, ὅμως

53. Num in votis habes ab eo laudari, qui intra horulæ ſpatium ter ſemet exſecratur? num ei ſtudes placere, qui nec ſibi ipſe placet? aut quomodo ſibi placet, quem omnium fere, quæ facit ipſe, pœnitet?

54. *Curæ tibi deinceps ſit*, non tam cum aere ambiente te conſpirare, quam menti cuncta ambienti conſentire. neque enim minus vis illa intellectualis vbique diffuſa eſt, et permeat cuiuis expoſita, qui attrahere eam poteſt, quam aeria cuilibet, qui reſpirationis eſt compos.

55. Generatim malitia mundo non obeſt. particulatim nec alteri cuiquam. huic tantum eſt noxia, cui conceſſum eſt ab ea immunem eſſe, quandocumque id ipſe voluerit.

56. Arbitrio meo ex æquo res indifferens eſt arbitrium vicini mei, atque animula aut caruncula eius. etiamſi enim quam maxime alter alterius cauſſa mutuo nati ſimus, mentium tamen noſtrarum cuilibet

Θευ. *Ἐπαίνου* ſolius meminit *Apoſtolus*, quum ἔπαινος ἢ ψόγος ſententia poſtulat.

1 Animam mundi vult. de qua ad l. 4. 21.

2 Malitia ſiue vitium, habenti ſolummodo malum eſt, et domino ſuo duntaxat nocet. *Gatak.*

 1 In

bet peculiaris ſua conſtat poteſtas. alioqui vicini mei malitia malum me faceret: id quod Deo non eſt viſum, ne alieni arbitrii eſſet miſerum me facere.

57. Sol defundi videtur, et vbique quidem diffunditur, nec effunditur tamen. illa enim diffuſio eſt extenſio tantum. itaque ab extendendo radii eius nomen ſortiti ſunt. cuiusmodi vero res ſit radius, perſpicere licet, ſi per anguſtum aliquod *foramen* lumen a ſole profectum in domicilium tenebricoſum ſubingredi videris. recta enim procedit, et † refringitur quodammodo, vbi corpus aliquod ſolidum occurrerit, quod aerem vltra non admittit: ibi autem conſiſtit, et nec delabitur, nec decidit. talem ergo mentis ſolutionem et diffuſionem eſſe oportet, non effuſionem vti-

τὰ ἡγεμονικὰ ἡμῶν ἕκαστον τὴν ἰδίαν κυρίαν ἔχει· ἐπεί τοι ἔμελλεν ἡ τοῦ πλησίον κακία ἐμοῦ κακὸν εἶναι· ὅπερ οὐκ ἔδοξε τῷ Θεῷ, ἵνα μὴ ἐπ' ἄλλῳ ᾖ τὸ ἐμὲ ἀτυχεῖν.

νζʹ. Ὁ ἥλιος καταικεχύσθαι δοκεῖ, καὶ πάντη γε κέχυται, οὐ μὴν ἐκκέχυται. ἡ γὰρ χύσις αὕτη τάσις ἐστίν. [1] ἀκτῖνες γοῦν αἱ αὐγαὶ αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ ἐκτείνεσθαι λέγονται. ὁποῖον δέ τι ἐστὶν ἀκτὶς, ἴδοις ἂν εἰ διά τινος στενοῦ εἰς ἐσκιασμένον οἶκον τὸ ἀφ' ἡλίου φῶς εἰσδυόμενον θεάσαιο· γίνεται γὰρ κατ' εὐθύ, καὶ ὥσπερ διαιρεῖται δὴ πρὸς τὸ στερέμνιον, ὅ, τι ἂν ἀπαντήσῃ, διεῖργον τὸν ἐπέκεινα ἀέρα· ἐνταῦθα δὲ ἔστη, καὶ οὐ κατώλισθεν, οὐδὲ ἔπεσε. τοιαύτην οὖν τὴν [2] λύσιν καὶ διάχυσιν τῆς διανοίας εἶναι χρὴ, μηδαμῶς ἔκχυσιν, ἀλλὰ τάσιν,

In notationibus ludere, et conatu parum felici, *Chryſippo* Stoicisque ſolemne fuit. *Marcus* iſtic ἀκτῖνας dici vult ſolis radios παρὰ τὸ ἐκτείνεσθαι ab *extendendo*; minus probabiliter. Neque enim ſolent præpoſitiones in deductis hac ratione immutari. Melius grammatici παρὰ τὸ ἄγειν deducunt: ἄγω, ἄξω, ἦχα, ἦκται, ἀκτίς. Neque enim *etymologo* accedo deriuanti παρὰ τὸ ἄγω, τὸ φέρω, ὅτι πάνυ ἐκτεταμένη (quod et *Marcus* iſtic) πάντη φέρεται. Malim παρὰ τὸ ἄγειν ἤτοι ἀγνύειν, τὸ κλᾶειν. i. e. frangere: vnde et ἀκτὴ litus, ad quod vndæ adliſæ franguntur, et ἀκτῖνες ſolis radii, quod πρὸς τὸ στερέμνιον, vt *Marcus* loquitur, i. e. *ad corpora ſolida refringantur. Gatak.*

† Diuiditur, *Xyland.* et *Caſaub.*

2 Forſan χύσιν, *editor Oxon.*

κείως ἔχει. ἔτι δὲ καὶ ἀλήθεια αὕτη ὀνομάζεται, καὶ τῶν ἀληθῶν ἁπάντων πρώτη αἰτία ἐστίν. ὁ μὲν οὖν ἑκὼν ψευδόμενος ἀσεβεῖ, καθόσον ἐξαπατῶν ἀδικεῖ· ὁ δὲ ἄκων, καθόσον διαφωνεῖ τῇ τῶν ὅλων φύσει, καὶ καθόσον ἀκοσμεῖ, μαχόμενος τῇ τοῦ κόσμου φύσει· μάχεται γὰρ ὁ ἐπὶ τἀναντία τοῖς ἀληθέσι φερόμενος παρ' ἑαυτόν· [1] ἀφορμὰς γὰρ προειλήφει παρὰ τῆς φύσεως. ὧν ἀμελήσας οὐχ οἷός τε ἐστὶ νῦν διακρίνειν τὰ ψευδῆ ἀπὸ τῶν ἀληθῶν. καὶ μὴν ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰς διώκων, τοὺς δὲ πόνους ὡς κακὰ φεύγων, ἀσεβεῖ. ἀνάγκη γὰρ τὸν τοιοῦτον μέμφεσθαι πολλάκις τῇ κοινῇ φύσει, ὡς παρ' ἀξίαν τι ἀπονεμούσῃ τοῖς φαύλοις, καὶ τοῖς σπουδαίοις· διὰ τὸ πολλάκις τοὺς μὲν φαύλους ἐν ἡδοναῖς εἶναι, καὶ τὰ ποιητικὰ τούτων

patur; eſtque prima omnium, quæ vera ſunt, cauſſa. itaque qui ſciens volens mentitur, impie agit, in quantum fallendo iniuſte agit; qui nolens neſciusque, in quantum vniuerſi naturæ disſentit, et in quantum mundi ordinem pulchre compoſitum infringit, dum mundi naturæ aduerſatur. aduerſatur enim, qui, quantum in ſe eſt, ad ea, quæ veritati aduerſa ſunt, fertur. a natura ſiquidem ſubſidia iam olim acceperat, quibus neglectis factum eſt, vt falſa a veris nunc dignoſcere nequeat. Quin etiam, qui voluptates, tamquam quæ ſint bona, ſectatur, dolores, tamquam quæ mala ſint, fugit, impie hic quoque agit. necesſe eſt enim, vt is, qui ſic adfectus fuerit, de rerum natura ſæpe conqueratur, quaſi ea bonis maliſque præter meritum vtriusque aliquid attribuat; quum mali ſæpenumero voluptatibus diffluant, eisque rebus, quibus eæ com-

paran-

τὰ ὄντα καὶ τὰ ὑπάρχοντα. at *Caſaub. quidquid nunc eſt ad id, quod prius fuerat, initiumque illi dedit.* vt τὸ ὑπάρχον hic idem ſit, quod τὸ ὑπάρξαν. ſicut et τὸ ὑπάρχειν vſurpatur in *Demoſthenis* oratione aduerſus *Neæram.* οὐχ ὡς ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος. *non vt qui prior incipiat*, rel. Vtrumque conſtare poteſt: illud ſimplicius videtur. *Gatak.*

1 *Occaſiones* vertit *Xyl. inſtinctus et opportunitates Caſ.* malim, *ſubſidia et adminicula a natura accepit*; ita vſurpauit *Xenoph.* œcon. ἐγὼ μὲν ἐπιστήμας τινὰς ἔχοντας καὶ ἀφορμὰς, ἀφ' ὧν δύνανται αὔξειν τοὺς οἴκους· *et adminicula quæ-*

dam,

parantur, abundent; boni contra in dolore verſentur, atque in caſus eiuſmodi, qui dolorem ſolent parere, incidant. ad hæc, qui dolorem timet, eorum aliquid timebit, quæ in mundo neceſſario futura ſunt: hoc eſt autem impium. et qui voluptatem ſectatur, iniuriam inferendo non abſtinebit: hoc autem aperte impium. oportet autem, ad quæ rerum natura ex æquo ſe habet (nec feciſſet vtique vtraque, niſi ad vtraque ſe ex æquo haberet) aduerſus hæc eadem eum pariter eſſe ex æquo adfectum, qui naturæ ductum ſequi deſiderat, quo naturæ conſentire poſſit. quicumque ergo aduerſus dolorem et voluptatem, vel mortem et vitam, vel gloriam et ignominiam, ad quæ rerum natura ex æquo ſe habet, non ex æquo adficitur, impie hunc agere liquido conſtat. per hoc autem, quod dicitur, vniuerſi naturam iſtis ex æquo vti, intelligo iſta ex æquo euenire ex ſerie quadam rerum prodeuntium, ſibique inuicem ſuccedentium iuxta antiquiſſimum quemdam prouidentiæ motum, quo a principio illa ad hanc rerum omnium ordinationem et ad-

κτᾶσθαι· τοὺς δὲ σπουδαίους, πόνῳ, καὶ τοῖς ποιητικοῖς τούτου περιπίπτειν. ἔτι δὲ ὁ φοβούμενος τοὺς πόνους, φοβηθήσεταί ποτε τῶν ἐσομένων τι ἐν τῷ κόσμῳ· τοῦτο δὲ ἤδη ἀσεβές. ὅ, τε διώκων τὰς ἡδονὰς, οὐκ ἀφέξεται τοῦ ἀδικεῖν· τοῦτο δὲ ἐναργῶς ἀσεβές. χρὴ δὲ πρὸς ἃ ἡ κοινὴ φύσις ἐπίσης ἔχει (οὐ γὰρ ἀμφότερα ἐποίει, εἰ μὴ πρὸς ἀμφότερα ἐπίσης εἶχε) πρὸς ταῦτα καὶ τοὺς τῇ φύσει βουλομένους ἕπεσθαι ὁμογνώμονας ὄντας, ἐπίσης διακεῖσθαι. ὅστις οὖν πρὸς πόνους, καὶ ἡδονὰς, ἢ θάνατον καὶ ζωὴν, ἢ δόξαν καὶ ἀδοξίαν, οἷς ἐπίσης ἡ τῶν ὅλων φύσις χρῆται, αὐτὸς οὐκ ἐπίσης ἔχει, δῆλον ὡς ἀσεβεῖ. λέγω δὲ τὸ χρῆσθαι τούτοις ἐπίσης τὴν κοινὴν φύσιν, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὸ συμβαίνειν ἐπίσης κατὰ τὸ ἑξῆς γινομένοις, καὶ ἐπιγινομένοις ὁρμῇ τινι ἀρχαίᾳ τῆς προνοίας, καθ᾽ ἣν ἀπό τινος ἀρχῆς ὥρμησεν ἐπὶ τήνδε τὴν διακόσμησιν,

συλλαβοῦσά τινας λόγους τῶν ἐσομένων, καὶ δυνάμεις γονίμους ἀφορίσασα, ὑποστάσεών τε, καὶ μεταβολῶν, καὶ διαδοχῶν τοιούτων.

ornationem ſe contulit, quum rationes quaſdam rerum futurarum apud ſe concepisſet, et facultates quaſdam exſiſtentiarum, transmutationum, et ſucceſſionum iſtiusmodi fecundas diſcreuisſet.

β΄. 1 Χαριεστέρου μὲν ἦν ἀνδρὸς ἄγευστον ψευδολογίας, καὶ πάσης ὑποκρίσεως καὶ τρυφῆς καὶ τύφου γενόμενον ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν. τὸ δ᾽ οὖν κορεσθέντα γε τούτων ἀποπνεῦσαι, 2 δεύτερος πλοῦς, 3 ἢ προῃρῆσθαι προσκαθῆσθαι τῇ κακίᾳ. καὶ οὔπω σε οὐδὲ ἡ πεῖρα πείθει φεύγειν ἐκ τοῦ λοιμοῦ; λοιμὸς γὰρ διαφθορὰ διανοίας, πολλῷ γε μᾶλλον ἤπερ ἡ τοῦ περικεχυμένου τούτου πνεύματος τοιάδε τις δυσκρασία καὶ τροπή. αὕτη μὲν γὰρ ζώων λοιμὸς, καθὸ ζῶά ἐστιν· ἐκείνη δὲ ἀνθρώπων, καθὸ ἄνθρωποί εἰσιν.

2. Gratius equidem foret, vt prius defungeretur quiſpiam, quam mendacitatem, ſimulationem, luxum, faſtum delibasſet. ſecundus autem ab hoc gradus, horum ſatur ſaltem vt emori præoptet, quam improbitati immorari. an nondum experientia tibi ipſa ſuadet, vt e peſte iſta profugias? peſtis eſt enim, mentis corruptio, *et pernicioſa* quidem magis ea, quam aeris huius circumfuſi intemperies et alteratio *eiusmodi*. hæc enim animalium, qua ſunt animalia; illa hominum lues eſt, qua ſunt homines.

3. Mortem

dam, vnde rem familiarem augere posſint. Demoſth. χρήματα οὐκ ἔχοντι παρ᾽ ὑμῶν, οὐδ᾽ ἀφορμὴν οὐδεμίαν τῷ πολέμῳ. *Nec ſubſidium vllum ad bellum.*

1 Vertit *Xyland.* quaſi ſcriptum esſet Χαριέστερον μὲν ἦ ἂν ἄγευστον rel. quæ fortaſſe vera lectio. *Caſaub.*

2 Formula prouerbialis: a nautis deſumta: πρῶτος πλοῦς dicitur, ὁ οὔριος, ἤτοι ἐξ οὐρίας quum *vento fauente et adſpirante*, nauigatio inſtituitur. δεύτερος πλοῦς, ὅταν οὐρίου ἀποτυχόντες, κώπαις πλέωσι. *quando vento deſtituti, adremigium ſe conferunt*, vt docet ex *Pauſania Euſtath.* ad extremum Odysſ. ζ΄. Vſurpauit et *Plato* in *Phileb.* et *Ariſtot. ethic.* l. 6. c. 9. *Gatak.*

3 Προῃρῆσθαι ἢ προσκαθῆσθαι *adnotator lugd.* quem ſequitur *Gatak.*

1 Παρα-

3. Mortem noli contemnere, ſed animo lubenti excipe, tamquam ex eorum, quæ natura vult, numero quod ſit. cuiusmodi enim res eſt, adoleſcere, ſeneſcere, creſcere, adultum eſſe, dentire, barbatum eſſe, caneſcere, ſerere, prægnantem eſſe, parere, aliaque id genus opera naturalia, quæ vitæ tuæ ſecum ferunt ætates, eiusmodi plane res eſt et diſſolui. hominis eſt igitur conſiderati, nec temerarie, nec impetuoſe, nec faſtuoſe aduerſus mortem ſe gerere: ſed tamquam opus naturale, eam præſtolari: quo modo nunc præſtolaris, donec vxoris tuæ vtero fetus prodeat, ita exſpectanda eſt hora, qua animula tua inuolucro iſti excidet. ſi autem vulgare vis pharmacum, quod cor tamen attingat, morti facilem cum primis præſtabit te, ſi conſideraueris res ſubiectas, a quibus morte diuelleris, moresque *hominum*, quales ſint, quibus

γ΄. Μὴ καταφρόνει θανάτου, ἀλλὰ εὐαρέστει αὐτῷ, ὡς καὶ τούτου ἑνὸς ὄντος, ὧν ἡ φύσις ἐθέλει. οἷον γάρ ἐστι τὸ νεάσαι, καὶ τὸ γηράσαι, καὶ τὸ αὐξῆσαι, καὶ τὸ ἀκμάσαι, καὶ ὀδόντας, καὶ γένειον, καὶ πολιὰς ἐνεγκεῖν, καὶ σπεῖραι, καὶ κυοφορῆσαι, καὶ ἀποκυῆσαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ φυσικὰ ἐνεργήματα, ὅσα αἱ τοῦ σοῦ βίου ὧραι φέρουσι, τοιοῦτο καὶ τὸ διαλυθῆναι. τοῦτο μὲν οὖν κατὰ ἄνθρωπόν ἐστι λελογισμένον, μὴ ὁλοσχερῶς, μηδὲ ὠστικῶς, μηδὲ ὑπερηφάνως πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν· ἀλλὰ περιμένειν ὡς μίαν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν· ὡς νῦν περιμένεις, πότε ἔμβρυον ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς γυναικός σου ἐξέλθῃ, οὕτως ἐκδέχεσθαι τὴν ὥραν ἐν ῇ τὸ ψυχάριόν σου τοῦ ἐλύτρου τούτου ἐκπεσεῖται. εἰ δὲ καὶ ἰδιωτικὸν [1] παράπηγμα ἀψικάρδιον θέλεις, μάλιστά σε εὔκολον πρὸς τὸν θάνατον ποιήσει, ἡ ἐπίστασις ἡ ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα, ὧν μέλλεις ἀφίστασθαι, καὶ μεθ' οἵων ἠθῶν οὐκέτι ἔσται

ἡ ἐμ-

1 Παράπηγμα *Suidas* interpretatur κανόνα *canonem*, regulam: additque eſſe et εἶδός τι ὀργάνου ἀστρονομικοῦ. quo modo vſurpauit *Vitruuius* l. 9. c. 7. de quo videri poterint *Turnebi* aduerſar. l. 11. c. 3. hoc loco *documentum* reddidit *Xyland.* *remedium*, *Caſaub.* atque ita *Marcus* ipſe l. 4. 44. βοήθημα. quamquam

[1] ἡ ἐμπεφυρμένη. προσκόπτεσθαι μὲν γὰρ αὐτοῖς ἥκιστα δεῖ, ἀλλὰ καὶ κήδεσθαι καὶ πρᾴως φέρειν· μεμνῆσθαι μέντοι ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὁμοδογματούντων σοι ἡ ἀπαλλαγὴ ἔσται. τοῦτο γὰρ μόνον, εἴ περ ἄρα, ἀνθεῖλκεν ἂν καὶ κατεῖχεν ἐν τῷ ζῆν, εἰ συζῆν ἐφεῖτο τοῖς τὰ [2] τοιαῦτα δόγματα περιπεποιημένοις. νῦν δὲ ὁρᾷς, ὅσος ὁ κόπος ἐν τῇ διαφωνίᾳ τῆς συμβιώσεως, ὥστε εἰπεῖν, θᾶττον ἔλθῃς, ὦ θάνατε, μή που καὶ αὐτὸς ἐπιλάθωμαι ἐμαυτοῦ.

anima tua vlterius non immiſcebitur. *etiamſi* enim offendi eis te neutiquam oportet, ſed curare eos, placideque ferre; meminiſſe tamen licuerit, quod ab hominibus haud idem, quod tu, ſentientibus discesſurus es. hoc enim ſolum, ſi quid aliud, nos retraheret, et in vita retineret, ſi cum eadem ſentientibus vitam degere daretur. nunc autem vides, quanta moleſtia, ex disſenſu mutuo eorum, quibuscum viuitur, oriatur. vt dicere liceat: *Propere accedas, o mors; ne quando etiam ipſe obliuiſcar mei.*

δ'. Ὁ ἁμαρτάνων ἑαυτῷ ἁμαρτάνει. ὁ ἀδικῶν ἑαυτὸν κακοῖ, κακὸν ἑαυτὸν ποιῶν.

4. Qui peccat, ſibimet ipſi peccat. qui iniuſte agit, ſibi nocet, dum ſe malum facit.

ε'. Ἀδικεῖ πολλάκις ὁ μὴ ποιῶν τι, οὐ μόνον ὁ ποιῶν τι.

5. Sæpenumero contingit, vt iniuſte agat, tam qui non facit aliquid, quam et qui facit.

ς'. Ἀρκεῖ ἡ παροῦσα ὑπόληψις καταληπτικὴ, καὶ ἡ παροῦσα πρᾶξις κοινωνικὴ, καὶ ἡ παροῦσα διάθεσις εὐαρεστικὴ [3] πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας συμβαῖνον.

6. Si adſit certa de rebus ſententia, et actio ſocietatem humanam ſpectans, et animus ita adfectus, vt boni conſulat omnia, quæ a ſuprema causſa proficiſcuntur, ſufficit.

7. Ima-

quam vim vocabuli ſi reſpicias, *machinamentum* potius ſiue *adminiculum* dixeris. *Gatak.* 1 Forſan, ἡ [ψυχὴ] ἐμπ. *Gatak.* 2 Legit *Gatak.* αὐτά.
3 Lego, vel πρὸς πᾶν τὸ παρὸν, vel τὸ παρὰ τῆς, expunctis particulis illis τὸ ἐκ. illud prætulerim. *Gatak.* Πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὴν ἐκτὸς αἰτίαν συμβαῖνον ſcribit *Caſaub.* quomodo infra c. 31. Ἀταραξία μὲν περὶ τὰ ὑπὸ τῆς ἐκτὸς αἰτίας συμβαίνοντα.

1 Mauult

7. Imaginationes abſterge; motus compeſce; appetitionem exſtingue; mentem in poteſtate ſui contine.

8. In animantia irrationalia, anima vna diſtribuitur; in rationalia vero anima vna ratione prædita diſpertitur. quemadmodum et terreſtrium omnium vna eſt terra; vnaque luce cernimus omnes, et aere vno ſpiramus, quotquot viſus vitæque participes ſumus.

9. Quæcumque aliquid in commune participant, ad id, quod eſt generis eiuſdem, promte feruntur. ad terram mole ſua fertur terreſtre quoduis; in idem confluit humidum omne; et aerium itidem quodcumque: vt neceſſe ſit, vi aliqua intercludi ea, *id ne faciant*. ſurſum fertur ignis ob ignem elementarem: cum omni vero, qui iſtic eſt, igni adeo ſimul accendi procliuis eſt, vt materia omnis ſiccior paullo incendi promta admodum ſit, eo quod minus ſibi admixtum habeat, quod incendium prohibeat. proinde et quidquid naturæ intellectualis eſt, in commune particeps, ad

ζʹ. Ἐξαλεῖψαι φαντασίαν· στῆσαι ὁρμήν· σβέσαι ὄρεξιν· ἐφ' ἑαυτῷ ἔχειν τὸ ἡγεμονικόν.

ηʹ. Εἰς μὲν τὰ ἄλογα ζῶα, μία ψυχὴ διῄρηται· εἰς δὲ τὰ λογικὰ μία νοερὰ ψυχὴ μεμέρισται. ὥσπερ καὶ μία γῆ ἐστὶν ἁπάντων τῶν γεωδῶν, καὶ ἑνὶ φωτὶ ὁρῶμεν, καὶ ἕνα ἀέρα ἀναπνέομεν, [1] ὅσα ὁρατικὰ καὶ ἔμψυχα πάντα.

θʹ. Ὅσα κοινοῦ τινος μετέχει, πρὸς τὸ ὁμογενὲς σπεύδει. τὸ γεῶδες πᾶν ῥέπει ἐπὶ γῆν, τὸ ὑγρὸν πᾶν σύρρουν, τὸ ἀερῶδες ὁμοίως· ὥστε χρῄζειν τῶν διειργόντων καὶ βίας. τὸ πῦρ ἀνωφερὲς μὲν, διὰ τὸ στοιχειῶδες πῦρ· παντὶ δὲ πυρὶ ἐνταῦθα πρὸς τὸ συνεξάπτεσθαι ἕτοιμον οὕτως, ὥστε καὶ πᾶν τὸ ὑλικὸν τὸ ὀλίγῳ ξηρότερον, εὐέξαπτον εἶναι, διὰ τὸ ἔλαττον ἐγκεκρᾶσθαι αὐτῷ τὸ κωλυτικὸν πρὸς ἔξαψιν. καὶ τοίνυν πᾶν τὸ κοινῆς νοερᾶς φύσεως μέτοχον, πρὸς τὸ συγγενὲς ὁμοίως σπεύδει,

1 Mauult *Caſaub.* ὅσα ὁρατικὰ, καὶ ἔμψυχα. atque hic inchoata noua periodo Πάντα ὅσα.

δεῖ, ἢ καὶ μᾶλλον. ὅσῳ γὰρ ἐστι κρεῖττον παρὰ τὰ ἄλλα, τοσούτῳ καὶ πρὸς τὸ συγκιρνᾶσθαι τῷ οἰκείῳ καὶ συγκεῖσθαι ἑτοιμότερον. εὐθὺς γοῦν ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων εὑρέθη σμήνη, καὶ ἀγέλαι, καὶ νεοσσοτροφίαι, καὶ 1 οἷον ἔρωτες. ψυχαὶ γὰρ ἤδη ἦσαν ἐνταῦθα, καὶ τὸ συναγωγὸν 2 ἐν τῷ κρείττονι ἐπιτεινόμενον εὑρίσκετο, οἷον οὔτε ἐπὶ φυτῶν ἦν, οὔτε ἐπὶ λίθων, ἢ ξύλων. ἐπὶ δὲ τῶν λογικῶν ζώων, πολιτεῖαι, καὶ φιλίαι, καὶ οἶκοι, καὶ σύλλογοι, καὶ ἐν πολέμοις συνθῆκαι καὶ ἀνοχαί. ἐπὶ δὲ τῶν ἔτι κρειττόνων, 3 καὶ ἐκδιεστηκότων τρόπον τινὰ ἕνωσις ὑπέστη, οἷα ἐπὶ τῶν ἄστρων. οὕτως ἡ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπανάβασις συμπάθειαν, καὶ ἐν διεστῶσιν

ſibi cognatum pariter, vel multo magis etiam, promte fertur. quo eſt enim rebus aliis præſtantius, hoc eſt promtius ei, quod ſui generis eſt, commiſceri, et cum eo quodammodo coaleſcere. hinc apud irrationalia exſiſtunt examina, armenta, pullorum educationes, et quaſi amores *quidam*. etenim iſtis animæ inſunt; itaque in ſubiecto præſtantiori vis illa in vnum conducendi conciliandique intenſior reperitur, quam in ſtirpibus, lapidibus, aut lignis. hinc et in rationalibus, respublicæ, amicitiæ, familiæ, concilia; item belli tempore fœdera, et induciæ. quin et in præſtantioribus adhuc, licet modo quodam a ſe inuicem disſitis, in aſtris nempe, vnio tamen quædam exſiſtit. ita ſortis præſtantioris eminentia etiam in diſtantibus adfectionem ad ſe inuicem mutuam

1 Ex Stoicorum ſententia, qui brutis animantibus adfectus veros negabant, *quaſi adfectus*, neſcio quos, concedebant. *Senec.* de ira l. 1. c. 3. *Muta animalia humanis adfectibus carent, habent autem ſimiles illis quosdam impulſus.* rel. Vide et *Plutarchum* et *Porphyr.* de abstinent. l. 3. *Gatak.*

2 *Apud præſtantiorem partem* vertit *Xyland.* quaſi diceretur, propenſionem ad ſocietatem apud animalia iſta in parte præſtantiore, h. e. anima deprehendi. quum hoc potius *Marcus* velit, in iſtis vtpote præſtantioribus, quia ſunt animata, propenſionem illam intenſiorem exſiſtere, hoc eſt enim ἐπιτεινόμενον, quod ille omiſit. *Gatak.*

3 Sic ſupra l. 6. c. 43. Τί δὲ τῶν ἄστρων ἕκαστον, οὐχὶ διάφορα μὲν, σύνεργα δὲ πρὸς ταυτόν. Aſtra autem hominibus præſtantiora dicit, quia illa pro deis habebant Stoici. vid. infra c. 35.

1 Hoc

mutuam producere valuit. vide interim, quo res redierit. ſola enim rationalia mutui huius in ſe inuicem ſtudii ac conſenſus nunc ſunt oblita: confluxusque ille apud iſta ſola non cernitur. verumtamen, fugiant licet hoc homines, vndique occupantur: præualet enim natura. obſeruando autem id, quod loquor, comperies. facilius enim quis terreni quidpiam terrenæ rei nulli adiunctum repererit, quam hominem ab homine *omni* prorſus ſeiunctum.

ἐργάσασθαι ἐδύνατο. ὅρα οὖν τὸ νῦν γινόμενον. μόνα γὰρ τὰ νοερὰ νῦν ἐπιλέλησαι τῆς πρὸς ἄλληλα σπουδῆς καὶ συννεύσεως, καὶ τὸ σύῤῥουν ὧδε μόνον οὐ βλέπεται. 1 ἀλλ᾽ ὅμως καίτοι φεύγοντες περικαταλαμβάνονται· κρατεῖ γὰρ ἡ φύσις· ὄψει δὲ ὃ λέγω παραφυλάσσων. θᾶσσον γοῦν εὕροι τις ἂν γεῶδές τι μηδενὸς γεώδους προσαπτόμενον, ἤπερ ἄνθρωπον ἀνθρώπου ἀπεσχισμένον.

10. Fructum fert et homo, et Deus, et mundus: et in propria tempeſtate fert horum vnumquodque. etiamſi autem vſus formulam hanc loquendi viti ac ſimilibus præcipue attribuerit, nihil tamen hoc *obſtat, quo minus et de illis dicatur.* ratio vero fructum habet et communem et proprium: oriunturque ex ea alia eiusmodi, cuiusmodi ipſa eſt ratio.

ι΄. Φέρει καρπὸν, καὶ ἄνθρωπος, καὶ θεὸς, καὶ ὁ κόσμος· ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἕκαστα φέρει. εἰ δὲ ἡ συνήθεια κυρίως 2 τέτροφεν ἐπὶ ἀμπέλου καὶ τῶν ὁμοίων, οὐδὲν τοῦτο. ὁ λόγος δὲ, καὶ κοινὸν, καὶ ἴδιον καρπὸν ἔχει· καὶ γίνεται ἐξ αὐτοῦ τοιαῦθ᾽ ἕτερα, ὁποῖόν τι αὐτός ἐστιν ὁ λόγος.

ια΄. Εἰ

1 Hoc eſt, quod *Cicero* de amicit. *Quin etiam ſi quis ea aſperitate eſt, et immanitate naturæ, vt congreſſus et ſocietatem hominum fugiat atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem, neſcio quem accepimus, tamen is pati non poſſit, vt non adquirat aliquem, apud quem euomat virus acerbitatis ſuæ.* Vide et [*Arriani*] *Epictet.* l. 2. c. 20. *Gatak.*

2 Ita *Baſil.* ſed *Lugd.* melius τέτριφεν *triuit.* Sic *Cicer.* de fin. l. 3. *Rerum nomina nouarum, quæ nunc conſuetudo diuturna triuit. Gatak.*

1 Legendum

ια΄. Εἰ μὲν δύνασαι, μεταδίδασκε. εἰ δὲ μὴ, μέμνησο, ὅτι πρὸς τοῦτο ἡ εὐμένειά σοι δέδοται· καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐμενεῖς τοῖς τοιούτοις εἰσίν. εἰς ἔνια δὲ καὶ συνεργοῦσιν, εἰς ὑγίειαν, εἰς πλοῦτον, εἰς δόξαν· οὕτως εἰσὶ χρηστοί. ἔξεστι δὲ καὶ σοί· 1 εἰ εἰπὲ, τίς ὁ κωλύων.

ιβ΄. Πόνει μὴ ὡς ἄθλιος, μηδὲ ὡς ἐλεεῖσθαι ἢ θαυμάζεσθαι θέλων. ἀλλὰ μόνον ἓν θέλε, κινεῖσθαι καὶ ἴσχεσθαι, ὡς ὁ πολιτικὸς λόγος ἀξιοῖ.

ιγ΄. Σήμερον ἐξῆλθον πάσης 2 περιστάσεως· μᾶλλον δὲ ἐξέβαλον πᾶσαν περίστασιν. ἔξω γὰρ οὐκ ἦν, ἀλλὰ ἔνδον ἐν ταῖς ὑπολήψεσι.

ιδ΄. Πάντα 3 ταῦτα συνήθη μὲν τῇ πείρᾳ· ἐφήμερα δὲ τῷ χρόνῳ· ῥυπαρὰ δὲ τῇ ὕλῃ. πάντα νῦν, οἷα ἐπ᾽ ἐκείνων οὓς κατεθάψαμεν.

11. *Peccantem*, ſi potes, meliora doceto. ſi minus, memineris, hoc fine clementiam tibi datam eſſe; nam et dii *ipſi* aduerſus tales clementer ſe gerunt. in quibusdam etiam opem eis porrigunt ſuam, ad ſanitatem *nempe*, diuitias, gloriam *conſequendam:* adeo benigni exſiſtunt. *idem* et tibi licet *facere:* aut dicas, quis te prohibeat?

12. Laborem ſustine, non vt miſer, nec quo miſerationi vel admirationi ſis aliis. ſed hoc vnum velis, ita moueri motumue ſiſtere, prout ratio ciuilis exigit.

13. Hodie moleſtia me omni exemi. vel potius moleſtiam a me omnem abieci. neque enim extra, ſed intra me, in opinione mea exſiſtebat.

14. Eadem ſunt omnia, vſu familiaria, tempore diaria, materia ſordida. præſentia omnia, qualia apud illos, quos ſepeliuimus.

15. Res

1 Legendum cum *Gatak.* ἢ εἰπέ.

2 Περιστάσεως vocabulum hic in ſequiorem partem ſumitur; pro eiusmodi caſibus, qui moleſtiam nobis aliquam facesſunt, quod frequenter fieri *Budæus* monet. *Phrynichus* Περίστασις ἡ συμφορά. et Stoicis familiare eſſe eo ſenſu adnotat. *Maxim. Tyr.* in titulo disſert. 35. Ὅτι ἔξεστι καὶ ἐκ τῶν περιστάσεων ὠφελεῖσθαι. Sic et apud *Marcum* noſtrum l. 1. 15. ἐν ταῖς ἄλλαις περιστάσεσι, καὶ ἐν ταῖς νόσοις. et alibi. *Gatak.*

3 Ταὐτά. *Gatak.*

15. Res ipſæ foris apud ſemet conſiſtunt; nec de ſe quidquam aut norunt, aut narrant nobis. quid ergo de eis pronuntiat? mens.

ιέ. Τὰ πράγματα ἔξω θυρῶν ἕστηκεν, αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν, μηδὲν μήτε εἰδότα περὶ 1 αὐτῶν, μήτε ἀποφαινόμενα. τί οὖν ἀποφαίνεται περὶ αὐτῶν; τὸ ἡγεμονικόν.

16. Non in paſſione, ſed actione, ſitum eſt rationalis ac ciuilis animantis bonum malumque; quo modo nec virtus vitiumue illius in paſſione, ſed in actione conſiſtit.

ιϛ'. Οὐκ ἐν πείσει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ τὸ τοῦ λογικοῦ πολιτικοῦ ζώου κακὸν καὶ ἀγαθόν, ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἀρετὴ καὶ κακία αὐτοῦ ἐν πείσει, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ.

17. Lapidi proiecto nihil eſt mali, quod deorſum feratur; quod ſurſum, nihil boni.

ιζ'. Τῷ ἀναῤῥιφθέντι λίθῳ οὐδὲν κακὸν τὸ κατενεχθῆναι, οὐδὲ ἀγαθὸν τὸ ἀνενεχθῆναι.

18. Mentes hominum penitius introſpice, et videbis, quos iudices pertimeſcas, quales etiam de ſemet iudices ſint.

ιή. Δίελθε ἔσω εἰς τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῶν, καὶ ὄψει τίνας κριτὰς φοβῇ, οἵους καὶ περὶ 2 αὐτῶν ὄντας κριτάς.

19. In transmutatione vniuerſa *exſiſtunt.* tu quoque in iugi alteratione et corruptione quadam verſaris; et mundus *tecum* vniuerſus.

ιθ'. Πάντα ἐν μεταβολῇ. καὶ αὐτὸς σὺ ἐν διηνεκεῖ ἀλλοιώσει, καὶ κατά τι φθορᾷ· καὶ ὁ κόσμος δὲ ὅλος.

20. Quod alteri delictum eſt, apud eum relinquendum eſt.

κ'. Τὸ ἄλλου ἁμάρτημα, ἐκεῖ δεῖ καταλιπεῖν·

21. Actionis terminatio, intentionis aut opinationis ceſſa-

κα'. Ενεργείας ἀπόληξις, 3 ὁρμῆς, ὑπολήψεως παῦλα, καὶ οἷον

1 Legendum cum *Gatak.* αὐτῶν.
2 Legit αὐτῶν *Gatak.*
3 Forſan ὁρμῆς καὶ ὑπολήψεως παῦλα, οἷον θάνατος, οὐδὲν κακόν. poteſt tamen ſententia continuata legi ὁρμῆς, ὑπολήψεως παῦλα, καὶ οἷον θάνατος, οὐδὲν κακόν. illud *Caſaub.* hoc *Xyland.* ſecutus eſt. *Gatak.*

ῖτον θάνατος, οὐδὲν κακόν. μέτιθι νῦν ἐπὶ ἡλικίαν, οἷον τὴν παιδικὴν, τὴν τοῦ μειρακίου, τὴν νεότητα, τὸ γῆρας· καὶ γὰρ τούτων πᾶσα μεταβολὴ, θάνατος· μήτι δεινόν; μέτιθι νῦν ἐπὶ βίον τὸν ὑπὸ τῷ πάππῳ, εἶτα τὸν ὑπὸ τῇ μητρὶ, εἶτα τὸν ὑπὸ τῷ πατρί· καὶ ἄλλας δὲ πολλὰς διαφορὰς καὶ μεταβολὰς καὶ ἀπολήξεις εὑρίσκων, ἐπερώτα σεαυτὸν, μήτι δεινόν; οὕτως τοίνυν οὐδὲ ἡ τοῦ ὅλου σου βίου λῆξις, καὶ παῦλα, καὶ μεταβολή.

κβ'. [1] Τρέχε ἐπὶ τὸ σεαυτοῦ ἡγεμονικὸν καὶ τὸ τοῦ ὅλου, καὶ τὸ τούτου. τὸ μὲν σεαυτοῦ, ἵνα νοῦν δικαϊκὸν αὐτὸ ποιήσῃ· τὸ δὲ τοῦ ὅλου, ἵνα συμμνημονεύσῃς, τίνος μέρος εἶ· τὸ δὲ τούτου, ἵνα ἐπιστήσῃς πότερον ἄγνοια, ἢ γνώμη, καὶ ἅμα λογίσῃ, ὅτι συγγενές.

κγ'. Ὥσπερ αὐτὸς σὺ πολιτικοῦ συστήματος συμπληρωτικὸς εἶ, οὕτως καὶ πᾶσα πρᾶξίς σου

tio, mors eidem eſt quædam: *verumtamen* nihil *in ſe* mali *habet.* ad ætates tranſi, puerilem puta, adoleſcentiam, iuuenilem, ſenilem. et harum mutatio omnis mors *eſt* quædam. *ſed* numquid graue; tranſi rurſus ad ætatem ſub auo, tum ſub matre, mox ſub patre tranſactam: quumque alias haud paucas differentias mutationesque deprehenderis, interroga te, ecquid in his graue ſit. pari igitur modo nec *graue quidquam* in vitæ totius terminatione, ceſſatione, mutatione.

22. Recurrito ad mentem tuam, ad vniuerſi, ad *delinquentis* cuiusuis. ad tuam, vt ipſam iuſtam exhibeas: ad vniuerſi, vt recorderis, cuiusnam ſis pars: ad delinquentis cuiusuis, vt conſideres, inſcius an conſulto deliquerit; cogitesque ſimul, eſſe tibi cognatum.

23. Sicut ipſe es ad cœtum ciuilem complendum conſtitutus, ita actio tua quæuis ad vitam

1 Vult, vt in offenſis iniuriisque ab alio nobis illatis reſpiciamus ad *mentem triplicem*; ad *mentem propriam*, quo eam in iuſtitiæ tenore contineamus, nec *nocentis odio innocentiam perdere* velimus: prout alibi loquitur. ad *mentem vniuerſi*, cuius quum pars ſimus, æquo animo ferre debemus, quidquid illa diſpenſante nobis obtigerit, et in illius etiam vſum bonumque ceſſerit. l. 2. 3. et l. 5. 8. et alibi. Ad *mentem iniuriam ferentis*, πότερον ἀγνοίᾳ (ita enim legendum autumo) peccauerit l. 2. 1. et l. 3. 11. et alibi. ſubiicit etiam de *cognatione communi* monitum, quam et locis eisdem ſedulo inculcat. *Gatak.*

vitam eiusmodi conſummandam referatur. quæcumque igitur actio tua ad finem hunc vel immediate vel mediate non tendit, ita vitam tuam diuellit, nec vnam eamdemque eſſe patitur, et eſt ſeditioſa, perinde ac in populo ille, qui factionis ſuæ homines a conſenſione iſtiusmodi in partes trahit.

24. Puerulorum rixæ, et ludicra, et animulæ cadauera geſtantes; vt vehementius adficiat, quod in mortualibus exhibetur.

συμπληρωτικὴ ἔξω ζωῆς πολιτικῆς. 1 ἥτις ἐὰν οὖν πρᾶξίς σε μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν, ἤτοι προσεχῶς, εἴτε πόῤῥωθεν ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον, καὶ οὐκ ἐᾷ ἕνα εἶναι, καὶ στασιώδης ἐστὶν, ὥσπερ ἐν δήμῳ ὁ τὸ καθ' αὑτὸν μέρος διϊστάμενος ἀπὸ τῆς τοιαύτης συμφωνίας.

κδ΄. Παιδίων ὀργαὶ, καὶ παίγνια, καὶ πνευμάτια νεκροὺς βαστάζοντα, 2 ὥστε ἐνεργέστερον προσπεσεῖν τὸ τῆς νεκυίας.

κε΄ Ἰδ.

1 Audacter pariter et inſeliciter ἐὰν delet *adnotator lugd* ex formula loquendi non animaduerſa, ἥτις ἐὰν pro ἥτις ἄν quæcumque. ſicut *Leuit.* c. 20. v. 2. ἀνὴρ ὃς ἐὰν λάβῃ γυναῖκα. et *Matth.* c. 11. v. 36. πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν rel. *Gatak.*

2 *Quo ea, quæ in Necyæ,* ſiue *eorum, quæ apud inferos haberi exiſtimantur,* (vnde *Odyſſ.* l. 11. Νεκυίας nomen adhæſit) *repræſentatione aguntur, efficacius peragantur,* ſpectantiumque mentes vehementius adficiant (ita *Platoni* de legib. προσέπεσε πρὸς τὰς ψυχὰς) Feſti ſiue ſolemnitatis cuiusdam a Græcis celebratæ meminit *Suidas*, quæ Νεκυία dicta fuerit; in qua ſpectacula forſan iſtiusmodi exhibebantur. Νεκυία, inquit, ἡ τῶν Νεκρῶν ἑορτή. Res itaque humanas, et occupationes mortalium partim puerulorum luſibus diſſidiisque, partim ſpectaculis vanis, quæ ſimpliciorum animos adficere ſolent, conſimiles, immo pares plane pronuntiat. *Gatak.* *Vlyſſes* vt ad inferos deſcenderit, et quam cum mortuis conſuetudinem habuerit, ſuſe in *Odyſſeidos* vndecimo depingi (cui libro nomen etiam Νεκυίας idcirco adhæſit) lectorum nemini non notum arbitror. Hinc itaque ſuam quoque videtur imaginem mutuo ſumſiſſe *Antoninus.* Quidquid vtique rerum humanarum agitur, ſcenam id omne et ſpectaculum eſſe tantum; nec tam res ipſas, quam rerum repræſentationes. Adeo vt nobis hactenus cum inferis conueniat, quod vtrobique in conſpectum exhibeantur vmbræ, et inania rerum ſimulacra. Hoc vno tamen demto, quod nobis hic loci craſſa et palpanda obueniunt, illic exilia, et quae tactum omnino fugiant. Et dixerat ſane pridem in *Aiace* *Sophocles*:

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν. *Dacier.*

1 Πρῶτ

κε'. Ἴθι ἐπὶ τὴν ποιότητα τοῦ αἰτίου. καὶ ἀπὸ τοῦ ὑλικοῦ αὐτὸ περιγράψας θεάσαι· εἶτα καὶ τὸν χρόνον περιόρισον, ὅσον πλεῖστον ὑφίστασθαι πέφυκε τοῦτο τὸ ἰδίως ποιόν.

κϛ'. Ἀνέτλης μυρία, διὰ τὸ μὴ ἀρκεῖσθαι τῷ σῷ ἡγεμονικῷ 1 ποιοῦ τι ταῦτα οἷα κατεσκεύασται· 2 ἀλλὰ ἅλις.

κζ'. Ὅταν ἄλλος ψέγῃ σε, ἢ μισῇ, ἢ τοιαῦτά τινα 3 ἐκφωνῶσιν, ἔρχου ἐπὶ τὰ ψυχάρια αὐτῶν, δίελθε ἔσω, καὶ ἴδε ποῖοί τινές εἰσιν. ὄψει ὅτι οὐ δεῖ σε σπᾶσθαι, ἵνα τούτοις τί ποτε περὶ σοῦ δοκῇ. εὐνοεῖν μέν τοι αὐτοῖς δεῖ· φύσει γὰρ φίλοι. καὶ οἱ θεοὶ δὲ παντοίως αὐτοῖς βοηθοῦσι, δι' ὀνείρων, διὰ μαντειῶν, πρὸς ταῦτα μέν τοι, πρὸς ἃ ἐκεῖνοι 4 διαφέρονται.

κη'. 5 Ταῦτά ἐστι τὰ τοῦ κόσμου ἐγκύκλια, ἄνω κάτω, ἐξ αἰῶνος εἰς αἰῶνα.

25. Formæ qualitatem animo adi; et a materia abſtractam contemplare: tum et tempus tecum definito, ad quod plurimum res ſic adfecta perdurare poſſit.

26. Innumera perpeſſus es, quia non didiciſti mente tua contentus eſſe, agente ea, ad quæ condita eſt, ſed ad alia eadem abuteris.

27. Vbi te alii vituperauerint, vel oderint, vel eiuſmodi aliquid oblocuti fuerint, adi animulas eorum, penitius introſpice, cuiusmodi ſint. *facile* videbis, nihil eſſe, quod te angat, quidquid illi de te iudicent. bene velle tamen illis oportet: ſunt enim natura amici. quin et dii ipſi omnimodam illis opem ferunt, per inſomnia, per vaticinia, etiam in eis, ad quæ feruntur illi.

28. Eadem plane ſunt mundana omnia, ſurſum deorſum, a ſæculo ad ſæculum, in orbem redeuntia. mens autem vniuerſi

1 Ποιοῦντι legit *Gatak.* quod et exhibet *edit. lugd.* vt et *Caſaub.*

2 Coniicit *Gatak.* ἀλλὰ ἅλις ἔστω. *Verum ſufficiat*, quod hactenus hac in parte tibi ipſe iniurius fueris. quemadmodum infra c. 37. [illegible] vel etiam, ἀλλὰ ἅλις, *ſed hæc ſatis.* in verſione tamen [illegible] lectionem ἀλλ' ἀλλοῖα.

3 Ἐκφωνήσῃ vel τοιαῦτά τινες ἐκφωνῶσιν vult *Gatak.*

4 Vid. ad lib. 6. 41. 5 Lego, ταὐτὰ vel τὰ αὐτά. *Gatak.*

1 Legendum

uerſi vel ad ſingula quæque ſe promouet: quod ſi fuerit, ad quod illa ſe promouerit, tu excipe, vel ſemel operi ſe admouit; reliqua vero per conſequentiam neceſſariam *a primis illis ita profluunt*, vt ſerie quadam continua vnum quiddam conſtituant, vel atomi et corpora indiuiſibilia *pro rerum principiis habenda erunt*. denique ſi quis Deus *eſt*, omnia bene ſe habent: ſiue temere *ferantur*, tu ne temere *feraris*: mox futurum eſt, vt tellus nos omnes condat: dein et ipſa *in alia* mutabitur: et iſta in infinitum mutabuntur: et iſta rurſus in infinitum. ſiquidem qui mutationes et alterationes fluctuum inſtar ſibi inuicem ſuperuenientes, et viciſſitudinum harum celeritatem conſiderauerit, næ ille mortale, quidquid eſt, deſpectui habebit.

καὶ ἤτοι ἐφ' ἕκαστον ὁρμᾷ ἡ τοῦ ὅλου διάνοια· ὅπερ εἰ ἔστιν, ἀποδέχου τὸ ἐκείνης ὁρμητόν. 1 ἢ ἅπαξ ὥρμησε, τὰ δὲ λοιπὰ κατ' ἐπακολούθησιν 2 καὶ τί ἐν τίνι. τρόπον γάρ τινα ἄτομοι, ἢ ἀμερῆ· τὸ δὲ ὅλον, εἴ τις θεός, εὖ ἔχει πάντα· εἴτε τὸ εἰκῆ, μὴ καὶ σὺ εἰκῇ· ἤδη πάντας ἡμᾶς γῆ καλύψει· ἔπειτα καὶ αὐτὴ μεταβαλεῖ· κἀκεῖνα εἰς ἄπειρον μεταβαλεῖ· καὶ πάλιν ἐκεῖνα εἰς ἄπειρον. τὰς γὰρ ἐπικυματώσεις τῶν μεταβολῶν καὶ ἀλλοιώσεων ἐνθυμούμενός τις, καὶ τὸ τάχος, παντὸς θνητοῦ καταφρονήσει.

29. Torrentis eſt inſtar rerum natura: omnia *ſecum* abripit. quam viles autem ſunt

κθ'. Χειμάῤῥους ἡ τῶν ὅλων αἰτία· πάντα φέρει. 3 ὡς εὐτελῆ δὲ καὶ 4 τὰ πολιτικὰ ταῦ-

τα,

1 Legendum videtur ἢ cum *Gatak.*

2 Coniicit *Gatak.* τρόπον γὰρ τινα ἀεί τι ἔν τινι, vel καὶ ἕν τι τρόπον τινὰ γίνεται, ἢ ἄτομοι καὶ ἀμερῆ. *vel reliqua a primis illis pendent, atque ex ſerie hac continua vnum quid conſit, aut atomi atque inſecabilia corpora pro rerum initiis ſubſtituenda erunt*, atque in hanc ſuſpicionem eo magis propendet *Gatak.* quia diſtributio illa *Marco* ſolens eſt, l. 4.3. ἤτοι πρόνοια ἢ ἄτομοι, vid. et l. 10.6.

3 Hic periocham hanc alii ordiuntur, prioribus iſtis ad periocham ſuperiorem reiectis, quo quidem pertinere videntur.

4 *Sophiſtas Marcus* hic perſtringere videtur, de quibus *Iulian.* Imperat. epiſt. 42. βούλονται γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις, οὐ λέξεων μόνον, ἠθῶν δὲ εἶναι διδάσκαλοι· καὶ τὸ κατὰ σφᾶς εἶναί φασι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. vel (quod magis reor) *politicos* illos, qui ſapientiæ nomine laudari ſolent. *Gatak.*

1 Illud

τα, καὶ [1] ὡς οἴεται, φιλοσόφως πρακτικὰ [2] ἀνθρώπεια, [3] μυξῶν μεστά; ἄνθρωπε, τί ποτε ποίησον, ὃ νῦν ἡ φύσις ἀπαιτεῖ. ὅρμησον, ἐὰν διδῶται, καὶ μὴ περιβλέπου, εἴ τις εἴσεται· [4] μηδὲ τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἔλπιζε· ἀλλὰ ἀρκοῦ, εἰ τὸ βραχύτατον πρόεισι· καὶ τούτου αὐτοῦ τὴν ἔκβασιν, [5] ὡς οὐ

et muci pleni, etiam politici iſti, et, vt ipſis videtur, philoſophice ſe gerentes homunculi? id agas, o homo, quod nunc te poſcit natura. adgredere, quatenus tibi datur; nec circumſpice, num quis adſit, qui aduertat: nec Platonis rempublicam exſpecta. verum ſufficiat tibi, ſi vel parum admodum res processerit; nec vel hoc ipſum paruum quiddam exiſtima-

1 Illud ὡς οἴεται duplici ratione poteſt intelligi; vel, *vt ipſi de ſe opinantur*, aliosque volunt opinari, vel etiam *vt aliis* haud paucis, falſo tamen, videtur. *Gatak.*

2 Lego, ἀνθρώπια, nam ἀνθρώπεια *humana. Gatak.*

3 *Grauitatis adfectatæ pleni* vertit *Caſaub.* vt adluſerit *Marcus* ad prouerbium illud, Βαβαὶ μύξος, περὶ τῶν κομπαζόντων καὶ μεγαλαυχούντων, vſurpatum *Suidæ*, de quo *Salmaſ.* ad *Tertull.* Pall. *deducunt*, inquit, *perperam* (*Suidam* notat) *a Myxo Cereris ſacerdote. at μύξος eſt μυξώδης.* et μύξα, βλέννα, κόρυζα· κόρυζαν *pro tumore, ſuperbia, iactantia dixere.* ſed et μύξαν *pro eodem. inde* μύξος, ἀλαζών. itaque *arrogantiæ, et faſtus pleni* malim reddere. Ceterum habere locum hic poſſit alter vocabuli iſtius vſus etiam prouerbialis, quo μυξώδεις καὶ βλεννώδεις, et μύξης ſiue κορύζης μεστοὶ, fatui ſtupidique dicuntur; et μύξα ſiue κόρυζα pro ſtuporis indicio habetur. Latinis pariter *mucidus* pro *ſtupido, ſtolido, fatuo. Plaut.* Epid. *homo es, qui me emunxiſti mucidum, minimi pretii*, inde natum, vt ſicut *emunctæ naris* hominem (quod de *Lucilio Flaccus* l. 1. ſat. 4.) pro acris ingenii exactique iudicii dicebant: ita contra *naris obeſæ*, quod idem *epod.* 12. vſurpauit, pro ſtolido ſtupidoque in vſu esſet. Verum contextus ſeries illo potius inclinat. *Gatak.*

4 Non posſum erudito interpreti anglico adſentiri, qui iſta cum ſequentibus tamquam ex aliena perſona a *Marco* prolata exiſtimat. Sunt enim *Marci* ipſius, eum, quem adloquitur, inuitantis ad id, quod eſt naturæ ipſius conſentaneum, agendum et conandum, quantum in ſe eſt: monentisque ſimul animum ne deſpondeat, etiamſi non poſſit hominum mores ita refingere, vt reipublicæ platonicæ inducendæ ſpes detur, aut eam hominum in bono promouendo conſpirationem experiri, quæ in ea, quam *Plato* ſibi finxit, republica exſpectari poterat; ſed ſucceſſibus etiam leuiuſculis et proceſſibus perexiguis contentus agat, pergatque nihilo minus in inſtituto. quod idem et de ſe, profectuque ſuo, cuique ſuadere conatur, l. 5. 9. *Gatak.*

5 Non eſt parum, inquit, ſi vel parum ſtudio tuo proficere poteris, in tam

exiſtimaueris. nam dogmata hominum quis mutauerit? et tamen absque his mutatis, quid aliud ſupererit, niſi ingemiſcentium, dum obſequium ſimulant, ſeruitus? age nunc, atque Alexandrum, Philippum, Demetrium Phalereum mihi refer. viderint illi, an quid natura communis poſcat, norint, et ad huius dictamen ſeſe inſtituerint. ſin tragice ſemet ostentarint, quis ad illorum imitationem me addixit? ſimplex quiddam et modeſtum eſt philoſophiæ opus. noli me ad faſtum inſolentem abducere.

μικρόν τι ἐςὶ, διανοῦ. δόγματα γὰρ αὐτῶν τίς μεταβάλλει; χωρὶς δὲ δογμάτων μεταβολῆς, τί ἄλλο ἢ δουλεία ςενόντων, καὶ πείθεσθαι προσποιουμένων; 1 ὕπαγε νῦν καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ Φίλιππον, καὶ 2 Δημήτριον τὸν Φαληρέα μοι λέγε. ὄψονται, εἰ εἶδον, τί ἡ κοινὴ φύσις ἤθελε, καὶ ἑαυτοὺς ἐπαιδαγώγησαν. εἰ δὲ ἐτραγῴδησαν, οὐδείς με κατακέκρικε μιμεῖσθαι, ἁπλοῦν ἐςι καὶ αἰδῆμον τὸ φιλοσοφίας ἔργον. μή με ἄπαγε ἐπὶ 3 σεμνοτυφίαν.

30. Intuere deſuper armenta innumerabilia, et ritus innumerabiles, et nauigationis omne genus, in procellis, in tranquillo mari, et rerum præteritarum, præſentium, decedentium differentias. conſidera et vitam, quæ ſub aliis olim

λ'. Ἄνωθεν ἐπιθεωρεῖν ἀγέλας μυρίας, καὶ τελετὰς μυρίας, καὶ πλοῦν παντοῖον ἐν χειμῶσι καὶ γαλήναις, καὶ διαφορὰς γινομένων, συγγινομένων, ἀπογινομένων. ἐπινόει δὲ καὶ τὸν ὑπ' ἄλλων πάλαι βεβιωμένον βίον,

ampla validaque hominum morumque corruptela; ſi vel ſupprimere ſaltem valeas, quod corrigere non datur. *Gatak.*

1 In his ſe iactare exemplis *ſophiſtarum* turbæ familiare erat; viros ſuæ, quam præ ſe ferebant, artis regnandi peritos prædicare. Rem ad accuratius examen vocatam noluit *Antoninus*, ne quid in tanta nomina peccare videretur. Iubet tamen, *videant ipſi*, fuerintne, quales exiſtimari vellent maxime, et quotidianæ vitæ conſuetudo an morum grauitati tantopere laudatæ congruerit. *Dacier.*

2 Hunc *Alexandro* et *Philippo* adiungit, quia et ipſe reipub. regimen glorioſe ſatis *Athenis* tractauerat. Vide *Laert.* l. 5. et *Diodor. Sicul.* l. 18. ſed et *Cicer.* de offic. l. 1. *Gatak.*

3 Σεμνοτυφία vocabulum vix alibi lectum, ἡ μετὰ τύφου τινὸς σεμνότης, ſiue *grauitas quaedam faſtuoſa. Gatak.*

βίον, τὸν μετά σε βιωθησόμενον, καὶ τὸν νῦν ἐν τοῖς βαρβάροις ἔθνεσι βιούμενον· καὶ ὅσοι μὲν οὐδὲ ὄνομά σου γινώσκουσιν, ὅσοι δὲ τάχιστα ἐπιλήσονται, ὅσοι δὲ ἐπαινοῦντες ἴσως νῦν σε τάχιστα ψέξουσι· καὶ ὡς οὔτε ἡ μνήμη ἀξιόλογόν γε, οὔτε ἡ δόξα, οὔτε ἄλλο τι τὸ σύμπαν.

eſt acta, quæ poſt te erit tranſigenda, quæque apud gentes barbaras iam agitur. et quam multi ſint, qui nec norint nomen tuum, quam multi, qui mox eiusdem obliuiſcentur; quam multi, qui, quum te nunc laudent, mox vituperaturi ſint. quod denique, neque memoria, neque gloria, neque eiusmodi quidquam æſtimatione vlla dignum eſt.

λα'. Ἀταραξία μὲν, περὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐκτὸς αἰτίας συμβαίνοντα. δικαιότης δὲ, ἐν τοῖς παρὰ τὴν ἐκ σοῦ αἰτίαν ἐνεργουμένοις· τουτέστιν, ὁρμὴ καὶ πρᾶξις, καταλήγουσα ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ κοινωνικῶς πρᾶξαι, ὡς τοῦτό σοι κατὰ φύσιν ὄν.

31. Mentis tranquillitas *tibi ſit* in eis, quæ ab externa cauſſa proficiſcuntur. iuſtitiæ ratio in eis, quæ ab interna efficiuntur. hoc eſt, intentio tua actioque omnis hunc ſolum ſibi finem propoſitum habeat, vt ad ſocietatem humanam, quod conducat, fecerit, vtpote quod naturæ tuæ conſentaneum exſiſtat.

λβ'. Πολλὰ περισσὰ περιελεῖν τῶν ἐνοχλούντων σοι δύνασαι, ὅλα ἐπὶ τῇ ὑπολήψει σου κείμενα· καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν περιποιήσεις ἤδη σεαυτῷ, 1 τὸν ὅλον κόσμον περιειληφέναι τῇ γνώμῃ, καὶ τὸν 2 ἴδιον αἰῶνα περινοεῖν, καὶ τὴν τοῦ κατὰ μέρος ἑκάστου πράγματος

32. Superuacanea multa, quæ moleſtiam tibi pariunt, præcidere, quum in opinione tua tota ſita ſint, animumque anguſtiis exemtum plurimum dilatare poteris, ſi mundum totum et ſæculum, in quo degis, mente complexus fueris, et rei cuiusque ſigillatim transmutationem celerem conſide-

rauc-

1 [Τῷ] τὸν *Gatak.* 2 Ἀΐδιον *Caſaub.*

1 Χολοῦσι

raueris, quamque exiguum temporis ſpatium inter ortum eiusdem et interitum intercedat; quum et immenſum ſit, quod ortum præceſſerit, et interminatum pariter, quod interitum ſit conſecuturum.

33. Corrumpentur breui, quæcumque vides: corrumpentur breui, et qui corrumpi hæc vident. et qui ſenectute extrema confectus moritur, in eumdem ſtatum redigetur cum eo, qui immaturus obiit.

34. Animulas hominum nudas intuere, vt videas, quales mentes gerant, quibus rebus ſtudeant, et quarum cauſſa *alios* diligant ac honorent. tum quando vel vituperando obeſſe, vel laudando prodeſſe *cuiquam* videntur, quanto cum faſtu id faciant.

35. Nihil eſt aliud amiſſio quam mutatio. hac autem gaudet natura, quæ nihil non recte facit. ab æterno iſta pariter facta ſunt; et in æternum alia eiusmodi fient. ecquis ergo dixerit omnia et facta fuiſſe, et ſemper factum iri mala? nec penes deos, qui tot fuerint, po-

ταχεῖαν μεταβολὴν ἐπινοεῖν, ὡς βραχὺ μὲν τὸ ἀπὸ γενέσεως μέχρι διαλύσεως, ἀχανὲς δὲ τὸ πρὸ τῆς γενέσεως, ὡς καὶ τὸ μετὰ τὴν διάλυσιν ὁμοίως ἄπειρον.

λγʹ. Πάντα, ὅσα ὁρᾷς, τάχιστα φθαρήσεται· καὶ οἱ φθειρόμενα αὐτὰ ἐπιδόντες, τάχιστα καὶ αὐτοὶ φθαρήσονται. καὶ ὁ ἐσχατόγηρως ἀποθανὼν εἰς ἴσον καταστήσεται τῷ προώρῳ.

λδʹ. Σῖνα τὰ ἡγεμονικὰ τούτων, καὶ περὶ οἷα ἐσπουδάκασι, καὶ δι᾽ οἷα [1] φιλοῦσι καὶ τιμῶσι· γυμνὰ νόμιζε τὰ ψυχάρια αὐτῶν. ὅτε δοκοῦσι βλάπτειν ψέγοντες, ἢ ὠφελεῖν ἐξυμνοῦντες, ὅση οἴησις.

λεʹ. Ἡ ἀποβολὴ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ μεταβολή. τούτῳ δὲ χαίρει ἡ τῶν ὅλων φύσις, καθ᾽ ἣν πάντα καλῶς γίνεται. ἐξ αἰῶνος ὁμοειδῶς ἐγίνετο, καὶ εἰς ἄπειρον τοιαῦθ᾽ ἕτερα ἔσται. τί οὖν λέγεις, ὅτι ἐγίνετό τε πάντα, [2] ὃ καὶ πάντα ἀεὶ κακῶς ἔσται, καὶ οὐδεμία ἄρα δύναμις ἐν [3] τοσούτοις θεοῖς ἐξευρέθη ποτὲ ἡ διορθώ-

1 Χολοῦσι *Lugd.* 2 Καὶ ὅτι πάντα *Gatak.*

3 Deum ſummum vnicum agnoſcebant Stoici, quem et Δία ſiue *Iouem* nuncu-

διορθώσουσα ταῦτα, ἀλλὰ καταλέλειπται ὁ κόσμος ἐν ἀδιαλείπτοις κακοῖς συνέχεσθαι;

λϛʹ. Τὸ σαπρὸν τῆς ἑκάστῳ ὑποκειμένης ὕλης, ὕδωρ, κόνις, ὀστάρια, γράσος· ἢ πάλιν, πῶροι γῆς τὰ μάρμαρα· καὶ 1 ὑποστάθμαι ὁ χρυσὸς, 2 ὁ ἄργυρος· καὶ τριχία ἡ ἐσθής· καὶ αἷμα ἡ πορφύρα· καὶ τὰ ἄλλα πάντα τοιαῦτα. καὶ 3 τὸ πνευματικὸν δὲ ἄλλο τοιοῦτον· ἐκ τούτων εἰς ταῦτα μεταβάλλον.

λζʹ. Ἅλις τοῦ ἀθλίου βίου, καὶ γογγυσμοῦ, καὶ 4 πιθηκισμοῦ. τί ταράσσῃ; τί τούτων καινόν; τί σε ἐξίστησι; τὸ αἴτιον; ἴδε

tentiam exſtitiſſe corrigendi iſta, quo minus mundus ad mala iſta addiceretur, quibus perpetim teneretur implicitus?

36. Quam putida eſt ſubiecta rei cuique materia? aqua, puluis, osſicula, ſordes. aut rurſus, calli terræ, marmora; ſedimenta, aurum ac argentum; pili, veſtis; ſanguis, purpura; et eiusmodi alia quæuis. etiam quod formæ rationem obtinet, et ipſum aliud quiddam iſtiusmodi eſt; et ex aliis in alia transit.

37. Iam ſatis eſt vitæ calamitoſæ, et obmurmurationis, et nugarum. quid perturbaris? ecquid in his noui? quid te tan-

nuncupabant, mundi iſtius conditorem πάντων δημιουργὸν, καὶ ἄφθαρτον μόνον. alios interim deos inferiores ſtatuebant φθαρτοὺς, corruptelæ obnoxios, ſiue (vt *Plut. de com. notit.* eosdem deridens) τηκτοὺς *fuſiles* ὥσπερ κηρίνους ἢ καττιτερίνους *tamquam ſi cerei aut ſtannei exſiſterent.* in his et aſtra ponebant. Ita *Plut. de philoſ. placit.* l. 1. c. 7. Θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὴν γῆν, τὸν δ᾽ ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι. Verum *Epiphan. hæreſ. lib.* 1. *hæreſ.* 5. Deum adſerit Stoicos in hæc quaſi membra quædam dispertitos. Μερίζουσι δὲ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας, εἰς ψυχὴν, καὶ ἀέρα, καὶ τὰ ἄλλα. *Gatak.*

1 Ὑποστάθμη, *faeces* ſiue *ſedimentum*: *Heſych.* Ὑποστάθμη, τρυγία, τρὺξ et Σκωρία, ἡ γαιώδης ἐν [τοῖς χυτοῖς] ὑποστάθμη. ita enim locum illum integrandum cenſeo. *Gatak.*

2 [Καὶ ὁ] *Gatak.*

3 Τὸ πνευματικὸν eſt *formula* ſiue *quod formæ rationem obtinet:* opponitur enim τῇ ὑποκειμένῃ ὕλῃ τὸ πνευματικὸν, ſicut τῷ ὑλικῷ τὸ αἰτιῶδες l. 5.13. *Gatak.*

4 *Imitationis* vertit *Xyland. disſimulationis Caſaub.* at *Suidæ* πιθηκισμοὶ ſunt ἀπάται καὶ κολακεύματα; ex *Ariſtophan.* in *Equit.* vbi *Cleon* aduerſario ſuo Οἵ μοι Τάλας, οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις? et mox Ἀλλ᾽ οὐχ ὑπερβαλεῖς με θωπείαις. et apud eumdem in *Veſp.* Ταῦτα ἰδὼν ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα. *paullulum adulatus ſum.* Verum *Marco* πιθηκίζειν videtur eſſe *ſimiarum more*, quæ geſticulationibus vanis ludos faciunt, *nugari.* quod *Apollodor.* in *Adelph.* dixit

tandem percellit? num forma? hanc vide. num materia? et hanc. extra hæc autem nihil eſt. quin erga deos itaque tandem aliquando ſimplicior, meliusque adfectus ſis. perinde habet, annis centum an tribus iſta noris.

αὐτό. ἀλλ' ἡ ὕλη; ἴδε αὐτήν. ἔξω δὲ τούτων οὐδὲν ἐστιν. ἀλλὰ καὶ [1] πρὸς τοὺς θεοὺς ἤδη ποτὲ ἁπλούστερος καὶ χρηστότερος [2] γένου. ἴσον τὸ ἑκατὸν ἔτεσι, καὶ τὸ τρισὶ ταῦτα ἱστορῆσαι.

38. Si quis deliquerit, penes ipſum eſt malum. fortasſis autem nec deliquit.

λη'. Εἰ μὲν ἥμαρτεν, ἐκεῖ τὸ κακόν. τάχα δ' οὐχ ἥμαρτεν.

39. Vel ab vna mente, quaſi fonte communi, tamquam vni corpori ſuperueniunt vniuerſa: nec partem oportet de eis conqueri, quæ a toto fiunt: vel atomi *obtinent*, nec aliud eſt quidquam, quam cinnus et diſperſio temeraria. quid ergo perturbaris? num menti dices, mortua es, corrumperis, ſimulas, armentitia es, pecudis inſtar paſceris, in feram belluam transiiſti?

24. Quidnam eſt mihi nunc mens mea? vel qualem ego eam præſto? ad quidnam ea iam vtor? numquid eſt intellectu vacua? numquid a ſocietate communi ſoluta et reuulſa? numquid carunculæ ita adglutinata et permixta, vt cum illa mutetur vna?

25. Qui dominum fugit, fugitiuus eſt. dominus autem eſt lex. ergo qui legem transgreditur, fugitiuus eſt. idem eſt et qui ideo angitur, vel iraſcitur, vel metuit, quod ſecus, quam ipſe velit, aut factum ſit, aut fiat, aut futurum ſit eorum quidquam, quæ ab vniuerſi rectore ſunt conſtituta, qui eſt ipſe lex vnicuique, quod ſuum eſt tribuens. fugitiuus eſt igitur, qui metuit, vel angitur, vel iraſcitur.

26. In vterum ſemen qui miſit, abscedit. hoc alia deinceps excipiens natura, fetum fabricat et abſoluit; ex quali qualem? alimentum rurſus

κδ΄. Τί ἐστί μοι τὸ ἡγεμονικὸν μου; καὶ ποῖόν τι ἐγὼ αὐτὸ ποιῶ νῦν; καὶ πρὸς τί ποτε αὐτῷ νῦν χρῶμαι; μήτι κενὸν νοῦ ἐστι; μήτι ἀπόλυτον καὶ ἀπεσπασμένον κοινωνίας; μήτι προστετηκὸς καὶ ἀνακεκραμμένον τῷ σαρκιδίῳ, ὥστε τούτῳ συντρέπεσθαι;

κε΄. Ὁ τὸν κύριον φεύγων, δραπέτης. κύριος δὲ ὁ νόμος. καὶ ὁ παρανομῶν, δραπέτης. ἅμα καὶ ὁ λυπούμενος, ἢ ὀργιζόμενος, ἢ φοβούμενος, 1 ὁ βούλεταί τι γεγονέναι, ἢ γίνεσθαι, τῶν ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα διοικοῦντος τεταγμένων, ὅς ἐστι νόμος, νέμων ὅσα ἑκάστῳ ἐπιβάλλει. ὁ ἄρα φοβούμενος, ἢ λυπούμενος, ἢ ὀργιζόμενος, δραπέτης.

κϛ΄. Σπέρμα εἰς μήτραν ἀφεὶς ἀπεχώρησε, καὶ λοιπὸν ἄλλη αἰτία παραλαβοῦσα ἐργάζεται, καὶ ἀποτελεῖ βρέφος· ἐξ οἵου οἷον; πάλιν τροφὴν

paſtor ruſticus incluſus tenetur. *Gatak.* Iſta quo pertineant, ego plane ſum neſcius. ſequentibus adfigit *Caſaub.* et προβάλλειν προβλήματα legiſſe videtur, quum vertit *et problemata tibi proponere iſta, quidnam eſt mihi nunc mens mea* rel. Verum *Salmaſius* expungenda cenſet; vtpote quæ nec ſenſum vllum efficiant, nec in melius reformari poſſint. *Gatak.*

1 Ὅτι βούλεταί τι γεγονέναι legiſſe videntur *Xyland.* et *Caſaub.* Verum negatiua forſan particula intercidit: vt reſcribendum ſit ὃ [μὴ] βούλεταί τι γεγονέναι. *Gatak.*

1 Melius

φὴν διὰ φάρυγγος ἀφῆκε, καὶ λοιπὸν ἄλλη αἰτία παραλαβοῦσα, αἴσθησιν, καὶ ὁρμὴν, καὶ τὸ ὅλον, ζωὴν, καὶ ῥώμην, καὶ ἄλλα (ὅσα καὶ οἷα;) ποιεῖ. ταῦτα οὖν τὰ ἐν τοιαύτῃ ἐγκαλύψει γενόμενα θεωρεῖν, καὶ τὴν δύναμιν οὕτως ὁρᾷν, ὡς, καὶ τὴν βρίθουσαν, καὶ τὴν ἀνωφερῆ, ὁρῶμεν, οὐχὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' οὐχ ἧττον ἐναργῶς.

κζ′. Συνεχῶς ἐπινοεῖν, πῶς πάντα τοιαῦτα ὁποῖα νῦν γίνεται, καὶ πρόσθεν ἐγίνετο· καὶ ἐπινοεῖν γενησόμενα. καὶ ὅλα δράματα καὶ σκηνὰς ὁμοειδεῖς, ὅσα ἐκ πείρας τῆς σῆς, ἢ τῆς πρεσβυτέρας ἱστορίας ἔγνως, πρὸ ὀμμάτων τίθεσθαι· οἷον αὐλὴν ὅλην Ἀδριανοῦ, καὶ αὐλὴν ὅλην Ἀντωνίνου, καὶ αὐλὴν ὅλην Φιλίππου, Ἀλεξάνδρου, Κροίσου· πάντα γὰρ ἐκεῖνα τοιαῦτα ἦν, μόνον δι' ἑτέρων.

κη′. Φαντάζου πάντα τὸν ἐφ' ᾡτινιοῦν λυπούμενον, ἢ δυσαρεστοῦντα, ὅμοιον τῷ θυομένῳ χοιριδίῳ ἀπολακτίζοντι καὶ κεκραγότι. [1] ὅμοιον καὶ ὁ οἰμώζων

mater per gulam demittit; quod alia inſuper cauſſa vbi exceperit, ſenſum, motumque, adeoque vitam ac vires et alia (quot ea numero et qualia?) conficit. hæc, tanta licet inuoluantur caligine, contemplari *oportet*, facultatemque ita intueri, *quæ iſta facit*, prout vim eam cernimus, qua vel deorſum, vel ſurſum corpora feruntur, non oculis quidem externis, ſed nec minus clare tamen.

27. Cogita tecum iugiter, qualia nunc ſunt omnia, talia prius actitata; cogita et talia futura eſſe. propone tibi ob oculos, fabulas totas ſcenasque vniformes, quæcumque vel ex notitia tua, vel ex hiſtoria antiqua cognita habueris; aulam Hadriani totam, totam Antonini, illam item Philippi, Alexandri, Crœſi. eiusdem plane modi fuerunt omnia illa, niſi quod per alios *agebantur*.

28. Hominem de re vlla dolentem atque ægre ferentem quidquam, ſimilem habe porcello, qui dum mactatur, calcitrat et vociferatur: cuiusmodi eſt et qui decumbens

1 Melius MS, *Heſchel*, ὅμοιος. *Caſaub.*

bens tacite ſecum deplorat, quod *fato* nos *omnes* illigati tenemur. *conſidera* et rationali animali ſoli datum esſe, vt eis, quæ eueniunt, ſponte obſequi posſit; quum ſequi ipſum omnibus ſit necesſarium.

29. Conſiderata ſeorſim, quam inſtituis, re omni, percontare te, num ideo mors grauis habenda ſit, quia ea te priuet.

30. Vbi peccato alicuius offenderis, translatione facta perpende tecum, annon ipſe eiusmodi aliquid pecces. puta, argentum in bonis habendo, vel voluptatem, vel gloriolam, vel aliud iſtiusmodi. hoc enim ſi aduerteris, ira ſtatim tibi excidet. *præſertim*, ſi ſuccurrerit vna, cogi hominem. quid enim faceret? aut, ſi poteris, tu illum vi illa expedias.

31. Satyrionem vbi videris

ἐπὶ τοῦ κλινιδίου μόνος σιωπ
τὴν ἔνδεσιν ἡμῶν. καὶ ὅτι μόνῳ
λογικῷ ζώῳ δέδοται, τὸ ἑκο
ως ἕπεσθαι τοῖς γινομένοις.
δὲ ἕπεσθαι ψιλὸν, πᾶ
ἀναγκαῖον.

κθʹ. Κατὰ μέρος ἐφ' ἑκά
ὧν ποιεῖς ἐφιστάνων, ἐρώτα
αὐτὸν, εἰ ὁ θάνατος δεινὸν
τὸ τούτου στέρεσθαι.

λʹ. Οταν προσκόπτῃς
τινος ἁμαρτίᾳ, εὐθὺς μετ
βὰς, ἐπιλογίζου, τί παρόμο
ἁμαρτάνεις· οἷον, ἀργύρ
ἀγαθὸν εἶναι κρίνων, τὴν ἡ
νὴν, ἢ τὸ δοξάριον, καὶ κατ' εἶδ
τούτῳ γὰρ ἐπιβάλλων, ταχέ
ἐπιλήσῃ τῆς ὀργῆς· συμ
πίπτοντος τοῦ, ὅτι 2 βιάζετ
τί γὰρ ποιήσει; ἢ εἰ δύνασ
ἄφελε αὐτοῦ τὸ βιαζόμενον.

λαʹ. Σατύρωνα 3 ἰδὼν Σ

κρα

1 *Adligationem* vertit *Xyl.* malim *illigationem* (niſi ſi vocabulum vitiatum quod quis forſan ſuſpicetur) vt indicetur necesſitas illa, quæ fato nos illi tos et obſtrictos habeat. *Gatak.* Animæ ad corpus *adligationem* intelli *Antoninus*, non tamen eo trahendus, quaſi rideret illos, quibus graue fragilitatis humanæ iugum ſuſpiria et querelas exprimit: ſed illos, qui qu contenti, et iniquitatem fati miſerabiliter accuſare, animo deſpondent ig ui, et auxilia a ratione et philoſophia vera, quibus in libertatem ſe adſer petenda nulla ſibi prouident. *Caſaub.*

2 Vide ad l.8.14.

3 Τὸ ἰδὼν *conſiderandi* non *conſpiciendi* ſignificatum hic obtinet: qu *Xenophon*, qui ſæculis aliquot *Marcum* anteceſſerat, inter ceteros conte plandus proponitur. *Gatak.*

1 De

κρατικὸν, φαντάζου ἢ Εὐτυχῆν, ἢ Ὑμένα. καὶ Εὐφράτην ἰδών, Εὐτυχίωνα, ἢ Σιλουανὸν φαντάζου. καὶ Ἀλκίφρονα, 1 Τροπαιοφόρον φαντάζου· καὶ Ξενοφῶντα ἰδών, Κρίτωνα ἢ Σευῆρον φαντάζου. καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀπιδών, τῶν Καισάρων τινὰ φαντάζου, καὶ ἐφ᾽ ἑκάστου τὸ ἀνάλογον. εἶτα συμπροσπιπτέτω σοι, ποῦ οὖν ἐκεῖνοι; οὐδαμοῦ· ἢ 2 ὁπουδή. οὕτως γὰρ συνεχῶς θεάσῃ τὰ ἀνθρώπινα, καπνόν, καὶ τὸ μηδέν. μάλιστα ἐὰν συμμνημονεύσῃς, ὅτι τὸ ἅπαξ μεταβαλὸν 3 οὐκέτι ἔσται ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ. σὺ οὖν ἐν τίνι; τί δ᾽ οὐκ ἀρκεῖ σοι τὸ βραχὺ τοῦτο κοσμίως διαπερᾶσαι; οἵαν ὕλην καὶ ὑπόθεσιν φεύγεις; τί γάρ ἐστι πάντα ταῦτα ἄλλο, πλὴν γυμνάσματα λόγου ἑωρακότος ἀκριβῶς καὶ φυσιολόγως τὰ ἐν τῷ βίῳ; μένε οὖν, μέχρι ἐξοικειώσῃς σαυτῷ καὶ ταῦτα ὡς ὁ ἐρρωμένος στόμα-

Socraticum, Eutychem cogita vel Hymenem. et Euphratem vbi videris, Eutychionem cogita vel Syluanum. et Alciphrone viſo, Tropæophorum cogita; et Xenophonte, Critonem vel Seuerum. et temet vbi reſpexeris, Cæſarum aliquem. et in quolibet cogitando, geminum ei quempiam. tum mentem tibi ſubeat, vbi nunc ſunt illi? nusquam ſane: aut vbi tandem? ita enim perſpectum iugiter habebis, humana omnia fumum ac nihil eſſe. præſertim, ſi ſimul fueris recordatus, quidquid ſemel mutarit, per ſpatium temporis infinitum non eſſe amplius futurum. tu vero ſpatii illius quantulum occupas? cur ergo tibi non ſufficit, ſpatium hoc tam breue, prout te decet, transigere? quam pulchram *bene agendi* materiam occaſionemque ſubterfugis? quid enim ſunt aliud hæc omnia, quam mentis, quæ, hac in vita quæ contingunt, naturam eorum rimata, accurate perſpexerit, exercitationes? perſiſte ergo, dum et iſta tibi familia-

ria

1 Deeſt ἰδών, vel librarii culpa deperditum; vel ἐκ τοῦ κοινοῦ ſupplendum. *Gatak.*

2 Lego ὅπου δή; *nusquam, aut vbi tandem? Gatak.*

3 Viſum eſt Stoicis, mundum ſæpius vel potius ſemper repetitis vicibus refici, et renouari. [vide ad l. 5, 13, et l. 11. 1.] Videatur tamen ſenſiſſe non

ria effeceris, quo modo ſtomachus robuſtus cuncta ſibi accommodat, ignisque validus, quidquid ingesſeris, flammam inde ac fulgorem edit.

32. Nulli liceat vere de te dicere, non esſe te ſimplicem, aut non esſe te bonum. ſed mentiatur, quisquis horum quidquam de te opinatus fuerit. hoc autem totum in te ſitum eſt. quis enim te bonum ſimplicemue esſe prohibuerit? tu tantum ſtatuas, nec vlterius viuere, quam talis futurus ſis. neque enim ratio id poſcit, ni talis ſis.

33. Ecquid eſt, quod de materia iſta rectisſime vel fieri vel dici posſit? quidquid enim hoc fuerit, vel facere id ipſum, vel dicere licet: nec obtendas impediri te. ante ingemiſcere non deſinas, quam eo te adegeris, vt quod voluptuariis hominibus eſt luxu diffluere, hoc tibi fuerit de ſubiecta quaque oblata tibi materia ea facere, quæ humanæ conſtitutioni conueniant: etenim pro oblectamento esſe tibi debet, quidquid ſecundum naturam tuam agere tibi datur.

χος πάντα ἐξοικειοῖ, ὡς τὸ λαμπρὸν πῦρ, ὅ, τι ἂν βάλῃς, φλόγα ἐξ αὐτοῦ καὶ αὐγὴν ποιεῖ.

λβʹ. Μηδενὶ ἐξέστω εἰπεῖν ἀληθεύοντι περὶ σοῦ, ὅτι οὐχ ἁπλοῦς, ἢ ὅτι οὐκ ἀγαθός· ἀλλὰ ψευδέσθω, ὅστις τούτων τι περὶ σοῦ ὑπολήψεται· πᾶν δὲ τοῦτο ἐπί σοι. τίς γὰρ ὁ κωλύων ἀγαθὸν εἶναι καὶ ἁπλοῦν; σὺ μόνον κρῖνον μηκέτι ζῆν, εἰ μὴ τοιοῦτος ἔσῃ. οὐδὲ γὰρ αἱρεῖ λόγος μὴ τοιοῦτον ὄντα.

λγʹ. Τί ἐστι τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ὕλης δυνάμενον κατὰ τὸ ὑγιέστατον πραχθῆναι ἢ ῥηθῆναι; ὅ, τι γὰρ ἂν τοῦτο ᾖ, ἔξεστιν αὐτὸ πρᾶξαι ἢ εἰπεῖν· καὶ μὴ προφασίζου, ὡς κωλυόμενος· οὐ πρότερον παύσῃ στένων, πρὶν ἢ τοῦτο πάθῃς, ὅτι οἷόν ἐστι τοῖς ἡδυπαθοῦσιν ἡ τρυφή, τοῦτό σοι τὸ ἐπὶ τῆς ὑποβαλλομένης καὶ ὑποπιπτούσης ὕλης ποιεῖν τὰ οἰκεῖα τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ· ἀπόλαυσιν γὰρ δεῖ ὑπολαμβάνειν, πᾶν ὃ ἔξεστι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐνεργεῖν.

παν-

eadem omnino, quæ nunc ſunt, renaſcitura, ſed illis tantum ſimilia: non eumdem v. g. *Socratem*, ſed huic et virtute et fortuna geminum. *Dacier*.

1 Scribo

παχοῦ δὲ ἔξεςι. τῷ μὲν οὖν
ινδρῳ οὐ πανταχοῦ δίδοται
εσθαι τὴν ἰδίαν κίνησιν, οὐδὲ
ὕδατι, οὐδὲ πυρὶ, οὐδὲ τοῖς
οις, ὅσα ὑπὸ φύσεως ἢ ψυ-
ἀλόγου διοικεῖται· τὰ γὰρ
γοντα καὶ ἐνιςάμενα πολ-
νοῦς δὲ καὶ λόγος διὰ παν-
τοῦ ἀντιπίπτοντος οὕτως
ύεσθαι δύναται, ὡς πέφυ-
ι ὡς θέλει. ταύτην τὴν
ώνην πρὸ ὀμμάτων τιθέ-
ς καθ' ἣν ἐνεχθήσεται ὁ
ος διὰ πάντων, ὡς πῦρ ἄνω,
ίθος κάτω, ὡς κύλινδρος
ὰ πρανοῦς, μηκέτι μηδὲν
ήτει. τὰ γὰρ λοιπὰ ἐγ-
ατα ἤτοι τοῦ σωματικοῦ
οῦ νεκροῦ, ἢ χωρὶς ὑπολή-
ς, καὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ λόγου
εως, οὐ θραύει οὐδὲ
ι κακὸν οὐδοτιοῦν· ἐπεί τοι
ὁ πάσχων αὐτὸ, κακὸς ἂν
ς ἐγένετο. ἐπὶ γοῦν τῶν
ων κατασκευασμάτων,
των ὅ, τι ἂν κακόν τινι αὐ-
συμβῇ, παρὰ τοῦτο χεῖρον
ται αὐτὸ τὸ πάσχον· ἐν-
θα δὲ, εἰ δεῖ εἰπεῖν, καὶ
τίων γίνεται ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐπαινετώτερος, ὀρθῶς χρώμενος
προσπίπτουσιν. ὅλως δὲ μέμνησο, ὅτι τὸν φύσει πολίτην οὐδὲν

datur autem hoc vbique. ſiquidem cylindro quidem non conceditur, vt motu proprio vbique feratur; ſed nec aquæ, nec igni, nec alii rei cuiquam, quæ a natura mera, vel anima regitur irrationali. quæ enim coerceant et obſiſtant, multa ſunt. verum mens et ratio per obſtantia quælibet, prout nata eſt, et prout vult ipſa, procedit. tu ergo ob oculos iſtud habens, rationem per omnia facilitate ferri eadem plane, qua ignis ſurſum, lapis deorſum, per decliue cylindrus, nihil quæras vlterius. reliqua enim obſtacula, vel ſunt corporis, quod cadaueris *inſtar habet*, vel opinione, et rationis inclinatione ſemota, non infringunt, aut mali quidquam efficiunt. alioqui ea qui patitur, malus fieret. atqui in aliis quidem operibus omnibus ita ſe habet, vt quidquid alicui horum mali contigerit, deterius illud faciat, quod eo adficitur. iſtic vero, ſi ita dicere licuerit, præſtantior fit homo ac laude dignior, dum eis, quæ obiiciuntur, recte vtitur. in ſumma memineris, ciuem indigenam nihil lædere,

Scribo αὐτὸς. *Caſaub.*

ni

ni ciuitatem lædat, ciuitatem nihil lædere, ni legem lædat. horum autem, quæ infortunia dicimus, nihil legem lædit. quod autem legem non lædit, nec ciuitatem, nec ciuem *læſerit.*

34. Qui decretis veris imbutus eſt, hunc *dictum* breuiſſimum et e triuio arreptum quodlibet commonere ſuffecerit de mærore metuue pellendo, quale illud eſt:

Sternit humi frondes alias vis aſpera venti:
Aſt alias natura parat, quæ vere vireſcent.
Sic hominum genus eſt: hic naſcitur, occidit ille.

Foliola ſunt et filioli tui; foliola ſunt *et homunciones iſti*, qui tanto cum ſtrepitu, tamquam fide digni, alios celebrant, vel e contrario diris deuouent, vel clam vitupe-

βλάπτει, ὃ πόλιν ἐ βλάπτει, ἐδέ γε πόλιν βλάπτει, ὃ νόμον ἐ βλάπτει· τέτων δὲ τῶν καλεμένων ἀκληρημάτων ἐδὲν βλάπτει νόμον. ὃ τοίνυν νόμον ἐ βλάπτει, ἔτε πόλιν, ἔτε πολίτην.

λδ΄. Τῷ [1] δεδειγμένῳ ὑπὸ τῶν ἀληθῶν δογμάτων, ἀρκεῖ καὶ τὸ βραχύτατον, καὶ ἐν μέσῳ κείμενον εἰς ὑπόμνησιν ἀλυπίας καὶ ἀφοβίας. οἷον,

[2] Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη·
Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.

Φυλλάριον δὲ καὶ τὰ τεκνία σε. Φυλλάρια δὲ καὶ ταῦτα τὰ ἐπιβοῶντα ἀξιοπίςως, καὶ [3] ἐπιφημεῦντα, ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων καταρώμενα, ἢ ἡσυχῆ ψέγοντα, καὶ

χλευά-

1 Ita *Baſil.* at *Lugd.* δεδηγμένῳ vertente *Xyland. qui morſus eſt a veris dogmatibus. tamquam qui a cane rabioſo* rel. inquit *Caſaub.* Verum ego iſta concoquere non poſſum. Lego igitur, τῷ δεδευμένῳ, *ei qui veris dogmatibus imbutus eſt.* Sicut βεβαμμένον dixerat l. 3. 4. *Gatak.*

2 Iſta non integra, ſed conciſa; nec tam verſus ipſos, quam verſuum ἀποσπασμάτια duo repræſentat hic *edit. Lugd.* et in verſione ſua reddidit *Xyland.* quum in *Marci* contextu tamen integros exhibuiſſet: nempe Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει ---- et Ὡς ἀνδρῶν γενεή.---- Nec eſt ab vero ſimile, *Marcum* iſta dumtaxat poſuiſſe, quia τὸ βραχύτατον prius dixerat; alium aliquem (*Xylandrum* forſan ipſum) reliqua ſuppleuiſſe. Sunt autem *Homeri* ex *Iliad.* ζ΄. v. 147. *Gatak.*

3 Mſ. *Heſchel.* ἐπευφημοῦντα. *Caſaub.*

1 Forſan

χλευάζοντα· φυλλάρια δὲ ὁμοίως, καὶ τὰ διαδεξόμενα τὴν ὑστεροφημίαν. πάντα γὰρ ταῦτα ἔαρος ἐπιγίγνεται ὥρῃ· εἶτα ἄνεμος καταβέβληκεν· ἔπειθ᾽ ἡ ὕλη ἕτερα ἀντὶ τούτων φύει. τὸ δὲ ὀλιγοχρόνιον κοινὸν πᾶσιν· ἀλλὰ σὺ πάντα ὡς αἰώνια ἐσόμενα, φεύγεις, καὶ διώκεις· μικρὸν καὶ καταμύσεις· τὸν δὲ ἐξενεγκόντα σε ἤδη, ἄλλος θρηνήσει.

λε΄. Τὸν ὑγιαίνοντα ὀφθαλμὸν πάντα ὁρᾷν δεῖ τὰ ὁρατὰ, καὶ μὴ λέγειν, τὰ χλωρὰ θέλω· τοῦτο γὰρ ὀφθαλμιῶντός ἐστι. καὶ τὴν ὑγιαίνουσαν ἀκοὴν, καὶ ὄσφρησιν εἰς πάντα δεῖ τὰ ἀκουστὰ καὶ ὀσφραντὰ ἑτοίμην εἶναι. καὶ τὸν ὑγιαίνοντα στόμαχον πρὸς πάντα τρόφιμα ὁμοίως ἔχειν, ὡς μύλην πρὸς πάντα ὅσα ἀλέσουσα κατεσκεύασται· καὶ τοίνυν τὴν ὑγιαίνουσαν διάνοιαν πρὸς πάντα δεῖ τὰ συμβαίνοντα ἑτοίμην εἶναι. ἡ δὲ λέγουσα, τὰ τεκνία σωζέσθω, καὶ πάντες ὅ, τι ἂν πράξω ἐπαινείτωσαν, ὀφθαλμός ἐστι τὰ χλωρὰ ζητῶν, ἢ ὀδόντες τὰ ἁπαλά.

λϛ΄. Οὐδείς ἐστιν οὕτως εὐ-

rant et ſubſannant. foliola itidem, qui famam *tui* poſtumam excepturi ſunt. iſta enim omnia verno tempore prodeunt; dein ventus vbi ſtrauerit, ſilua horum vice noua alia profert. commune autem omnium eſt, breue exſiſtendi ſpatium. at tu omnia, tamquam æterna futura, fugis appetisue. mora paruula, et lumina tibi condentur; eumque, qui te extulerit, alius aliquis lugebit.

35. Sani eſt oculi, cernere viſibilia quæuis, nec dicere: *viridia velim.* hoc etenim lippientis eſt. ſed et auditus ac olfactus eſt ſani, ad ſonos odoresue quosuis *percipiendos* promtum eſſe. et ſtomachi valentis, aduerſus edulia quæuis pariter ſe habere; ſicut molam ad omnia, ad quæ molenda condita eſt. pari igitur ratione et mentis eſt ſanæ, ad obuenientia quæque idoneam eſſe. quæ vero dixerit: *liberos mihi ſaluos velim; et omnes, quidquid fecero, laudent, velim*; oculi eſt inſtar viridia poſcentis, vel dentium tenella poſtulantium.

36. Nemo quisquam adeo felix

felix eſt, cui morienti non adſtabunt aliqui, qui præſenti lætentur malo. bonus ſapiensque fuerit, annon ad extremum futurus eſt, qui de illo dicat? *Reſpirabimus iam tandem a pædagogo iſto. non erat reuera aſper noſtri cuiquam: ſenſi tamen tacite illum damnaſſe nos.* hæc igitur de viro bono. at ad nos quod attinet, quam multa ſunt alia, ob quæ a nobis liberari deſiderent haud pauci? hoc ſi inter moriendum cogitaueris, libentius diſcedes; quum ita tecum rem putaueris: ex ea vita diſcedo, in qua ipſi eiuſdem mecum participes, pro quibus tam multa exantlaui, ſupplicaui, procuraui, illi, inquam, ipſi elatum me optant, tamquam qui leuamen forſan hinc aliquod ſperent. cur ergo diutius iſtic moram trahere quis cupiat? nec propterea tamen minus illis propitius diſcedas, ſed moris tui tenax, amicus, beneuolus, mitis. quin rurſus nec tamquam vitæ auulſus, ſed, prout eis, quibus mortis felicitas quædam obtigit, animula a corpore leniter exſolui-

ποτμος, ᾧ ἀποθνήσκοντι ὀ παραστήσονταί τινες ἀσπαζόμενοι τὸ συμβαῖνον κακόν. σπουδαῖος καὶ σοφὸς ἦν. μὴ τὸ πανύστατον ἔσται τὶς ὁ καθ᾽ αὐτὸν λέγων; 1 ἀναπνεύσω μέν ποτε ἀπὸ τούτου τοῦ παιδαγωγοῦ. Χαλεπὸς μὲν οὐδενὶ ἡμῶν ἦν. ἀλλὰ ᾐσθανόμην, ὅτι ἡσυχῇ καταγινώσκει ἡμῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ σπουδαίου. ἐφ᾽ ἡμῶν δὲ πόσα ἄλλα ἐστὶ, δι᾽ ἃ πολὺς ὁ ἀπαλλακτιῶν ἡμῶν; τοῦτο οὖν ἐννοήσεις ἀποθνήσκων, καὶ εὐκολώτερον ἐξελεύσῃ, λογιζόμενος, ἐκ τοιούτου βίου ἀπέρχομαι, ἐν ᾧ αὐτοὶ οἱ κοινωνοὶ, ὑπὲρ ὧν τὰ τοσαῦτα ἠγωνισάμην, ηὐξάμην, ἐφρόντισα, αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἐθέλουσί με ὑπάγειν, ἄλλην τινὰ τυχὸν ἐκ τούτου ῥαστώνην ἐλπίζοντες. τί ἂν οὖν τις ἀντέχοιτο τῆς ἐνταῦθα μακροτέρας διατριβῆς; μὴ μέντοι διὰ τοῦτο ἔλαττον εὐμενὴς αὐτοῖς ἄπιθι, ἀλλὰ τὸ ἴδιον ἔθος διασώζων, φίλος, καὶ εὔνους, καὶ ἵλεως, καὶ μὴ πάλιν ὡς ἀποσπώμενος· ἀλλ᾽, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ εὐθανατοῦντος εὐκόλως τὸ ψυχάριον ἀπὸ τοῦ σώματος ἐξειλεῖται, τοιαύτην

καὶ

1 Forſan ἀναπνεύσομέν ποτε, quia ſequitur ἡμῶν. *Gatak.*

τὴν ἀπὸ τέτων ἀποχώρη-
δεῖ γενέϑαι· καὶ γὰρ τέ-
ἡ φύσις συνῆψε, καὶ συνέ-
εν. ἀλλὰ νῦν διαλύει; δια-
μαι, ὡς ἀπὸ οἰκείων μὲν, ἐ
ἀνθελκόμενος, ἀλλ' ἀβιά-
· ἓν γὰρ καὶ τἕτο τῶν κα-
φύσιν.

λζ'. Ἔθισον ἐπὶ παντὸς, ὡς
τε, τἕ πρασσομένε ὑπό τι-
ἐπιζητεῖν κατὰ σαυτὸν,
τἕτο ἐπὶ τίνα φέρει; ἄρ-
δὲ ἀπὸ σαυτἕ, καὶ σαυτὸν
τον ἐξέταζε.

λη'. Μέμνησο, ὅτι τὸ νευρο-
σἕν ἐςιν ἐκεῖνο, τὸ ἔνδον
κρυμμένον· 1 ἐκεῖνο ῥητο-
, ἐκεῖνο ζωὴ, ἐκεῖνο, εἰ δεῖ εἰ-
, ἄνθρωπος. μηδέποτε συμ-
φαντάζε τὸ περικείμενον
ειῶδες, καὶ τὰ ὀργάνια ταῦ-
ὰ περιπεπλασμένα. ὅμοια
ἐςι σκεπάρνῳ. μόνον δὲ δια-
ντα, καθότι προσφυῆ ἐςιν.
τοι ἐ μᾶλλόν τι τέτων
λός ἐςι τῶν μορίων, χωρὶς
κινέσης καὶ ἰσχέσης αὐτὰ
ας, ἢ τῆς κερκίδος τῇ ὑφαν-
, καὶ τἕ καλάμε τῷ γρά-
ι, καὶ τἕ μαςιγίε τῷ ἡνιόχῳ.

tur, talis et tua ab iſtis etiam eſto discesſio. eis enim *te* natura adnexuit et coniunxit. at nunc disiungit. disiungor itaque tamquam a necesſariis, non abstractus tamen, ſed ſponte discedens. nam et hoc ex eis eſt, quæ ſunt ſecundum naturam.

37. Solemne tibi ſit, in cuiusque (quoad eius fieri poteſt) actione omni, apud te quærere: *iſtud iſte quo fine facit?* a temet autem auſpicare, teque primo loco ſcrutare.

38. Memento illud, quod te velut fidiculis citat, esſe intra te reconditum quiddam. illud eſt ſuadela, illud vita, illud (ſi fas dicere) homo eſt. ne cum illo iunctim contempleris vmquam circumiectum, vaſis inſtar, conceptaculum hoc, et inſtrumenta hæc vndique ex eodem efficta. ſunt enim aſciæ ſimilia iſta. hoc tantum intereſt, quod agnata ſint. ſiquidem membrorum iſtorum, absque forma, quæ ea cieat ſiſtatque, non magis vſus eſt, quam radii textrici, aut ſcriptori calami, aut aurigæ flagelli.

LIB.

Hoc vult *Antoninus*, dogmata et opiniones cuiusque ῥητορείαν recte pos-
ncupari, vt quæ plus posſint ad impellendos in hanc vel illam partem
os, quam ῥητορεία quæuis. *Caſaub.*

1 Vide

LIB. XI.

HAE ſunt animæ ratione præditæ proprietates. ſe cernit, ſe fingit artatque, vt lubet, qualemque vult ipſa, facit: fructum, quem profert, ipſa carpit. quum arborum fructus, quodque iſtis in animalibus reſpondet, alii carpant. finem ſemper ſuum adſequitur, vbicumque conſtiterit vitæ terminus. neque *enim* ſic *ſe habet*, quo modo in ſaltando aut in fabulam agendo aliisque eiusmodi, in quibus, ſi quid incideris, actio tota fit mutila; ſed in quacumque parte, et vbicumque deprehenſa fuerit, quod præceſſit plenum prorſus et perfectum ſibi facit: vt dicere liceat: *ego, quæ mea ſunt, omnia habeo.* adhæc mundum totum peruagatur, et, quod ambit hunc, vacuum, figuramque eiusdem contemplatur, et in æui immenſitatem ſe porrigit,

ΒΙΒΛ. ιά.

ΤΑ ἴδια τῆς λογικῆς ψυχῆς. ἑαυτὴν ὁρᾷ, ἑαυτὴν διαρθροῖ, ἑαυτὴν ὁποίαν ἂν βούληται ποιεῖ, τὸν καρπὸν, ὃν φέρει αὐτὴ καρποῦται. (τοὺς γὰρ τῶν φυτῶν καρποὺς, καὶ τὸ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ζώων, ἄλλοι καρποῦνται.) τοῦ ἰδίου τέλους τυγχάνει, ὅπου ἂν τὸ τοῦ βίου πέρας ἐπιστῇ. οὐχ ὥσπερ ἐπὶ ὀρχήσεως καὶ ὑποκρίσεως καὶ τῶν τοιούτων ἀτελὴς γίνεται ἡ ὅλη πρᾶξις, ἐάν τι ἐγκόψῃ· ἀλλ' ἐπὶ παντὸς μέρους, καὶ ὅπου ἂν καταληφθῇ, πλῆρες, καὶ ἀπροσδεὲς ἑαυτῇ τὸ προτεθὲν ποιεῖ· ὥστε εἰπεῖν, ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμά. ἔτι δὲ περιέρχεται τὸν ὅλον κόσμον, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν κενὸν, καὶ τὸ σχῆμα αὐτοῦ, καὶ εἰς τὴν ἀπειρίαν τοῦ αἰῶνος ἐκτείνεται, καὶ 1 τὴν περιοδικὴν

1 Vide ad l. 5. 13. *Ariſtocles* apud *Euſebium* præpar. l. 15. ex Stoicorum ſententia; κατά τινας εἱμαρμένους καὶ ὡρισμένους χρόνους ἐκπυροῦσθαι τὸν σύμπαντα κόσμον, et ibid. ex eorumdem mente *Numenius*, poſt ἀνάστασιν ſiue *euerſionem rerum* eiusmodi ἀποκατάστασιν πάλιν γίνεσθαι, *fieri denuo reſtitutionem*, ſiue *reſtaurationem*; quam et τῶν ὅλων παλιγγενεσίαν, *vniuerſi regenerationem* ibidem *Euſebius* nuncupat. eodem vocabulo de re eadem, vt Stoicis familiari, vſus eſt *Philo Iud.* de mund. immortal. *Gatak.*

ῥιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων ἐμπεριλαμβάνει, καὶ περινοεῖ, καὶ θεωρεῖ, ὅτι οὐδὲν νεώτερον ὄψονται οἱ μεθ᾽ ἡμᾶς, οὐδὲ περιττότερον εἶδον οἱ πρὸ ἡμῶν· ἀλλὰ τρόπον τινὰ ὁ τεσσαρακοντούτης, ἐὰν νοῦν ὁποσονοῦν ἔχῃ, πάντα τὰ γεγονότα, καὶ τὰ ἐσόμενα ἑώρακε κατὰ τὸ ὁμοειδές. ἴδιον δὲ λογικῆς ψυχῆς, καὶ τὸ φιλεῖν τοὺς πλησίον, καὶ ἀλήθεια, καὶ αἰδὼς, καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτῆς προτιμᾶν, ὅπερ ἴδιον καὶ νόμου· οὕτως ἄρ᾽ οὐδὲν διήνεγκε λόγος ὀρθὸς, καὶ λόγος δικαιοσύνης.

β΄. Ὠδῆς ἐπιτερποῦς, καὶ ὀρχήσεως, καὶ παγκρατίου καταφρονήσεις, ἐὰν τὴν μὲν ἐμμελῆ φωνὴν καταμερίσῃς εἰς ἕκαστον τῶν φθόγγων, καὶ καθ᾽ ἕνα πύθῃ σεαυτοῦ, εἰ τούτου ἥττων εἶ· διατραπήσῃ γάρ. ἐπὶ δὲ ὀρχήσεως τὸ ἀνάλογον ποιήσας καθ᾽ ἑκάστην κίνησιν ἢ σχέσιν. τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ παγκρατίου. ὅλως οὖν χωρὶς ἀρετῆς καὶ τῶν ἀπ᾽ ἀρετῆς, μέμνησο ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος τρέχειν, καὶ τῇ διαιρέσει αὐτῶν εἰς καταφρόνησιν ἰέναι· τὸ δ᾽ αὐτὸ

et vniuerſi per interualla certa renouationem comprehendit et conſiderat; videtque *ſimul*, quod nihil noui viſuri ſint poſteri noſtri, ſicut nec amplius quidquam viderunt anteceſſores noſtri: ſed ita fit quodammodo, vt quadraginta annos qui egerit, mentem modo aliquam habuerit, et res geſtas animaduerterit, ex vniformitatis ratione, et præterita omnia et futura viderit. propria ſunt animæ rationalis et iſta: proximos diligere, veracem et verecundam eſſe, nihil ſibi præferre, quod et legis eſt proprium: ita inter rectam rationem et iuſtitiæ rationem nihil intereſt.

2. Cantilenam iucundam, ſaltationem, pancratium contemnes, ſi voce concinna in ſonos ſingulos diuiſa de his ſigillatim te percontatus fueris: *num iſtud me victum habet?* erubeſces enim *id fateri*. de ſaltationis motibus geſtibusque ſingulis, de pancratio itidem, ſi gemina feceris, futurum eſt, vt pari modo aduerſus hæc adficiaris, itaque virtute ſola excepta et virtutis actionibus, in reliquis omnibus ad particulas ſeorſim conſideratas recurrere memento, vt ab harum

diſiun-

diſiunctione res ipſas contemtum eas. hoc autem ipſum et ad vitam totam transferas.

καὶ ἐπὶ τὸν βίον ὅλον μετάφερε.

3. Qualis eſt anima ea, quæ parata eſt iam ſtatim, ſi oportuerit, e corpore emigrare, et vel exſtingui, vel diſpergi, vel permanere? ita paratum dico, vt a iudicio peculiari promtitudo hæc profluat, non ab obſtinatione mera, pro Chriſtianorum more: *vt mortem obeas* conſiderate, compoſite, citra tumultum, quo et aliis idem ſuadere poſſis.

γ'. Οἵα ἐςὶν ἡ ψυχὴ [1] ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τοῦ σώματος, καὶ ἤτοι σβεσθῆναι ἢ σκεδασθῆναι, ἢ συμμεῖναι! τὸ δὲ ἕτοιμον τοῦτο, ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἔρχηται, μὴ κατὰ ψιλὴν [2] παράταξιν, ὡς [3] οἱ Χριςιανοὶ, ἀλλὰ λελογισμένως, καὶ σεμνῶς, καὶ ὥςε καὶ ἄλλον πεῖσαι, ἀτραγῴδως.

4. Numquid feci, quod in commune conducat? beneficium hoc ipſo accepi. hoc tibi ſemper ſuccurrat: nec deſinas vmquam.

δ'. Πεποίηκά τι κοινωνικῶς; οὐκοῦν ὠφέλημαι· τοῦτο ἵνα ἀεὶ πρόχειρον ἀπαντᾷ· καὶ μηδαμοῦ παύου.

ε'. Τίς

1 Malim, ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη δέῃ, ἀπολυθῆναι rel. vel ἡ ἕτοιμος, ἐὰν δέῃ, ἤδη ἀπολυθῆναι rel. vt ἕτοιμος ad ἀπολυθῆναι ſaltem, vel etiam ad ἤδη ἀπολυθῆναι, referatur. *Gatak.*

2 Παράταξις, πόλεμος ἐμπαρασκευος. *Suid.* Eſtque iſte vocabuli vſus frequentiſſimus. Verum hic, pro *obſtinatione* prout et *Xyland.* optime vertit, ſingulariter a *Marco* vſurpatum. ſic etiam ſupra l. 8. 48. κἂν ἀλόγως παρατάξηται. *Gatak.*

3 *Obſtinationem meram* iudicio inanem in perpeſſionibus ſuis, Chriſtianis adfingit *Marcus*; quemadmodum eisdem, ſed *Galilæorum* nomine deſignatis, *amentiam, animique obfirmationem vſu ſolo adquiſitam* [*Arrian.* in] *Epict.* et *Plinius min. l.* 10. *ep.* 97. etiamſi Chriſtianos crimine omni immunes prorſus pronuntiet; tamen *non dubitandum*, inquit, *qualecumque eſſet, quod faterentur, peruicaciam certe et inflexibilem obſtinationem debere puniri. fuerunt alii ſimilis amentiæ* rel. Vide et *Tertullian.* Apolog. c. 27. ad nation. l. 1. c. 17. et alibi. Ita quum nihil aliud, Chriſtianis quod obiicere poterant, haberent, *obſtinationem* et *amentiam* obiiciebant. Non eſt autem vero abſimile, quod *Caſaub.* autumat, reſpexiſſe *Marcum* ad feruorem ſui temporis Chriſtianorum, qui tanta animi auiditate ſeſe ad quæſtiones et ſupplicia offerebant et ingerebant. Verum *Clemens* ſtrom. l. 4. negat, id fuiſſe e diſciplina

Chriſtiana

έ. Τίς σου ἡ τέχνη; ἀγαθὸν εἶναι. τοῦτο δὲ πῶς καλῶς γίνεται, ἢ ἐκ θεωρημάτων, τῶν μὲν περὶ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως, τῶν δὲ περὶ τῆς ἰδίας τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς;

5. Quam artem profiteris? bene viuendi. hoc quo modo melius fit, quam documentorum ope, quorum alia ſint de vniuerſi natura, alia de hominis conditione propria.

ς'. Πρῶτον αἱ τραγῳδίαι παρήχθησαν ὑπομνηστικαὶ τῶν συμβαινόντων, καὶ ὅτι ταῦτα οὕτω πέφυκε γίνεσθαι, καὶ ὅτι οἷς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ψυχαγωγεῖσθε, τούτοις μὴ ἄχθεσθε ἐπὶ τῆς μείζονος σκηνῆς. ὁρᾶτε γὰρ, ὅτι οὕτω δεῖ πάντα περαίνεσθαι, καὶ ὅτι φέρουσιν αὐτὰ καὶ οἱ κεκραγότες, 1 Ἰὼ Κιθαιρών. καὶ λέγεται δέ τινα ὑπὸ τῶν τὰ δράματα ποιούντων χρησίμως. οἷόν ἐστιν ἐκεῖνο μάλιστα·

> 2 Εἰ δ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν καὶ
> παῖδ' ἐμὼ, Ἔχει λόγον
> καὶ τοῦτο.

Καὶ πάλιν,

> 3 Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ
> θυμεῖσθαι, -- Καὶ,

6. Primo tragœdiæ inuectæ ſunt, quæ caſuum et euentuum *homines* commonefacerent, quo et iſta ſic fieri nata monerentur; nec quibus in ſcena oblectarentur, ea in ſcena maiori, grauatim ſustinerent: quum viderint, non poſſe hæc aliter transigi, et quod perferant ea etiam illi, qui exclamant: *eheu, Cithæron.* et reuera dicuntur a dramaticis poetis vtiliter nonnulla. quale illud eſt in primis:

> *Si me meosque liberos dii*
> *negligunt: huius etiam*
> *conſtat ratio.*

Et rurſus,

> *Nam neutiquam hominem*
> *rebus iraſci decet.* Et:

Spicas

Chriſtiana. τούτους, inquit, ἐξάγειν αὐτοὺς ἀμαρτυρῶς λέγομεν, κἂν δημοσίᾳ κολάζονται. θανάτῳ δὲ ἑαυτοὺς ἐπιδιδόασι κενῷ, rel. *Gatak.*

1 *Oedipodis* verba ſunt ex *Sophoclis Oedipo Rege.* Hoc vult *Marcus*, vel iſtiusmodi perpeti reges et tyrannos, non plebeios dumtaxat; immo illos ipſos multo magis. Vel (quod potius opinor) eos quoque, qui cum indignatione animi eiulationeque ea ferunt, perferre tamen nihilominus, neceſſitate cogente, ad quæ tantopere indignantur. *Cithæron* autem *Bæotiæ* mons *Oedipo* expoſito, *Pentheo* discerpto, aliisque id genus facinoribus illuſtris, an infamis. *Gatak.* 2 Vide ad l. 7. c. 41. 3 Vide ad l. 7. 38.

1 Bla

Spicas velut frugiferas, ſic vitam meti.

et cetera, quæ ſunt eiusmodi tragœdiæ ſucceſſit vetus comœdia, quæ libertate magiſtrali inſtructa, nec obliqua, ſed diſerta oratione vſa, faſtum deiicere non inepte ſatagebat: quo fine et Diogenes ex his quædam adhibuit. conſidera et quæ deinceps fuerit media comœdia, et quorſum tandem introducta ſit noua, quæ in mimicum artificium paullatim defluxit. (nam et ab iſtis vtilia dici nonnulla, nemo eſt qui neſciat.) ſed et quo ſpectet totum hoc poeſios huiusmodi et fabularum agendi inſtitutum.

1 Βίου θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν.

καὶ ὅσα τοιαῦτα. 2 μετὰ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία κωμῳδία παρήχθη, παιδαγωγικὴν παῤῥησίαν ἔχουσα, καὶ τῆς ἀτυφίας οὐκ ἀχρήστως δι' αὐτῆς τῆς εὐθυῤῥημοσύνης ὑπομιμνήσκουσα· πρὸς οἷόν τι καὶ Διογένης ταυτὶ παρελάμβανε. μετὰ ταῦτα τίς ἡ μέση κωμῳδία, καὶ λοιπὸν ἡ νέα πρὸς τί ποτε παρείληπται, 3 ἢ κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὴν ἐκ 4 μιμήσεως φιλοτεχνίαν ὑπεῤῥύη, ἐπίστησον. ὅτι μὲν γὰρ λέγεται καὶ ὑπὸ τούτων τινὰ χρήσιμα, οὐκ ἀγνοεῖται· 5 ἀλλὰ ἡ ὅλη ἐπιβολὴ τῆς τοιαύτης ποιήσεως καὶ δραματουργίας πρὸς τίνα ποτὲ σκόπον ἀπέβλεψε.

ζ'. Πῶς

1 Βίον legendum vt l. 7. 40. vbi vide.

2 Comœdia vetus eo vsque perdurauit, donec *Lyſander Athenis* rerum eſſet potitus: media ad *Alexandri* Magni tempora pertigit: noua etiamdum locum obtinet. *Dacier.* Vide etiam *Scaliger.* Poet. l. 1. c. 7. et *Dacier,* in *Horat.* de art. poet. v. 281. rel.

3 Legit *Gatak.* ἢ.

4 In comœdia quidem tum *veteri*, tum *media* nihil inerat mimici. Iſta enim nec in perſonis, nec in rebus ipſis ficti quid in ſe admiſit. Nominibus quidem confictis vſa eſt, et ciuium præſtanciorum mores exhibuit populo ſpectandos; ſed has extra conditiones, a veritate vel latum vnguem deflectere religio erat. *Noua* autem eadem premere veſtigia dedignata, et plus ſibi rata licuiſſe, de veritate parum ſollicita, et nomina et materiam de integro effinxit ſibi. iure igitur in mimicum hæc delapſa artificium perhibetur, quum non ſit iam vitæ communis narratio, ſed velut vmbra quædam et ſpecies tantum. *Dacier.*

5 *Veteri* et *mediæ* finem non numquam fuiſſe vtilem, haud diffitetur; quum iſtius generis comœdiæ moribus emendandis prodeſſent maxime;

noua

ζʹ. 1 Πῶς ἐναργὲς προσπίπτει τὸ μὴ εἶναι ἄλλην βίου ὑπόθεσιν εἰς τὸ φιλοσοφεῖν οὕτως ἐπιτήδειον, ὡς ταύτην ἐν ᾗ νῦν ὢν τυγχάνεις;

ηʹ. Κλάδος τοῦ προσεχοῦς κλάδου ἀποκοπεὶς, οὐ δύναται μὴ καὶ τοῦ ὅλου φυτοῦ ἀποκεκόφθαι. οὕτω δὴ καὶ ἄνθρωπος, ἑνὸς ἀνθρώπου ἀποσχισθεὶς, ὅλης τῆς κοινωνίας ἀποπέπτωκε. κλάδον μὲν οὖν ἄλλος ἀποκόπτει· ἄνθρωπος δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ πλησίον χωρίζει, μισήσας καὶ ἀποστραφείς. ἀγνοεῖ δὲ ὅτι καὶ τοῦ ὅλου πολιτεύματος ἅμα ἀποτέτμηκεν ἑαυτόν. πλὴν ἐκεῖνό γε δῶρον τοῦ συστησαμένου τὴν κοι-

7. Quam liquido compertum habes, nullum aliud vitæ inſtitutum ad philoſophandum magis eſſe idoneum, quam hoc, in quo iam verſaris?

8. Ramus a ramo, cui proxime adhæſit, abſciſſus, non poteſt non a ſtirpe tota abſcindi. ad eumdem modum ergo et homo ab homine quouis reſciſſus, communitate tota excidit. porro ramum alius abſcindit; homo vero ſe ipſe a proximo ſuo ſeparat, dum eum odit et auerſatur: nec aduertit interim, quod vna ſemet a ſocietate ciuili tota abſciderit. verumtamen hoc a ſocietatis huiusce conditore Ioue indultum ſibi habet, quod ei liceat denuo

noue non itidem; vtpote quæ populo non tam corrigendo, quam oblectando, et inani ducendo ſpecie (*Antonino* iudice) ſtudeat. Sed et illud vt animo aduertat, monendus eſt lector, comœdiam nec *veterem* nec *mediam* abſolute et per ſe laudari, ſed tantum cum *nouis* comparatas. Nec enim *Marci* aut ingenio conuenit, aut diſciplinæ, hominum vt vitia proferantur palam, et ſpectantibus ludo iocoque fiant; quod et diuinis et humanis legibus adeo repugnare, vt nihil ſupra, noſtrum minime omnium fefellit. Id vtique ſibi dedit negotii, *nouam* vt oſtenderet comœdiam culpæ haud minus, immo multo magis obnoxiam, quam *vetuſtiora* dramatis exempla, quæ tamen vt theatro indigna, ætas præſens amandauerat. Quin et ipſam etiam tragœdiam longe eſt, vt ab omni eximat cenſura; ſiquidem *Marco*, adfectibus modum poni, parum videbatur, niſi et cum Stoicis, eliminandos eos euellendosque pectoribus humanis, vel (quod eodem fere recidit) otioſos omnino et inertes eſſe debere decerneret. Quæ huc faciunt, plura lectori occurrant, inter animaduerſiones in *Ariſtotelis* de poeſi libellum. *Dacier.*

1 Forſan nullum certum vitæ inſtitutum deſignatum hic vult *Marcus*; ſed hoc monitum dumtaxat, ſtatum præſentem, quicumque tandem is ſit, eſſe cuique ad philoſophiæ vel ſtudium, vel exercitium eidem maxime idoneum. *Gatak.*

Q 1 Ruſticorum

denuo coaleſcere, cui prius adhæſerat, et ad vniuerſi complementum locum recuperare ſuum. quamquam hoc frequentius ſi fiat, disſociatio iſtiusmodi et difficilius reſarcitur, et reſtitutio ægre procedere conſueuit. omnino denique non pariter ſe habent ſurculi duo, quorum alter a prima germinatione cohæſit, et cum ſtirpe reliqua conſtanter quaſi conſpirauit; alter poſt abſciſſionem inſertus eſt: quem plantarum cultores dicere ſolent *confruticari* quidem, ſed non *configurari*.

9. Qui ad rationis rectæ normam progredienti obſiſtunt tibi, ſicut a recte agendo auertere te nequeunt, ita nec beneuolum erga illos adfectum excutiant tibi. ſed ad vtrumque horum teneas te, vt et in iudicio actioneque conſtanti perſiſtas, et in manſuetudine erga illos, qui vel impedire te conantur, vel

νωνίαν Διός. ἔξεστι γὰρ πάλιν ἡμῖν συμφῦναι τῷ προσεχεῖ, καὶ πάλιν τοῦ ὅλου συμπληρωτικοῖς γίνεσθαι. πλεονάκις μέντοι γινόμενον τὸ κατὰ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν, δυσένωτον καὶ δυσαποκατάστατον προχωρεῖν ποιεῖ. ὅλως τε οὐχ ὅμοιος ὁ κλάδος ὁ ἀπ᾽ ἀρχῆς συμβλαστήσας, καὶ σύμπνους συμμείνας, τῷ μετὰ τὴν ἀποκοπὴν αὖθις ἐγκεντρισθέντι. ὅ, τι ποτὲ λέγουσιν οἱ φυτουργοί, [1] ὁμοθαμνεῖν μὲν, μὴ ὁμοδογματεῖν δέ.

θ´. Οἱ ἐνιστάμενοι προϊόντι σοι κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ὥσπερ ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς πράξεως ἀποστρέψαι σε οὐ δυνήσονται, οὕτως μηδὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐμενείας ἐκκρουέτωσαν· ἀλλὰ φύλασσε ἑαυτὸν ἐπ᾽ ἀμφοτέρων ὁμοίως, μὴ μόνον ἐπὶ τῆς εὐσταθοῦς κρίσεως καὶ πράξεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς πρὸς τοὺς κωλύειν ἐπιχειροῦντας, ἢ ἄλλως δυσχεραίνοντας

πρα-

1 Ruſticorum dictum vulgare, ſed deprauatum, opinor. quid enim ὁμοδογματεῖν fuerit ad plantas translatum? *Bootius* ſuſpicatur, poſſe ὁμοαυξεῖν, vel ὁμοιοπαθεῖν legi. *Salmaſius* ὁμοσαματεῖν mauult. Ego nihil ſcripturam vulgaram propius comminiſci poſſum, quam ὁμοσχηματεῖν. vt ſit, *pariter fruticari, ſed non configurari*; non figuram ſpeciemque eamdem cum ramis reliquis obtinere. *Gatak.*

1 Hoc

πρᾳότητος. καὶ γὰρ τοῦτο ἀσθενὲς, τὸ χαλεπαίνειν αὐτοῖς, ὥσπερ τὸ ἀποστῆναι τῆς πράξεως, καὶ ἐνδοῦναι καταπλαγέντα· ἀμφότεροι γὰρ ἐπίσης λιποτάκται, ὁ μὲν ὑποτρέσας, ὁ δὲ ἀλλοτριωθεὶς πρὸς τὸν φύσει συγγενῆ, καὶ φίλον.

alio modo quopiam moleſti tibi ſunt. etenim tam hoc imbecillis eſt animi, ſuccenſere iſtis, quam ab actione deſiſtere, et conſternatum ſuccumbere. vterque enim ex æquo ſtationis deſertæ reus eſt, et qui metu perculſus, et qui natura cognatum ſibi atque amicum fuerit auerſatus.

ι'. Οὐκ ἔστι χείρων οὐδεμία φύσις τέχνης· καὶ γὰρ αἱ τέχναι τὰς φύσεις μιμοῦνται. εἰ δὲ τοῦτο, ἡ πασῶν τῶν ἄλλων τελειοτάτη καὶ περιληπτικωτάτη φύσις, οὐκ ἂν ἀπολείποιτο τῆς τεχνικῆς εὐμηχανίας· πᾶσαι δέ γε τέχναι τῶν κρειττόνων ἕνεκεν τὰ χείρω ποιοῦσιν· οὐκοῦν καὶ ἡ κοινὴ φύσις· [1] καὶ δὴ ἔνθεν μὲν γένεσις δικαιοσύνης, [2] ἀπὸ δὲ ταύτης αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ ὑφίστανται· οὐ γὰρ τηρηθήσεται τὸ δίκαιον, ἐὰν ἤτοι [3] διαφερώμεθα πρὸς τὰ μέσα, ἢ εὐεξαπάτητοι καὶ προπτωτικοὶ καὶ μεταπτωτικοὶ ὦμεν.

10. Nulla natura arte inferior eſt. naturam enim imitantur artes. hoc ſi datur, ſequetur, naturam eam, quæ eſt conſummatisſima, ceterasque omnes in ſe complectitur, artificis ſolertiæ neutiquam concedere. atqui in artibus omnibus deteriora quæque præſtantiorum gratia fiunt; a communi ergo natura hoc idem fit. atque hinc ſane iuſtitia oritur: ab hac vero reliquæ naſcuntur virtutes. neque enim, quod eſt iuſtum æquumque, ſeruabitur, ſi vel ad res medias anxie feramur, vel deceptu faciles et temerarii et inconſtantes fuerimus.

1 Hoc enim ius fasque exigere videtur, vt præſtantioribus deteriora inſeruiant. Vide *Ariſtot. polit. l.* 1. *Gatak.* Sed et *Dionyſ. Halicarn.* p. 5. edit. Oxon. φύσεως γὰρ δὴ νόμος ἅπασι κοινὸς, ὃν οὐδεὶς καταλύσει χρόνος, ἄρχειν ἀεὶ τῶν ἡττόνων τοὺς κρείττονας. de hac autem re vide *Puffendorf.* de iure natur. et gent. l. 3. c. 2.

2 Sic *Ariſtot. Ethic. Nicom. l.* 5. παροιμιαζόμενοί φαμεν, Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι. *Gatak.*

3 Vide ad l. 9. 28.

11. Si,quarum perſecutio et fuga perturbat te, res eæ ad te non accedunt, ſed ad illas ipſe quodammodo accedis, quum ipſæ interim immotæ maneant; iudicium proinde tuum de eis quieſcat, easque nec proſequeris amplius, nec fugies.

ια΄. Εἰ οὐκ ἔρχεται ἐπὶ σὲ τὰ πράγματα, ὧν αἱ διώξεις καὶ φυγαὶ θορυβοῦσί σε, ἀλλὰ τρόπον τινὰ αὐτὸς ἐπ᾽ ἐκεῖνα ἔρχῃ, τὸ γοῦν κρίμα τὸ περὶ αὐτῶν, ἡσυχαζέτω, 1 κἀκεῖνα μένει ἀτρεμοῦντα, καὶ οὔτε διώκων οὔτε φεύγων ὀφθήσῃ.

12. Vniformis prorſus eſt animæ ſphæra, quum nec ad exterius quidquam ſe extendit, nec cum eodem vllo intus concurrit, nec conſidit et comprimitur, ſed lumine illo illuſtratur, quo veritatem, tum rerum omnium ceterarum, tum et in ipſa ſitam cernit.

ιβ΄. Σφαῖρα ψυχῆς αὐτοειδὴς, ὅταν μήτε ἐκτείνηται ἐπί τι, μήτε ἔσω συντρέχῃ, μήτε συνιζάνῃ, ἀλλὰ φωτὶ λάμπηται, ᾧ τὴν ἀλήθειαν ὁρᾷ τὴν πάντων, καὶ τὴν ἐν 2 αὐτῇ.

13. Contemnit me quisquam? ipſe viderit. ego mihi cauebo, ne quid contemtu dignum vel egiſſe vel dixiſſe deprehendar. odit me *quisquam?* ipſe viderit. at ego mitis *eſſe* ac beneuolus cuique *pergam;* et huic etiam ipſi errorem oſtendere promtus; neque id contumelioſe, neque vt qui patientiam oſtentare cupiam, ſed ingenue, benigne, quo modo Phocion ille,

ιγ΄. Καταφρονήσει μού τις; ὄψεται. ἐγὼ δὲ ὄψομαι ἵνα μή τι καταφρονήσεως ἄξιον πράσσων, ἢ λέγων εὑρίσκωμαι. μισήσει; ὄψεται. ἀλλ᾽ ἐγὼ εὐμενὴς καὶ εὔνους παντὶ, καὶ τούτῳ αὐτῷ ἕτοιμος τὸ παρορώμενα δεῖξαι, οὐκ ὀνειδιστικῶς, οὐδὲ ὡς κατεπιδεικνύμενος ὅτι ἀνέχομαι, ἀλλὰ γνησίως καὶ χρηστῶς, οἷος 3 ὁ Φωκίων ἐκεῖνος, εἴ γε μὴ

προσ-

1 Iſta poſt ἔρχῃ interſerenda autumo: quo dictionis ſeries felicius ac facilius fluat. *Gatak.*

2 Legit *Gatak.* αὐτῇ.

3 *Valer. Max.* l. 3. c. 8. *Placidi et miſericordes, et liberales, omnique ſuauitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto conſenſus omnium bonitatis cognomine decorandos cenſuit:* bonitatis autem huius ſpecimina videas apud *Plutarchum* in *Phocion.* in *præcept. polit.* et in *apophtheg.*

1 Adien-

προσεποιεῖτο. τὰ ἔσω γὰρ δεῖ τοιαῦτα εἶναι, καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν βλέπεσθαι ἄνθρωπον πρὸς μηδὲν ἀγανακτικῶς διατιθέμενον, μηδὲ δεινοπαθοῦντα. τί γάρ σοι κακὸν, εἰ αὐτὸς νῦν 1 ποιεῖ τὸ 2 (ἐπὶ) τῇ φύσει σου οἰκεῖον; οὐ δέχῃ τὸ νῦν τῇ τῶν ὅλων φύσει εὔκαιρον, ἄνθρωπος τεταγμένος πρὸς τὸ γίνεσθαι δι' ὅτου δὴ τὸ κοινῇ συμφέρον;

ιδ'. Ἀλλήλων καταφρονοῦντες, ἀλλήλοις ἀρεσκεύοντες, καὶ ἀλλήλων ὑπερέχειν θέλοντες, ἀλλήλοις ὑποκατακλίνονται.

ιε'. Ὡς σαπρὸς καὶ κίβδηλος, ὁ λέγων, ἐγὼ προῄρημαι ἁπλῶς σοι προσφέρεσθαι; τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; τοῦτο οὐ δεῖ προλέγειν. 3 αὐτοῦ φανήσεται. ἐπὶ τοῦ μετώπου γεγράφθαι ὀφείλει εὐθὺς ἡ φωνή. 4 τοιοῦτον ἔχει, εὐθὺς ἐν τοῖς ὄμμασιν ἐξέχει· ὡς τῶν ἐραστῶν ἐν τῷ βλέμματι πάντα εὐθὺς γνωρί-

niſi ſi ſimulate agebat. interius enim ita adfectum eſſe oportet, vt ipſi dii videant, hominem eſſe *te*, qui nihil quidquam indigne ægreue ferat. quid enim tibi mali *contigerit*, modo quod naturæ tuæ conueniat, id ipſe facias? an non amplecteris, quod vniuerſi naturæ nunc eſt tempeſtiuum, quum homo ſis, ad hoc compoſitus poſitusque, vt id fieri, quocumque tandem modo, *velis*, quod in commune conducat?

14. Qui ſe inuicem contemnunt, iidem et ſibi inuicem adſentantur: quique ſe inuicem tranſcendere cupiunt, ſibi inuicem ſe ſubmittunt.

15. Quam putidus et inſincerus eſt, qui dicit: *ego ſimpliciter tecum agere ſtatui.* quid facis, mi homo? quid prædicere opus eſt? res ipſa appareat. fronti inſcriptam ſtatim oportuit vocem hanc, in oculis ipſis relucere ſtatim, *quomodo animus ſe habeat*: ſicut in amantis oculo cuncta ſtatim

dignoſcit.

1 Adſentior *Caſaubono* ποιεῖς legenti. *Gatak.*
2 Ἐπὶ illud forſan inducendum fuerit. *Gatak.*
3 Αὐτὸ legi debere ſuſpicatur *Gatak.*
4 Forſan, ὁποῖον ἔχει, εὐθὺς ἐν τοῖς ὄμμασιν ἐξέχει *quomodo ſe habet, ſtatim in oculis exſtat.* vel, τοιοῦτον ἔχει; εὐθὺς rel. *ita ſe habet? in oculis* rel. Forſan autem, τοιοῦτον ἔχειν, ſiue εἶναι, εὐθὺς rel. *talem eſſe*, ſiue *ſic adfectum eſſe, in oculis ſe ſtatim prodit. Gatak.*

dignoſcit amaſius. talem plane virum ſimplicem bonumque oportet eſſe, qualis is, qui hircum olet; vt qui adſtiterit, ſimulac acceſſerit, velit nolit ipſe, protinus perſentiſcat. ſimplicitatis vero adfectatio tortuoſa eſt. amicitia lupina nihil eſt fœdius. hoc omnium maxime fugias. vir bonus, ſimplex, beneuolus ita in oculis gerit hæc, vt neutiquam lateat.

16. Optime viuendi facultas hæc eſt in anima ſita, ſi aduerſus res indifferentes indifferenter ſe habeat. indifferenter autem ſe habebit, ſi diuiſim et integre earum vnamquamque conſiderauerit, ſimulque recordatus fuerit, quod nihil horum cogere nos poteſt, vt hoc vel illud de ipſo opinemur; nec accedit ad nos, ſed quieſcit; nos autem ſumus, qui iudicia de his proferimus atque nobis

ζει ὁ ἐρώμενος. τοιοῦτον ὅλως δεῖ τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀγαθὸν εἶναι, οἷον γράσωνα, ἵνα ὁ παραστὰς, ἅμα τῷ προσελθεῖν, θέλει οὐ θέλει, αἴσθηται. ἐπιτήδευσις δὲ ἁπλότητος 1 σκάλμη ἐστίν. οὐδέν ἐστιν αἴσχιον 2 λυκοφιλίας. πάντων μάλιστα τοῦτο φεῦγε. ὁ ἀγαθὸς, καὶ ἁπλοῦς, καὶ εὐμενὴς, ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχουσιν ταῦτα, καὶ οὐ λανθάνει.

ιϛ'. Κάλλιστα 3 δὲ ζῆν, δύναμις αὕτη ἐν τῇ ψυχῇ, ἐὰν πρὸς τὰ ἀδιάφορα ἀδιαφορῇ· ἀδιαφορήσει δὲ, ἐὰν ἕκαστον αὐτῶν θεωρῇ διῃρημένως καὶ ὁλικῶς· καὶ μεμνημένος, ὅτι οὐδὲν αὐτῶν ὑπόληψιν περὶ αὐτοῦ ἡμῖν ἐμποιεῖ, οὐδὲ ἔρχεται ἐφ' ἡμᾶς· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀτρεμεῖ· ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν, οἱ τὰς περὶ αὐτῶν κρίσεις γεννῶντες, καὶ οἷον γρά-

φοντες

1 Cum *Salmaſio* legit *Gatak.* σκαμβὴ ἐστί. Σκαμβὴ, autem, διεστραμμένη *Suid.* Verum receptam lectionem σκάλμη retinet *Caſaub.* quod ex *Heſych.* et *Polluc.* *gladiolum* aut *pugionem* interpretatur. *Antoninum* autem ſimulationem ſimplicitatis *pugionem* vocaſſe putat, morem illorum reſpicientem, qui inſidias aliis molientes pugionem circumferebant.

2 Quid ſit λυκοφιλία, explicat *Euſtath.* ad *Il.* κ'. λυκοφιλίως, ἀντὶ τοῦ ὑπόπτως, ὑπούλως. λυκοφιλίαν et ἀκοινωνησίαν coniunxit etiam *Plato.* Adluditur hoc vocabulo ad fabulam de induciis ſiue fœderibus, quæ cum ouibus lupi aliquando inire volebant, canibus gregis cuſtodibus obſidum loco ſibi traditis, quorum loco ſc. catulos ſuos ipſi darent, quo liberius deinceps graſſarentur in greges. *Gatak.*

3 Forſan, διαζῆν. eſt enim noui argumenti exordium. *Gatak.*

1 Forſan

φοντες ἑαυτοῖς· ἐξὸν μὲν μὴ γράφειν, ἐξὸν δὲ κᾂν που λάθῃ, εὐθὺς ἐξαλεῖψαι. ὅτι ὀλίγου χρόνου ἔσται ἡ τοιαύτη προσοχὴ, καὶ λοιπὸν πεπαύσεται ὁ βίος. τί μέντοι δύσκολον καλῶς ἔχειν ταῦτα; εἰ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶ, χαῖρε αὐτοῖς, καὶ ῥᾴδια 1 ἔξω σοι· εἰ δὲ παρὰ φύσιν, ζήτει, τί ἐστί σοι κατὰ τὴν σὴν φύσιν. καὶ ἐπὶ τοῦτο σπεῦδε, κᾂν ἄδοξον ᾖ· παντὶ γὰρ συγγνώμη τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ζητοῦντι.

ιζʹ. Πόθεν ἐλήλυθεν ἕκαστον, καὶ ἐκ τίνων ἕκαστον ὑποκειμένων, καὶ εἰς τί μεταβάλλει, καὶ οἷον ἔσται μεταβάλλον, καὶ ὡς οὐδὲν κακὸν πείσεται.

ιηʹ. 2 (Καὶ) πρῶτον, τίς ἡ πρὸς αὐτοὺς μοι σχέσις. καὶ ὅτι ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν. καὶ καθ' ἕτερον λόγον, προστησόμενος αὐτῶν γέγονα, ὡς κριὸς ποίμνης, ἢ ταῦρος ἀγέλης· ἄνωθεν δὲ ἔπιθι, ἀπὸ

ipſis inſcribimus, quum nec inſcribere in nobis ſitum ſit, et, ſi clanculum irrepſerint, ſtatim oblitterare: quodque ad breue admodum tempus opus futurum eſt cautela hac; tum vita terminabitur. ecquid eſt autem in his difficile? ſiquidem enim naturæ congrua ſunt, eis oblecta te, et facilia futura ſunt. ſin præter naturam, inueſtiga, quid ſit naturæ tuæ congruum, et ad hoc te accinge, etiamſi minus glorioſum ſit. venia enim cuique *habenda eſt*, qui bonum ſuum ſectatur.

17. *Cogita tecum*, vnde prodierit vnumquodque, et ex quibus conſiſtat, et in quid mutet, et vbi mutauerit, quale futurum ſit, et quod *mutando* mali nil patitur.

18. *De eis, qui aduerſus te delinquunt, cogita:* primo, quam relationem ad illos habeas. quodque alteri alterius cauſſa nati ſumus. tu autem ſpeciali quadam ratione etiam illis præfectus, vt gregi aries, armento taurus. quin et altius

rem

1 Forſan, ἔσται. *Gatak.*

2 Καὶ illud παρέλκον videtur. Proponit varias conſiderationes, quibus animi impetus, ad offenſationem et iracundiam in iniuriis illatis procliuis, reprimatur, et in adfectione placida et tranquilla contineatur. eas alibi ſæpe prius inculcatas, hoc loco ſimul vno quaſi faſciculo comprehenſas, veluti per ſynopſin quamdam, ob oculos conſtituere viſum eſt. *Gatak.*

rem repete: vel atomos *obtinere*, vel naturam vniuerſa diſponere. hoc ſi *eſt*, deteriora *conſtat* præſtantiorum *cauſſa eſſe condita*, præſtantiora ſui inuicem.

Secundo *cogita*, quales ſint ad menſam, in lectulo, alibi. præſertim vero, quas a decretis intus ſitis neceſſitates perpetiantur: quantaque cum prudentiæ opinione hæc ipſa, *in quibus delinquunt*, agant.

Tertio, quod, ſi hæc recte faciunt, ægre ferre non oportet: ſin minus, nolentes vtique et neſcientes *agunt*. omnis etenim anima, prout veritate priuatur inuita, ſic etiam erga quemque pro dignitate cuiusque gerendi ſe peritia. itaque iniuſtos, ingratos, auaros, vicinis iniurios dici ſe non ſuſtinent.

Quarto, quod et ipſe multa peccas, et alius eiusmodi es plane, *quales illi ſunt*. atque etiamſi peccatis quibusdam abſtineas, habes tamen *intra* te habitum *talia perpetrare procliuem*, licet vel ignauiæ, vel fa-

τȣ̃, εἰ μὴ ἄτομοι, φύσις ἡ τὰ ὅλα διοικȣ̃σα. εἰ τȣ̃το, τὰ χείρονα τῶν κρειττόνων ἕνεκεν· ταῦτα δὲ ἀλλήλων.

Δεύτερον δὲ, ὁποῖοί τινές εἰσιν ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἐν τῷ κλιναρίῳ, τἄλλα. μάλιστα δὲ, οἵας ἀνάγκας δογμάτων κειμένας ἔχȣσιν· καὶ αὐτὰ δὲ ταῦτα μεθ' οἵȣ τύφȣ ποιȣ̃σι.

Τρίτον, ὅτι εἰ μὲν ὀρθῶς ταῦτα ποιȣ̃σιν, ȣ̓ δεῖ δυσχεραίνειν· εἰ δ' ȣ̓κ ὀρθῶς, 1 δηλονότι ἄκοντες καὶ ἀγνοȣ̃ντες. πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἄκȣσα στέρεται, ὥσπερ τȣ̃ ἀληθȣ̃ς, ȣ̔́τως καὶ τȣ̃ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ προσφέρεσθαι. ἄχθονται γȣ̃ν ἀκȣ́οντες ἄδικοι, καὶ ἀγνώμονες, καὶ πλεονέκται, καὶ καθάπαξ ἁμαρτητικοὶ περὶ τȣ̀ς πλησίον.

Τέταρτον, ὅτι καὶ αὐτὸς πολλὰ ἁμαρτάνεις, καὶ 2 ἄλλος τοιȣ̃τος εἶ. καὶ εἴ τινων δὲ ἁμαρτημάτων ἀπέχῃ, ἀλλὰ τήν γε ἕξιν ποιητικὴν 3 ἕξεις, εἰ καὶ διὰ δειλίαν, ἢ δοξοκοπίαν, ἢ τοιȣ̃τό

τι

1 Δῆλον ὅτι margini adſcripſit *Gatak.*
2 Forſan, ἄλλως legendum. *alias* ſiue *aliis in rebus, ipſe paria peccas. Gatak.*
3 Malim, ἔχεις, atque ita reddit interpres vterque. *Gatak.*

1 Κατ'

τι κακὸν ἀπέχῃ τῶν ὁμοίων ἁμαρτημάτων.

Πέμπτον, ὅτι οὐδὲ εἰ ἁμαρτάνουσι κατείληφας. πολλὰ γὰρ [1] κατ' οἰκονομίαν γίνεται. καὶ ὅλως πολλὰ δεῖ πρότερον μαθεῖν, ἵνα τὶς περὶ ἀλλοτρίας πράξεως καταληπτικῶς τι ἀποφήνηται.

Ἕκτον, ὅτι ὅταν λίαν ἀγανακτῇς, ἢ καὶ δυσπαθῇς, ἀκαριαῖος ὁ ἀνθρώπειος βίος, καὶ μετ' ὀλίγον πάντες ἐξετάθημεν.

Ἕβδομον, ὅτι οὐχ αἱ πράξεις αὐτῶν ἐνοχλοῦσιν ἡμῖν· ἐκεῖναι γάρ εἰσιν ἐν τοῖς ἐκείνων ἡγεμονικοῖς· ἀλλὰ αἱ ἡμέτεραι ὑπολήψεις. ἆρον γοῦν, καὶ θέλησον ἀφεῖναι τὴν ὡς περὶ δεινοῦ κρίσιν, καὶ ἀπῆλθεν ἡ ὀργή. πῶς οὖν ἀρῶ; λογισάμενος, ὅτι οὐκ αἰσχρόν. ἐὰν γὰρ μὴ μόνον ᾖ τὸ αἰσχρὸν κακὸν, ἀνάγκη καί σε πολλὰ ἁμαρτάνειν, καὶ λῃστὴν καὶ παντοῖον γενέσθαι.

Ογδοον, ὅσῳ χαλεπώτε-

mæ, vel alius alicuius ratione a peccatis paribus te cohibeas.

Quinto, quod nec, an peccauerint etiam, noſti ſatis. multa enim, per diſpenſationem geruntur. atque omnino multa prius edocearis oportet, quam de facto alieno certi quidquam ſtatuere poſſis.

Sexto, quando quam maxime indignaris, vel ægre fers, *memineris*, momentaneam eſſe vitam humanam, omnesque nos breui componendos fore.

Septimo, non eſſe actiones aliorum, quæ nos conturbant; ſunt enim hæ in mentibus ipſorum ſitæ: ſed opiniones tantum noſtras. iſtas igitur tolle, miſſoque de re ipſa, tamquam graue quiddam ſit, iudicio, ira protinus euaneſcet. ſed quomodo tollam? reputando nihil *tibi* inhoneſtum *contigiſſe.* niſi enim malum id ſit dumtaxat, quod inhoneſtum eſt, neceſſe futurum eſt, vt et tu multa pecces, et latro, vel quidlibet etiam, fias.

Octauo, *cogita*, quanto grauiora

1 Κατ' οἰκονομίαν fieri aliquid dicitur, quum aliud quippiam ſpecie tenus geritur, quam quod vel intenditur, vel reuera ſubeſt. Inde fit, vt quædam mali ſpeciem præ ſe ferant, quæ tamen cum alio fine, aliaque ratione peragantur, quam primo adſpectu videri poſſit, culpa omni prorſus carere videntur. Vide *Wolſium* in [*Arrian.*] *Epictet.* l. 3. c. 14. *Gatak.*

uiora patiamur ex iracundia ac mæſtitia, quam de iſtis concipimus, quam ex eis ipſis, quorum causſa ſuccenſemus et angimur.

Nono, manſuetudinem inſuperabilem eſſe, ſi genuina fuerit, non perſonata et fucata. quid enim fecerit tibi, qui vel maxime contumelioſus eſt, ſi manſuete aduerſus illum te gerere perrexeris, et ſi occaſio tulerit, placide illum admonueris, et eodem ipſo, quo te lædere molitur, tempore quietus ipſe hominem meliora docueris? *Noli ſic agere, mi fili; ad aliud nati ſumus. mihi quidem noceri nequit. ſed ipſe læderis, mi fili.* monſtraueris etiam ſcite, et generatim ostenderis, nec apes ita ſe gerere, nec eorum vllum, quæ gregatim agere nata ſunt, animantium. quin neque irriſorie faciendum hoc, neque contumelioſe, ſed cum genuino amoris adfectu; neque ani-

ρα ἐπιφέρουσιν αἱ ὀργαὶ καὶ λῦπαι αἱ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἤπερ αὐτά ἐστιν ἐφ' οἷς ὀργιζόμεθα καὶ λυπούμεθα.

Ενατον, ὅτι τὸ εὐμενὲς ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον ᾖ καὶ μὴ 1 σεσηρὸς, μηδὲ ὑπόκρισις. τί γάρ σοι ποιήσει ὁ ὑβριστικώτατος, ἐὰν διατελῇς εὐμενὴς αὐτῷ, καὶ, εἰ οὕτως ἔτυχε, πράως παραινῇς καὶ μεταδιδάσκῃς 2 εὐσχολῶν παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε κακὰ ποιεῖν σε ἐπιχειρεῖ; μὴ τέκνον· πρὸς ἄλλο πεφύκαμεν. ἐγὼ μὲν οὐ μὴ βλαβῶ, σὺ δὲ βλάπτῃ, τέκνον. καὶ δεικνῦναι 3 εὐαφῶς καὶ ὁλικῶς, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, ὅτι οὐδὲ μέλισσαι αὐτὸ ποιοῦσιν, οὐδ' ὅσα συναγελαστικὰ πέφυκε. δεῖ δὲ μήτε εἰρωνικῶς αὐτὸ ποιεῖν, μήτε ὀνειδιστικῶς, ἀλλὰ φιλοστόργως καὶ 4 ἀδήκτως τῇ ψυχῇ· καὶ μὴ ὡς

1 Ab eis tractum, qui vultu renident, dum animus tamen interim angitur et exæſtuat. vide ad l. 1. 15. *Gatak.*

2 *Vacuas huic rei* vertit *Xyland.* immo, *placide, imperturbate te habens.* [*Arrian.*] *Epictet.* l. 3. c. 2. Εὐσχολῶ, ἡσυχίαν ἄγω. et c. 9. εὐσχολῶ. οὐ περισπᾶταί μου ἡ διάνοια. *Gatak.*

3 *Efficaciter* vertit *Caſaub. aperte Xyland.* malim *apte, ſcite, dextre, adfabre.* *Lucian.* ὑποβάλλειν τοὺς δακτύλους εὐαφῶς. *ſcite digitos ſubiicere.* tractum a praxi chirurgica, in qua multum refert, qua manu vulnera colliganda, vel oſſa reſtituenda, tractentur. *Gatak.*

4 Malim, ἀδήκτῳ τῇ ψυχῇ. nec de reprehenſi, ſed de reprehendentis animo acceperim. ne ita vel redarguat, vel admoneat, vt animi iniuriæ adlatæ apprehen-

ὡς 1 ἐν σχολῇ, μηδὲ ἵνα ἄλλος παραστὰς θαυμάσῃ· ἀλλ' 2 ἤτοι πρὸς μόνον, καὶ ἐὰν ἄλλοι τινὲς περιεστήκωσι.

Τούτων τῶν ἐννέα κεφαλαίων μέμνησο, ὡς παρὰ τῶν Μουσῶν δῶρα εἰληφὼς, καὶ ἄρξαι ποτὲ ἄνθρωπος εἶναι, ἕως ζῇς· φυλακτέον δὲ ἐπίσης τῷ ὀργίζεσθαι αὐτοῖς, τὸ κολακεύειν αὐτούς. ἀμφότερα γὰρ ἀκοινώνητα, καὶ πρὸς βλάβην φέρει. πρόχειρον δὲ ἐν ταῖς ὀργαῖς, ὅτι οὐχὶ τὸ θυμοῦσθαι ἀνδρικὸν, ἀλλὰ τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον, ὥσπερ ἀνθρωπικώτερον, οὕτως καὶ ἀῤῥενικώτερον· καὶ ἰσχύος καὶ νεύρων καὶ ἀνδρείας τούτῳ μέτεστιν, οὐχὶ τῷ ἀγανακτοῦντι καὶ δυσαρεστοῦντι. ὅσῳ γὰρ ἀπα-

mo quaſi attacto et exulcerato, neque tamquam in ſchola, neque vt adſtanti alicui ſis admirationi: ſed ita ſemper, vt cum ſolo agas, etiamſi alii forſan circumſtiterint nonnulli.

Capita nouem iſta in mente repoſita habeas, tamquam dona quædam a Muſis accepta; atque incipias tandem homo eſſe, dum viuis. Verumtamen ex æquo cauendum, ſicut ne iraſcaris eis, ita etiam ne aduleris. vtrumque enim ſocietatis ius violat, et ad damnum tendit. aduerſus iram vero præſto ſit illud; iraſci haud virile eſſe; ſed manſuetum placidumque animi adfectum, vt humanius quiddam, ita et maſculum magis: atque is certe, *qui ita adfectus eſt*, robur animi neruoſque et fortitudinem penes ſe habet, non autem is, qui indignatur et offenditur. quo enim propius hoc

prehenſione attacti et exulcerati indicium præ ſe ferat. hoc eſt enim, quod poſtea de *ſuccenſente* dicit τέτρωται, *vulneratus eſt.* Quamquam poteſt et ἀδήκτῳ τῇ ψυχῇ exponi, *animo non mordaci.* quomodo *Dioſcoridi* l. 1. c. 28. ἔλαιον ἀδήκτων dicitur i. e. *quod non mordeas.* et *Plutarch.* de adulat. ἀδήκτου ὁμιλίαν dicit, quæ nihil mordax habeat. Verum prius illud arridet magis. *Gataker.*

1 *Tamquam in ſchola*, h. e. vel, ὡς παιδαγωγός τις *pædagogi cuiusdam inſtar*, qui imperioſe quum agat, moleſtus eſſe ſolet, et grauis habetur. vnde παῤῥησία παιδαγωγικὴ ſupra c. 6. vel etiam, *tamquam in ſchola*, vbi ingenii exercendi oſtentandique cauſſa fieri adſolent oratiunculæ. hoc eſt enim, quod ſequitur, μηδὲ ἵνα ἄλλος παραστὰς θαυμάζῃ. *Gatak.*

2 Vertit *Caſaub.* quaſi legeretur ἀεί τοι. quod probat *Gatak.*

hoc ad immunitatem ab adfectibus omnem prorſus, eo etiam ad potentiam propius accedit. quemadmodum autem triſtitia, ſic et ira imbecillis eſt animi. vtraque enim vulnus accepit, et ſuccubuit.

θείᾳ τοῦτο οἰκειότερον, τοσούτῳ καὶ δυνάμει. ὥσπερ τε ἡ λύπη ἀσθενοῦς· οὕτως καὶ ἡ ὀργή. ἀμφότεροι γὰρ τέτρωνται, καὶ ἐνδεδώκασιν.

Quod ſi volueris, etiam decimum a Muſarum præſide donum accipe. velle, improbi ne peccent, inſaniæ eſt. id enim, quod fieri non poteſt, appetit. tum concedere, vt aduerſus alios tales ſint, ſed, ne in te peccent, poſtulare, et ſtolidum eſt et tyrannicum etiam.

Εἰ δὲ βούλει, καὶ δέκατον παρὰ 1 τοῦ μουσηγέτου δῶρον λάβε· ὅτι 2 τὸ μὴ ἀξιοῦν ἁμαρτάνειν τοὺς φαύλους μανικόν. ἀδυνάτου γὰρ ἐφίεται· τὸ δὲ συγχωρεῖν ἄλλοις μὲν εἶναι τοιούτους, ἀξιοῦν δὲ μὴ εἰς σὲ ἁμαρτάνειν, ἄγνωμον καὶ τυραννικόν.

19. Mentis † adfectiones quatuor potisſimum ſunt iugiter cauendæ, et vbi deprehenſæ fuerint, confeſtim inducendæ, de ſingulis earum ſic cenſendo: cogitatio iſta non eſt necesſaria; iſta ſocietatis inimica; iſtud non a te dicturus es. aliquid enim non a teipſo

ιθ΄. 3 Τέσσαρας μάλιστα τροπὰς τοῦ ἡγεμονικοῦ παραφυλακτέον διηνεκῶς, καὶ ἐπειδὰν φωράσῃς, ἀπαλειπτέον, ἐπιλέγοντα ἐφ᾽ ἑκάστου οὕτως· τοῦτο τὸ φάντασμα οὐκ ἀναγκαῖον· τοῦτο λυτικὸν κοινωνίας· τοῦτο 4 οὐκ ἀπὸ σαυτοῦ μέλλεις λέγειν·

τὸ

1 *Herculem* vult *Caſaub.* et certo *Herculem Eumenius* in orat. pro ſchol. reſtaurand. *Muſageten, hoc eſt, comitem ducemque Muſarum eſſe, accepiſſe,* ait, *Fuluium illum nobiliorem, quum in Græcia eſſet imperator.* Verum apud Græcos *Apollinis* potius *Muſagetæ* titulus iſte. *Phurnutus* de nat. deor. c. 32. ἀπ᾽ αὐτῆς δὲ τῆς ἀρχῆς καὶ μουσηγέτης ἐκλήθη, et *Pauſan.* in *Attic.* Ἀπόλλωνα μουσηγέτην καλοῦσι. *Gatak.*

2 Senſus exigit, vt legatur τὸ ἀξιοῦν μή. *Gatak.*

3 Adfectiones iſtæ, quantum ego coniicio, ſunt ſuſpicio, maledicentia, disſimulatio ſiue mendacium, et intemperantia. *Dacier.*

† Conuerſiones *Caſaub.*

4 Ex *Marci* mente, non a ſe loquitur, qui non ab animo, non a mente ſua. Ὅταν ὑποκρίνηται, καὶ ἐπιπλάστως καὶ ἀναλήθως τι ποιῇ ἢ λέγῃ τις. l. 2. 16. quæ huic loco commentarii vicem præbent. *Gatak.*

1 Malim

τὸ γὰρ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ λέγειν ἐν τοῖς ἀτοπωτάτοις νόμιζε. τέταρτον δέ ἐστι, καθ' ὃ σεαυτῷ [1] ὀνειδιεῖς, ὅτι τοῦτο ἡττωμένου ἐστὶ καὶ ὑποκατακλινομένου τοῦ ἐν σοὶ θειοτέρου μέρους τῇ ἀτιμοτέρᾳ καὶ θνητῇ μοίρᾳ τῇ τοῦ σώματος, καὶ ταῖς τούτου παχείαις ἡδοναῖς.

dicere, in rerum abſurdiſſimarum numero habeto. quartum eſto, quidquid conſcientia tibi dictauerit, fore per illud, vt pars tui diuinior deuicta ſuccumbat viliori, corpori nempe mortali eiusque craſſis voluptatibus.

κ'. Τὸ μὲν πνευμάτιόν σου, καὶ τὸ πυρῶδες πᾶν ὅσον ἐγκέκραται, καί τοι φύσει ἀνωφερῆ ὄντα, ὅμως πειθόμενα τῇ τῶν ὅλων διατάξει, παρακρατεῖται ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ συγκρίματος. καὶ τὸ γεῶδες δὲ τὸ ἐν σοὶ πᾶν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καί τοι κατωφερῆ ὄντα, ὅμως ἐγήγερται καὶ ἕστηκε τὴν οὐχ ἑαυτῶν φυσικὴν στάσιν. οὕτως ἄρα καὶ τὰ στοιχεῖα ὑπακούει τοῖς ὅλοις, ἐπειδάν που καταχθῇ σὺν βίᾳ, μένοντα, μέχρις ἂν ἐκεῖθεν πάλιν τὸ ἐνδόσιμον τῆς διαλύσεως σημήνῃ. οὐ δεινὸν οὖν μόνον τὸ νοερόν σου μέρος ἀπειθὲς εἶναι καὶ ἀγανακτεῖν τῇ ἑαυτοῦ χώρᾳ; καί τοι οὐδέν γε βίαιον τούτῳ ἐπιτάσσεται, [2] ἀλλὰ μόνα, κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτῷ· οὐ μέντοι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν

20. Quidquid aerium et igneum immixtum eſt tibi, etiamſi natura ſurſum feratur, vtrumque vt tamen vniuerſi diſpoſitioni obſequatur, in maſſa compoſita iſtic detinetur. quidquid itidem in te terreum et aqueum exſiſtit, etiamſi natura deorſum vergat, attollitur nihilominus, et ſtationem occupat non ſuam. vsque adeo etiam elementa vniuerſo obtemperant, dum ibi, vbi per vim diſpoſita ſunt, manent, donec diſſolutionis ſignum detur. an non iniquum eſt ergo, mentem tantum tuam immorigeram eſſe, nec in ſtatione ſua adquieſcere? et huic tamen nihil violentum iniungitur, ſed ea ſola, quæ ei ſecundum naturam ſunt: nec ſuſtinet tamen, ſed in contrarium fertur.

1 Malim, συνειδήσεις Gatak.
2 Legendum vel, ἀλλ' ἃ μόνα, vel ἀλλὰ μόνα ἅ. Gatak.

1 Scribe

fertur. motus enim omnis ad iniurias, luxus, dolores, formidines, nihil eſt aliud, quam a natura defectio. quin et mens, quoties euentum aliquem ægre fert, ſtationem tunc ſuam deſerit. ad æquanimitatem enim et pietatem eſt condita, non minus quam ad iuſtitiam. ſiquidem et iſta ad communionem tuendam faciunt; immo actionibus iuſtis antiquiora ſunt.

φέρεται. ἡ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀδικήματα καὶ τὰ ἀκολασήματα, καὶ τὰς λύπας, καὶ τοὺς φόβους κίνησις, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἀφισταμένου τῆς φύσεως. καὶ ὅταν δέ τινι τῶν συμβαινόντων δυσχεραίνει τὸ ἡγεμονικὸν, καταλείπει καὶ τότε τὴν ἑαυτοῦ χώραν. πρὸς [1] ἰσότητα γὰρ καὶ θεοσέβειαν κατεσκεύασται, οὐχ ἧττον ἢ πρὸς δικαιοσύνην. καὶ γὰρ ταῦτα ἐν εἴδει ἐστὶ [2] τῆς εὐκοινωνησίας, μᾶλλον δὲ [3] πρεσβύτερα τῶν δικαιοπραγημάτων.

21. Cui non vnus idemque ſemper vitæ ſcopus eſt, hic vnus idemque per vitam totam eſſe non poteſt. non ſatis eſt, quod dixi, niſi illud etiam adieceris, qualis ſcopus hic eſſe debeat. quemadmodum enim opinio eadem non eſt de omni-

κα΄. Ὧι μὴ εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ἀεὶ τοῦ βίου σκοπὸς, οὗτος εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δι᾽ ὅλου τοῦ βίου εἶναι οὐ δύναται. οὐκ ἀρκεῖ τὸ εἰρημένον, ἐὰν μὴ κἀκεῖνο προσθῇς, ὁποῖον εἶναι δεῖ τοῦτον τὸν σκοπόν. ὥσπερ γὰρ οὐχ ἡ πάντων τῶν ὁπωσοῦν πλείοσι

1 Scribe, ὁσιότητα. Ὁσιότης καὶ θεοσέβεια hic ἰσοδυναμοῦσι: quibus ἡ δικαιοσύνη non vt aduerſa, ſed diuerſa opponitur; vt l. 12. 1. πρὸς ὁσιότητα καὶ δικαιοσύνην. *Caſaub.*

2 Εὐκοινωνησία vocabulum, quod haud temere alibi reperias, adfectionem illam deſignans proprie, qua quis eſt εὐκοινώνητος vt *Ariſtot.* ethic. l. 4. c. 1. ſiue εὐμετάδοτος καὶ κοινωνικὸς vt 1. *Tim. Communicare ac largiri ſua procliuis.* Verum *Marco* hic adfectum eum denotat, quo *promtus quis eſt ad communem fatorum legem ſubeundam*, eaque omnia æquo animo perpetienda, quæ ad vniuerſi rationes conducere videbuntur. *Gatak.*

3 *Antiquior*, inquit, *iuſtitia* ipſa eſt *pietas* et θεοσέβεια. quum tamen ſupra c. 10. antiquiſſimam omnium eſſe iuſtitiam, vtpote *ex qua reliquæ virtutes vniuerſæ procedunt*, adferat. Verum ibi iuſtitiam latiori ſenſu accepit, prout eam virtutem deſignat, qua ſuum cuique ſiue deo ſiue homini tribuitur; hic ſtrictiore, qua homini quod eſt ſuum elargitur, et pietati, quæ erga deum eſt ἀντιδιαιρεῖται. *Gatak.*

3 Socrates

πλέοσι δοκούντων ἀγαθῶν ὑπόληψις ὁμοία ἐστὶν, ἀλλ' ἡ τῶν τοιῶνδέ τινων, τουτέστι τῶν κοινῶν· οὕτω καὶ τὸν σκοπὸν δεῖ τὸν κοινωνικὸν καὶ πολιτικὸν ὑποστήσασθαι. ὁ γὰρ εἰς τοῦτον πάσας τὰς ἰδίας ὁρμὰς ἀπευθύνων, πάσας τὰς πράξεις ὁμοίας ἀποδώσει, καὶ κατὰ τοῦτο ἀεὶ ὁ αὐτὸς ἔσται.

bus, quæ vulgo hominum quoquo modo bona videntur, ſed de certis quibusdam, communibus nempe: ad eumdem modum et ſcopum illum, qui eſt ciuilis et communioni congruus, proponi oportet. qui enim ad iſtum conatus ſuos omnes direxerit, is actiones ſuas omnes ſibi ſimiles præſtabit, et hoc modo ſemper idem futurus eſt.

κβʹ. Τὸν μῦν τὸν ὀρεινὸν, καὶ τὸν κατοικίδιον, καὶ τὴν πτοίαν τούτου καὶ διασόβησιν.

22. Murem agreſtem et domeſticum *cogita*, huiusque pauorem ac trepidationem.

κγʹ. [1] Σωκράτης καὶ τὰ τῶν πολλῶν δόγματα, λαμίας ἐκάλει, παιδίων δείματα.

23. Socrates plurimorum decreta *lamias* appellabat, puerulorum terriculamenta.

κδʹ. [2] Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις ἐν ταῖς θεωρίαις ὑπὸ τῇ σκιᾷ τὰ βάθρα ἐτίθεσαν. αὐτοὶ δὲ οὗ ἔτυχεν ἐκαθέζοντο.

24. Lacedæmonii in ſpectaculis ſuis, peregrinis in vmbra ſedilia collocabant; ipſi, vbicumque obtigerat, conſidebant.

25. Per-

1 *Socrates* certe apud *Platonem* in *Critone* multis oſtendit, τὰς τῶν πολλῶν δόξας, eſſe nihili faciendas. Videtur tamen non *plebis dogmata lamiis larvisque* contuliſſe, ſed *idiotas* eorumque *dogmata puerulis* ; *externa* iſta, quæ illos terrere ſolent, *laruis*. Sic in *Phædone* ait, pleroſque τὸν θάνατον φοβεῖσθαι, ὥσπερ οἱ παῖδες τὰ μορμολύκεια. et [*Arrian.* in] *Epictet.* eodem; opinor, reſpiciens: Ταῦτα δὲ ὁ Σωκράτης καλῶς ποιῶν μορμολύκεια ἐκάλει· ὡς γὰρ τοῖς παιδίοις τὰ προσωπεῖα φαίνεται δεινὰ καὶ φοβερὰ δι' ἀπειρίαν, τοιοῦτόν τι καὶ ἡμεῖς πάσχομεν πρὸς τὰ πράγματα, δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὥσπερ καὶ τὰ παιδία πρὸς τὰς μορμολυκείας rel. *Gatak.*

2 Scilicet peregrinis aduenisque indulgebant ea Spartani, quæ conceſſa nolebant ſuis. Verum iſtud æui inferioris fuiſſe videtur. ſiquidem primis reipub. iſtius temporibus aduenas minime admiſiſſe videntur. *Plutarch.* in *inſtitut. Lacon.* Ξενηλασίας δὲ εἰσηγήσατο, (de *Lycurgo* ſermo habetur) ὅπως οἱ παρεισρέοντες μὴ διδάσκαλοι κακοῦ τινος τοῖς πολίταις ὑπάρχωσι. *Gatak.* Vide et *Nic. Cragium* de repub. *Lacedæm.* l. 3. c. 3. vbi, feſtis diebus peregrinos vrbe non abigi, probat ex *Plutarcho* et *Xenophonte.*

1 Quod

25. Perdiccæ arceſſenti excuſabat ſe Socrates: *ne peſſimo*, inquit, *exitio peream, quum gratiam collatam referre nequeam.*

26. In ſcriptis Epicureis præcipitur, vt in mente ac memoriâ ſemper habeamus antiquorum aliquem eorum, qui virtutem coluerint.

27. Pythagorei mane cælum ſuſpicere *præcipiebant*, quo eorum commoneamur, quæ eumdem perpetuo curſum ſeruant, eodemque modo peragunt opus ſuum; vtque ordinem *eorumdem obſeruemus*, et puritatem, et nuditatem. aſtri ſiquidem velamentum nullum eſt.

28. *Cogita*, Socrates, qui fue-

κε΄. 1 Τῷ Περδίκκᾳ ὁ Σωκράτης περὶ τοῦ μὴ ἔρχεσθαι παρ' αὐτὸν, ἵνα, ἔφη, μὴ τῷ κακίστῳ ὀλέθρῳ ἀπόλωμαι, τουτέστι, μὴ εὖ παθὼν οὐ δυνηθῶ ἀντευποιῆσαι.

κϛ΄. Ἐν τοῖς τῶν 2 Ἐφεσίων γράμμασι, παράγγελμα ἔκειτο, συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινος τῶν ἀρετῇ χρησαμένων.

κζ΄. Οἱ Πυθαγόρειοι, ἕωθεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφορᾷν, ἵν' ὑπομιμνησκώμεθα τῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως τὸ ἑαυτῶν ἔργον διανυόντων, καὶ τῆς τάξεως, καὶ τῆς καθαρότητος, καὶ τῆς γυμνότητος. οὐδὲν γὰρ προκάλυμμα ἄστρου.

κη΄. Οἷος ὁ 3 Σωκράτης τὸ

κώδιον

1 Quod de *Perdicca Marcus*, de *Archelao Seneca* de beneſ. l. 5. c. 6. *Archelaus rex Socratem rogauit, vt ad ſe veniret: dixiſſe Socrates traditur, nolle ſe ad eum venire, a quo acciperet beneficia, quum reddere illi paria non poſſet. Gataker.*

2 Forſan *Marcus* ſcripſerat Ἐπικουρέων ſiue τοῦ Ἐπικούρου γράμμασιν. Inde enim iſtiusmodi aliquid adducit *Seneca* epiſt. 11. *Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, vt ſic tamquam illo ſpectante viuamus, et omnia tamquam illo vidente faciamus. Hoc Epicurus præcepit: cuſtodem nobis et pædagogum dedit:* rel. vide et epiſt. 25. *Gatak.*

3 Hiſtoriam nusquam legiſſe memini. At contra *Aelianus hiſt. var.* l. 7. c. 9 10. *Phocionis* vxorem narrat mariti veſte ſola indutam, nullo alio vel amictu, vel ornatu adiecto, in publicum ſæpe prodiiſſe. quod et ille σωφροσύνης μεγάλης indicium facit. *Xanthippen* vero *Socratis* ad pompam ſpectandam viri veſte amictam prodire recuſaſſe; illumque dixiſſe: Ὁρᾷς, ὡς οὐ θεωρήσουσα, θεωρησομένη δὲ μᾶλλον βαδίζεις. *vides, te non tam ſpectaturam, quam ſpectandam proficiſci.* Ea interim videtur ſors fuiſſe *Socratis*, quæ et *Epaminondæ* fuerat: quem l. 5. c. 5. narrat *Aelianus* ἕνα τρίβωνα, *vnum* tantummodo *pallium* habu-

iſſe

κώδιον ὑπεζωσμένος, ὅτε ἡ Ξανθίππη λαβȣ̃σα τὸ ἱμάτιον ἔξω προῆλθε· 1 καὶ ἃ εἶπεν ὁ Σωκράτης τοῖς ἑταίροις αἰδεσθεῖσι καὶ ἀναχωρήσασιν, ὅτε αὐτὸν εἶδον ȣ̃τως ἐσαλμένον.

rit pelle ſuccinctus, quando Xanthippe veſte *ipſius* ſumta foras ſe proripuerat. quæque amicis ſuis dixerit, pudore ſuffuſis pedemque retrahentibus, quum ſic indutum illum conſpicarentur.

κθ′. Ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν, ȣ̓ πρότερον ἄρξεις, πρὶν ἀρχθῇς. τȣ̃το πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ βίῳ.

29. Nec in ſcribendo, nec in legendo aliis præcipias, niſi prius præceptum fuerit tibi. in vita multo magis ſic *ſe habet*:

λ′. 2 Δȣ̃λος πέφυκας, ȣ̓ μέτεςί σοι λόγȣ.

30. *Quum liber haud ſis, ius loquendi non habes.*

λα′. --3 Ἐμὸν δ᾽ ἐγέλασσε φίλον κῆρ.

31. ------*at cor carum mihi riſit.*

λβ′. 4 Μέμψονται δ᾽ ἀρετὴν χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσιν.

32. *Dura ſuos fundendo inceſſent verba parentes.*

λγ′. Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν,

33. Inſani eſt, ficum hieme quærere.

isſe. quod quum ad fullonem opus esſet mundandum mittere, domi interim coactum ſeſe continere. *Gatak.*

1 *Socrati* nimirum ſolemne fuit, feſtiuo aliquo commento eludere, quas alii ægre ferebant, vxoris ſuæ in ſe admisſas procacitates et proteruias. Eiuſmodi enim fuerat, quod quærenti, quomodo *Xanthippæ* rixus et conuicia ſuſtinere posſet, Καὶ σὺ μὲν χηνῶν βοώντων ἀνέχῃ· *quomodo tu,* inquit, *anſerum tuorum ſtrepitus*, illoque ſubiiciente, *at illi mihi oua pulloſque pariunt*, regesſit *Socrates, et illa mihi liberos. Laert. l. 2. Gatak.*

2 Iambus eſt a *Philone* adductus in lib. *de libert. viri boni.* Poetica autem iſta ſegmenta in vſum ſuum chartis ſuis illeuisſe videtur *Marcus*, quod vtilius, ac ſublimius aliquid meditandi aut commentandi anſam atque occaſionem dare posſe viderentur. *Gatak.*

3 Ex Odysſ. ί. v. 413. *Vlysſis* ſunt verba narrantis, vt corditus riſerit, ſecum animo reputans, quam felici aſtu, nomine conficto, *Cyclopem* illum immanem feſellisſet. *Gatak.*

4 *Heſiodi* videtur, ex *oper.* l. 1. v. 184. verum ibi legitur, Μέμψονται δ᾽ ἄρα τȣ̀ς --- τοκῆας ſc. de quibus verſu præcedente. Aut exſcriptor itaque *Marci* ſcripturam deprauauit, quum ſenſum idoneum e verbis elicere nequiret, aut *Marcus* ipſe cum inflexione aliqua extulit. *Gatak.*

quærere. adſidet huic, qui puerulum requirit, quum non amplius conceditur.

34. Filiolum deoſculanti præcipiebat Epictetus, intus apud ſe diceret: *cras forſan moriturus eſt*. at male ominata ſunt iſta. mali ominis nihil eſt, quod munus naturale vllum deſignat. alioqui ſpicas etiam demeti infauſtum fuerit.

35. Vua acerba, matura, paſſa; mutationes ſunt omnia iſta, non in id, quod non eſt, ſed in id, quod nondum eſt.

36. *Voluntatis latro nullus eſt*, inquit Epictetus.

37. Artem adſenſum præbendi inueniendam idem monebat. et conatus ita cohibendos eſſe, vt cum exceptione fiant, vt ſocietatis ius ſpectent, vt pro rei cuiusque dignitate adhibeantur. et appetitu quidem abſtinendum prorſus: auerſationem vero in re nulla adhibendam eſſe, quæ noſtri iuris non ſit.

38. Non eſt itaque, inquit,

μαινομένου· τοιοῦτος [1] ὁ παιδίον ζητῶν, ὅτε οὐκ ἔτι δίδοται.

λδʹ. Καταφιλοῦντα τὸ παιδίον, ἔλεγεν ὁ [2] Ἐπίκτητος, ἔνδον ἐπιφθέγγεσθαι, αὔριον ἴσως ἀποθανῇ. δύσφημα ταῦτα; οὐδὲν δύσφημον, ἔφη, φυσικοῦ τινος ἔργου σημαντικόν. ἢ καὶ τὸ στάχυας θερισθῆναι, δύσφημον.

λεʹ. Ὄμφαξ, σταφυλή, σταφίς, πάντα μεταβολαί, οὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν.

λϛʹ. [3] Ληστὴς προαιρέσεως οὐ γίνεται, τὸ τοῦ Ἐπικτήτου.

λζʹ. Τέχνην δὲ [4] ἔφη περὶ τὸ συγκατατίθεσθαι εὑρεῖν. καὶ ἐν τῷ περὶ τὰς ὁρμὰς τόπῳ τὸ προσεκτικὸν φυλάσσειν, ἵνα μεθ᾽ ὑπεξαιρέσεως, ἵνα κοινωνικαί, ἵνα κατ᾽ ἀξίαν. καὶ ὀρέξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθαι· ἐκκλίσει δὲ πρὸς μηδὲν τῶν οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν χρῆσθαι.

ληʹ. Οὐ περὶ τοῦ τυχόντος

οὖν,

1 His forſan locum dederat filius eius *Verus* inter medicorum manus prematura abreptus morte. *Dacier.*

2 *Arrian.* in *Epictet.* l. 3. c. 24.

3 Ibid. l. 3. c. 22.

4 *Epicteti* Enchir. c. 7.

1 Hoc

ἕν, ἔφη, ἐςὶν ὁ ἀγὼν, ἀλλὰ περὶ τῦ 1 μαίνεσθαι, 2 εἰ μή.

λθ΄. 3 Ὁ Σωκράτης ἔλεγε· τί θέλετε; λογικῶν ψυχὰς ἔχειν, ἢ ἀλόγων; λογικῶν. τίνων λογικῶν; ὑγιῶν ἢ φαύλων; ὑγιῶν. τί 4 ἒν ζητεῖτε; ὅτι ἔχομεν. τί ἒν μάχεσθε καὶ διαφέρεσθε;

de re vulgari certamen, ſed de eo, vtrum inſaniamus, nec ne.

39. Socratis dictum: quid vultis? rationalium, an irrationalium animas habere? rationalium. quorumnam rationalium? ſanorum an prauorum? ſanorum. quare ergo non quæritis? quia iam habemus. cur ergo pugnatis et contenditis inuicem?

BIBΛ. ιβ΄.

ΠΑντα ἐκεῖνα ἐφ' ἃ διὰ περιόδε εὔχῃ ἐλθεῖν, ἤδη ἔχειν δύνασαι, ἐὰν μὴ σαυτῷ φθονῇς. τῦτο δέ ἐςιν, ἐὰν πᾶν τὸ παρελθὸν καταλίπῃς, καὶ τὸ μέλλον ἐπιτρέψῃς τῇ προνοίᾳ, καὶ τὸ παρὸν μόνον ἀπευθύνῃς πρὸς ὁσιότητα καὶ δικαιοσύνην. ὁσιότητα μὲν, ἵνα φιλῇς τὸ ἀπονεμόμενον· σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύσις ἔφερε, καί σε τύτῳ· δικαιοσύνην

LIB. XII.

ISTA omnia, quæ per ambages adſequi contendis, iam conſequi potes, ni tibi ipſe inuideas. hoc autem fiet, ſi præteritum omne miſſum feceris, futurum omne prouidentiæ diuinæ permiſeris, et, quod præſens eſt, tantum ad pietatis ac iuſtitiæ normam direxeris: ad pietatis normam, dum quidquid deſtinatur tibi, diligis; quum et tibi hoc natura tulerit, et huic te: ad iuſtitiæ, dum libere et ſine ambage

1 Hoc eſt, ſc. Stoicorum placitum, Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. *Cicero paradox.* 4. et *Laert.* in *Zenone*. *Gatak.*

2 Legendum cum *Gatakero* ἢ μή.

3 Vbi iſta *Socratis* reperiantur, ignoro. nec poſſum certo ſtatuere, an ſcriptum fuerit ὡς ὁ Σωκράτης ἔλεγε; et priora illa iſtud reſpiciat. *Socrates* certe in *Platon. Alcibiad.* 2. Πάντας ἂν ὖν φάντες ἄφρονας μαίνεσθαι, ὀρθῶς ἂν φαίημεν. *Gatak.*

4 Legendum τί ὖν ὐ ζητεῖτε; ita et interpres vterque. *Gatak.*

ambage vlla, quæ vera ſunt, proloqueris, et quæ legi conſentanea ac pro rei cuiusque dignitate ſunt, facis: nec impediuerit te, *quo minus ſic te geras*, aut aliena ſiue vitioſitas, ſiue opinio, ſiue ſermo, aut ſenſus etiam cingentis te maſſæ iſtius carneæ. viderit enim id, quod patitur. ſi igitur, quum in exitu fere iam ſis, miſſis ceteris omnibus, id dumtaxat, quod in te principatum gerit et diuinum eſt, in pretio ac honore habueris; nec hoc metueris, ne viuere deſinas aliquando, ſed ne ſecundum naturam viuere tandem occipias; mundo qui te protulit, dignum te præſtabis, deſinesque in patria tua peregrinus eſſe, eaque, quæ quotidie eueniunt, tamquam inopinata admirari, et ex hac vel illa re ſuſpenſus teneri.

2. Mentes omnes, vaſis his-

δὲ, ἵνα ἐλευθέρως καὶ χωρὶς περιπλοκῆς λέγης τε τἀληθῆ, καὶ πράσσης τὰ κατὰ νόμον, καὶ κατ᾽ ἀξίαν. μὴ ἐμποδίζῃ δέ σε, μήτε κακία ἀλλοτρία, μήτε ὑπόληψις, μήτε φωνὴ, μηδὲ μὴν αἴσθησις τοῦ 1 περιτεθραμμένου σοι σαρκιδίου. ὄψεται γὰρ τὸ πάσχον. ἐὰν οὖν ὅτε δήποτε πρὸς ἐξόδῳ γένῃ, πάντα τὰ ἄλλα καταλιπὼν, μόνον τὸ ἡγεμονικόν σου καὶ τὸ ἐν σοὶ θεῖον τιμήσῃς, καὶ 2 τὸ μὴ παύσεσθαί ποτε ζῆν φοβηθῇς, ἀλλά τόγε μηδέποτε ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ζῆν· ἔσῃ ἄνθρωπος ἄξιος τοῦ γεννήσαντος κόσμου, καὶ παύσῃ ξένος ὢν τῆς πατρίδος, καὶ θαυμάζων ὡς ἀπροσδόκητα τὰ καθ᾽ ἡμέραν γινόμενα, καὶ κρεμάμενος ἐκ τοῦδε καὶ τοῦδε.

ϛ΄. Ὁ Θεὸς πάντα τὰ ἡγεμονικὰ,

1 Illa ſcriptura ſi retineatur, malim vertere *concretæ et coagmentatæ circum ſe carnis*. Siquidem τὸ τρέφειν grammatici volunt aliquando ſignificare τὸ πήγνυσθαι. et inde *Heſych.* Περιτρέφετο, περιεπήγνυτο. habetur illud *Odyſſ.* ξ΄ v. 477. vbi de niue, quæ ſcutis adhærebat, conglaciata περιτρέφετο κρύσταλλος. Sed et *Iliad.* ε΄. v. 903. Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν, Ὑγρὸν ἐὸν, μάλα δ᾽ ὦκα περιτρέφεται κυκόωντι. Eam enim ſcripturam *Herodianus* reſtituit, et *Euſtathius* approbat. Ceterum, ſi quis, cui περιτρέφομαι iſtud mere poeticum videtur, περιτετραμμένου potius legere voluerit, redditum malim, *quæ circum te mutationibus obnoxia eſt, carnis*. vt ſit τὸ τετραμμένον, τὸ ἐν ταῖς τροπαῖς συνεχῶς ὄν. quod corpori cumprimis competit. *Gatak.*

2 Legendum transpoſitis voculis καὶ μὴ τὸ π. *Gatak.*

1 Μήτεγε

μονικά, γυμνὰ τῶν ὑλικῶν ἀγγείων καὶ φλοιῶν καὶ καθαρμάτων ὁρᾷ. μόνῳ γὰρ τῷ ἑαυτοῦ νοερῷ μόνων ἅπτεται τῶν ἐξ ἑαυτοῦ εἰς ταῦτα ἐῤῥυηκότων καὶ ἀπωχετευμένων. ἐὰν δὲ καὶ σὺ τοῦτο ἐθίσῃς ποιεῖν, τὸν πολὺν περισπασμὸν σεαυτοῦ περιαιρήσεις. ὁ γὰρ μὴ τὰ περικείμενα κρεάδια ὁρῶν, 1 ἦπου γε ἐσθῆτα, καὶ οἰκίαν, καὶ δόξαν καὶ τὴν τοιαύτην περιβολὴν καὶ σκηνὴν θεώμενος, ἀσχολήσεται.

γʹ. Τρία ἐστὶν ἐξ ὧν συνέστηκας, σωμάτιον, πνευμάτιον, νοῦς. τούτων τἆλλα μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι δεῖν, σά ἐστι· τὸ δὲ τρίτον μόνον κυρίως σόν. 2 ὃ ἐὰν χωρίσῃς ἀπὸ σεαυτοῦ, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς σῆς διανοίας, 3 ὅσα ἄλλα ποιοῦσιν, ἢ λέγουσιν, ἢ ὅσα αὐτὸς ἐποίησας ἢ εἶπας, καὶ ὅσα ὡς μέλλοντα 4 ταράσσεις, καὶ ὅσα τοῦ περικειμένου σοι σωματίου, ἢ τοῦ συμφύτου πνευματίου, ἀπροαίρετα πρόσεστιν, καὶ ὅσα ἡ ἔξωθεν περιῤῥέουσα δίνη ἑλίσσει, ὥστε τῶν

ce corporeis, et corticibus, et ſordibus, Deus denudatas intuetur. ſola enim mente ſua, illas a ſeſe dimanantes, et deriuatas attingit. hoc idem tu ſi feceris, multa temet moleſtia liberabis. qui enim circumiectam ſibi carnem non reſpexerit, ne de veſtitu, domicilio, fama, aut apparatu inſtructuque reliquo cogitando, negotium vllum facesſet ſibi.

3. Tria ſunt, ex quibus conſtas, corpusculum, animula, mens. horum priora duo hactenus ſunt tua, vtpote quorum cura commiſſa eſt tibi: tertium tantummodo proprie tuum eſt. proinde ſi a te, hoc eſt, a mente tua ſeiunxeris, quæcumque alii dicunt faciuntque; et quæcumque ipſe aliquando dixeris feceriſque, et quæcumque te tamquam futura conturbant, et quæcumque vel circumdati tibi corpusculi, vel huic coalitæ animulæ, arbitrii tui non ſunt; denique quæcumque externa rerum vertigo

1 Μήπουγε legit *Gatak.*
2 Lege διό. *Gatak.*
3 Legendum ὅσα ἄλλοι. *Gatak.*
4 Ταράσσει σε *Gatak.*

vertigo iugis voluit, ita vt mens tua rebus fato obuenientibus exemta, pura ac libera apud ſe viuat, iuſta faciens, deſtinata volens, ac vera proloquens, ſi a mente, inquam, tua hæc ſeiunxeris, quæ ex adfectu vehementiore ei adhærere ſolent, et temporis quidquid vel præteritum vel futurum eſt; feceriſque te talem, qualis *mundus hic* Empedocli dicitur:

Orbis habens inſtar iugi
vertigine gaudens.

illudque tantummodo, quod viuis, hoc eſt, quod impræſentiarum adeſt, viuere fategeris; poteris tandem, quod ſupereſt vitæ tuæ, ad mortem vsque, tranquille, generoſe, genioque tuo propitius tranſigere.

4. Sæpenumero ſum miratus, qui fiat, vt quum ſeſe præ ceteris omnibus diligat vnusquiſque, ſuam tamen de ſe exiſtimationem minoris faciat, quam alienam. itaque ſi vel Deus vel præceptor prudens quis adſtans præceperit cui-

συνειμαρμένων ἐξῃρημένην καθαρὰν τὴν νοερὰν δύναμιν [1] ἀπόλυτον, ἐφ᾽ ἑαυτῆς ζῆν, ποιοῦσαν τὰ δίκαια, καὶ θέλουσαν τὰ συμβαίνοντα, καὶ λέγουσαν τἀληθῆ, ἐὰν χωρίσῃς, φημὶ, τοῦ ἡγεμονικοῦ τούτου τὰ προσηρτημένα ἐκ προσπαθείας, καὶ τοῦ χρόνου τὰ ἐπέκεινα, ἢ τὰ παρῳχηκότα, ποιήσῃς τε σεαυτὸν, οἷος ὁ Ἐμπεδόκλειος,

[2] Σφαῖρος κυκλοτερὴς μονῇ
περιήθεϊ γαίων.

μόνον τε ζῆν ἐκμελετήσῃς ὃ ζῇς, τουτέστι, τὸ παρὸν· δυνήσῃ τόγε μέχρι τοῦ ἀποθανεῖν ὑπολιπόμενον, ἀταράκτως καὶ εὐγενῶς, καὶ ἵλεως τῷ σαυτοῦ δαίμονι διαβιῶναι.

δ'. Πολλάκις ἐθαύμασα, πῶς ἑαυτὸν μὲν ἕκαστος μᾶλλον πάντων φιλεῖ, τὴν δὲ ἑαυτοῦ περὶ αὑτοῦ ὑπόληψιν ἐν ἐλάττονι λόγῳ τίθεται, ἢ τὴν τῶν ἄλλων. ἐὰν γοῦν τινὰ θεὸς ἐπιστὰς, ἢ διδάσκαλος ἔμφρων, κελεύσῃ, μηδὲν καθ᾽ ἑαυτὸν

1 Deſiderari videtur copula, vt ſit [καὶ] ἀπόλυτον. *Gatak.*

2 Verſus hic apud *Stobæum* tom. 1. l. 1. tit. 18. fœde deprauatus ſic legitur, Σφαῖρος κυκλοτερὴς, μιμίης περιτύθῃ χαίρων. Verum *Gatakerus* ex ſua et *Salmaſii* emendatione ſic legit, Σφαῖρ᾽ ὡς κυκλοτερὴς δίνῃ περιήγεϊ γαίων.

1 Forſan

ἑαυτὸν ἐνθυμεῖσθαι καὶ διανοεῖσθαι, ὃ μὴ ἅμα γε γινώσκων ἐξοίσει, οὐδὲ πρὸς μίαν ἡμέραν τοῦτο ὑπομενεῖ. οὕτω τοὺς πέλας μᾶλλον αἰδούμεθα, τί ποτε περὶ ἡμῶν φρονήσουσιν, ἢ ἑαυτούς.

έ. Πῶς ποτε πάντα καλῶς καὶ φιλανθρώπως διατάξαντες οἱ θεοὶ, τοῦτο μόνον παρεῖδον, τὸ ἐνίους τῶν ἀνθρώπων καὶ πάνυ χρηστοὺς, καὶ πλεῖστα πρὸς τὸ θεῖον ὥσπερ συμβόλαια θεμένους, καὶ ἐπὶ πλεῖστα δι' ἔργων ὁσίων καὶ ἱερουργιῶν συνήθεις τῷ θείῳ γενομένους, ἐπειδὰν ἅπαξ ἀποθάνωσι, μηκέτι αὖθι γίνεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ παντελὲς ἀπεσβηκέναι; τοῦτο δὲ εἴπερ καὶ οὕτως ἔχει, εὖ ἴσθι, ὅτι εἰ (ὡς) ἑτέρως ἔχειν ἔδει, ἐποίησαν ἄν. εἰ γὰρ δίκαιον ἦν, ἦν ἂν καὶ δυνατόν· καὶ εἰ κατὰ φύσιν, ἤνεγκεν ἂν αὐτὸ ἡ φύσις. ἐκ δὴ τοῦ μὴ οὕτως ἔχειν, εἴπερ οὐχ οὕτως ἔχει, πιστούσθω σοι τὸ μὴ δεῆσαι οὕτω γίνεσθαι. ὁρᾷς γὰρ καὶ αὐτὸς, ὅτι τοῦτο παραζητῶν δικαιολογῇ πρὸς τὸν θεόν. οὐκ ἂν δ' οὕτω διελεγόμεθα τοῖς θεοῖς, εἰ μὴ ἄριστοι καὶ δικαιότατοι

quam, ne quid apud ſe cogitet menteue agitet, quod non ſimul ac conceperit, proferat, ne ad dieculam quidem id ſustineret. ita proximos magis, quid de nobis ſentiant, veremur, quam nos ipſos.

5. Qui fit, vt dii, qui pulchre ac cum ſingulari erga genus humanum amore diſpoſuerunt vniuerſa, hoc vnum neglexerint, *curare nempe*, ne homines, boni cumprimis, quique frequentisſima cum ipſis quaſi commercia habuerint, atque per opera pia, ſacraque miniſteria quam maxime familiares ipſis exſtiterint, vbi ſemel defuncti ſunt, non exſiſterent amplius, ſed omnino exſtinguerentur? hoc vero ſiquidem ſic ſe habet, pro certo ſcias, aliter facturos eos fuisſe, ſi aliter fieri oporteret. Si enim iuſtum erat, et fieri poterat; et ſi iuxta naturam, id natura protulisſet. vel hinc ergo, quod aliter ſe habet, ſi aliter ſaltem ſe habet, compertum habeas, fieri non oportuisſe. vides enim, quod in huius rei indagatione de iure cum Deo diſceptas. non autem de iure cum Deo diſceptaremus, niſi optimi illi ac iuſtis-

ſimi forent. qui ſunt autem iſtiusmodi, nihil in mundi diſpoſitione iniuſte atque irrationabiliter neglectum inſuper habuiſſent.

6. *Illis* etiam adſueſce, quæ *fiere poſſe* deſperas. nam et ſiniſtra manus, quum ad alia opera per deſuetudinem inepta ſit, frenum quam dextra validius tenet; quia huic operi adſueuit.

7. *Cogita*, qualem te, tum corpore tum anima, a morte deprehendi oporteat: vitæ etiam huius breuitatem; æui retrorſum prorſumque vaſtitatem immenſam; materiæ denique cuiusque imbecillitatem.

8. Formas corticibus nudatas contemplare: actionum item intentiones: quid dolor; quid voluptas; quid mors; quid gloria: quis cuique moleſtiarum auctor: quo modo nemo ab alio quopiam impediatur. quod denique opinione conſtant omnia.

9. In decretorum vſu, pugili, non gladiatori ſimilem eſſe te oportet. iſte enim enſe, quo vtitur, poſito, ſtatim interficitur. ille autem

εἰσιν. εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἄν τι περιεῖδον ἀδίκως καὶ ἀλόγως ἠμελημένον τῶν ἐν τῇ διακοσμήσει.

ϛʹ. Ἔθιζε καὶ ὅσα ἀπογινώσκεις. καὶ γὰρ ἡ χεὶρ ἡ ἀριστερὰ, πρὸς τὰ ἄλλα διὰ τὸ ἀνέθιστον ἀργὸς οὖσα, τοῦ χαλινοῦ ἐῤῥωμενέστερον ἢ ἡ δεξιὰ κρατεῖ. τοῦτο γὰρ εἴθισται.

ζʹ. Ὁποῖον δεῖ καταληφθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου καὶ σώματι καὶ ψυχῇ· τὴν βραχύτητα τοῦ βίου, τὴν ἀχάνειαν τοῦ ὀπίσω καὶ πρόσω αἰῶνος, τὴν ἀσθένειαν πάσης ὕλης.

ηʹ. Γυμνὰ τῶν φλοιῶν θεάσασθαι τὰ αἰτιώδη· τὰς ἀναφορὰς τῶν πράξεων· τί πόνος· τί ἡδονή· τι θάνατος· τί δόξα· 1 τίς ὁ ἑαυτῷ ἀσχολίας αἴτιος· πῶς οὐδεὶς ὑπ' ἄλλου ἐμποδίζεται· ὅτι πάντα ὑπόληψις.

θʹ. Ὅμοιον δ' εἶναι δεῖ ἐν τῇ τῶν δογμάτων χρήσει, παγκρατιαστῇ, οὐχὶ μονομάχῳ· ὁ μὲν γὰρ τὸ ξίφος, ᾧ χρῆται, ἀποτίθεται καὶ ἀναιρεῖται· ὁ

δὲ

1 Forſan [πῶς; πᾶς;] τις, vel [ὅτι πᾶς;] τις. quia ſequitur, πῶς οὐδεὶς ὑπ' ἄλλου ἐμποδίζεται. *Gatak.*

1 Lege

τὴν ἕξιν ἔχων τοιαύτην; εἰ οὖν γοργὸς εἶ, ταύτην θεράπευσον.

fuerit? hunc tu, † ſi tantum poſſe te putas, ſana.

ιζʹ. Εἰ μὴ καθήκει, μὴ πράξῃς· εἰ μὴ ἀληθές ἐστι, μὴ εἴπῃς. 1 ἡ γὰρ ὁρμή σου ἔστω.

17. Ni decorum ſit, ne feceris; ni verum ſit, ne dixeris. ad iſta enim duo ſemper intentio tua tendat.

ιηʹ. Εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ὁρᾶν, τί ἐστιν αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τὴν φαντασίαν σοι 2 ποιοῦν, καὶ ἀναπτύσσειν διαιροῦντα, εἰς τὸ αἴτιον, εἰς τὸ ὑλικὸν, εἰς τὴν ἀναφορὰν, εἰς τὸν χρόνον, ἐντὸς οὗ πεπαῦσθαι αὐτὸ δεήσει.

18. Conſidera ſemper, quid illud ſit, quod cogitationem tuam adficit; curæque ſit tibi, hoc ipſum in formam, materiam, finem, et tempus, intra quod deſiturum ſit, diſtinguendo explicare.

ιθʹ. Αἴσθου ποτὲ, ὅτι κρεῖττόν τι καὶ δαιμονιώτερον ἔχεις ἐν σαυτῷ τῶν τὰ πάθη ποιούντων, καὶ καθάπαξ τῶν νευροσπαστούντων σε. τί μου νῦν ἐστιν ἡ διάνοια; μὴ φόβος; μὴ ὑποψία; μὴ ἐπιθυμία; μὴ ἄλλο τι τοιοῦτον;

19. Sentias tandem aliquando, aliquid eſſe in te præſtantius ac diuinius eis, quæ adfectus in te excitant, et quaſi fidiculis quibusdam diſtrahunt te. quæ mihi, *nunc dicas tibi*, mens eſt? num metus? num ſuſpicio? num libido? num aliud aliquid iſtiusmodi?

κʹ. Πρῶτον, τὸ μὴ εἰκῆ, μηδὲ ἄνευ ἀναφορᾶς. δεύτερον, τὸ μὴ ἐπ᾽ ἄλλο τι, ἢ ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος τὴν ἀναγωγὴν ποιεῖσθαι.

20. Primo *vide*, nequid temere, aut absque certo aliquo fine. ſecundo, ne ad vllum alium finem, quam qui ſocietati conducat, referatur.

21. *Cogita*

quis? vel. His et aliis exemplis a *Gatakero* adductis addas licet et illud *Euripidis* in *Hecuba* v. 614. τί γὰρ πάθω; i. e. inquit *Schol.* τί ποιήσω; ἐπειδὴ ὁ ποιῶν τι, πάσχει τρόπον τινὰ, κατ᾽ αὐτὸ τὸ ποιεῖν.

† Si acutus et eloquens es. *Caſaub.*

1 Vertit *Caſaub.* ac ſi ſcriberetur, ἡ ὁρμή σου ἀξίαστος ἔστω. Conîicit *Gatak.* ἡ γὰρ ὁρμή σου ἔστω εἰς [τάδε] πάντῃ. *conatus tuus ad iſta*, τὸ καθῆκον ſc. καὶ τὸ ἀληθὲς, *omnino tendat.* vel etiam, ſi ἀξίαστος illud admittendum ſit. ἡ ὁρμή σου ἀξίαστος εἰς τὸ πᾶν. vide l. 10. c. 33.

2 Ποιοῦν hoc a ποιόω non ποιέω duci putat *Gatak.* ideoque vertit, *quod adficit*, vt l. 3. c. 11.

1 Ἀκραν

21. *Cogita tecum*, breui fore, vt nec ipſe vllus vsquam futurus ſis, nec quidquam eorum, quæ vides, nec horum quisquam, qui nunc viuunt. omnia enim mutare ac verti et interire nata ſunt, vt noua alia ſerie perpetua producantur.

κα΄. Ὅτι μετ' οὐ πολὺ, οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, οὐδὲ τούτων τι ἃ νῦν βλέπεις, οὐδὲ τούτων τις τῶν νῦν βιούντων. πάντα γὰρ μεταβάλλειν καὶ τρέπεσθαι καὶ φθείρεσθαι πέφυκεν, ἵνα ἕτερα ἐφεξῆς γίνηται.

22. Omnia in opinione ſita ſunt: et hæc ipſa in te. quandocumque ergo volueris, opinionem tolle, et ſicut promontorium præteruecto tranquillitas, ſic ſtabilia *tibi futura ſunt* omnia, et ſinus æſtu immunis.

κβ΄. Ὅτι πάντα ἡ ὑπόληψις· καὶ αὐτὴ ἐπὶ σοί. ἆρον οὖν, ὅτε θέλεις, τὴν ὑπόληψιν, καὶ [1] ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν γαλήνη, σταθερὰ πάντα, καὶ κόλπος ἀκύμων.

23. Operatio vnaquæque, quæ tempore ſuo deſinit, nihil inde mali patitur, quia deſiit; nec auctori eius, ceſſationis huius ratione, mali quidquam contingit. pari ergo modo actionum omnium complexio, quæ vita dicitur, ſi tempore ſuo deſierit, nihil inde quidquam mali patitur, quia deſiit: nec qui tempore opportuno ſeriem hanc terminauit, male ideo adficitur. tempus autem et terminum adſignat natura: eaque quandoque peculiaris,

κγ΄. Μία καὶ ἡτισοῦν ἐνέργεια κατὰ καιρὸν παυσαμένη, οὐδὲν κακὸν πάσχει, καθὸ πέπαυται· οὐδὲ ὁ πράξας τὴν πρᾶξιν ταύτην, κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθ' ὃ πέπαυται, κακόν τι πέπονθεν. ὁμοίως οὖν τὸ ἐκ πασῶν τῶν πράξεων σύστημα, ὅπερ ἐστὶν ὁ βίος, ἐὰν ἐν καιρῷ παύσηται, οὐδὲν κακὸν πάσχει κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθ' ὃ πέπαυται· οὐδὲ ὁ καταπαύσας ἐν καιρῷ τὸν εἱρμὸν τοῦτον, κακῶς διετέθη. τὸν δὲ καιρὸν, καὶ τὸν ὅρον δίδωσιν ἡ φύσις, ποτὲ μὲν καὶ ἡ ἰδία,

ὅταν

1 Ἄκραν ſiue ἀκρωτήριον κάμπτειν, *promontorium præteruebi.* nos dicimus *to double the cape.* Solent autem prominentia loca iſtiusmodi plus aliis eſſe

vndis

ὅταν ἐν γήρᾳ, πάντως δὲ ἡ τῶν ὅλων· ἧς τῶν μερῶν μεταβαλλόντων, νεαρὸς ἀεὶ καὶ ἀκμαῖος ὁ σύμπας κόσμος διαμένει. καλὸν δὲ ἀεὶ πᾶν καὶ ὡραῖον τὸ συμφέρον τῷ ὅλῳ. ἡ οὖν κατάπαυσις τοῦ βίου, ἑκάστῳ οὐ κακὸν μὲν ὅτι οὐδὲ αἰσχρόν· εἴπερ καὶ ἀπροαίρετον, καὶ οὐκ ἀκοινώνητον. ἀγαθὸν δὲ, εἴπερ τῷ ὅλῳ καίριον [1] καὶ συμφέρον, καὶ συμφερόμενον. οὕτω γὰρ καὶ θεοφόρητος, ὁ φερόμενος κατὰ ταὐτὰ θεῷ, καὶ ἐπὶ ταὐτὰ τῇ γνώμῃ φερόμενος.

κδ'. Τρία ταῦτα δεῖ πρόχειρα ἔχειν. ἐπὶ μὲν ὧν ποιεῖς, εἰ μήτε εἰκῇ μηδὲ ἄλλως ἢ ὡς ἂν ἡ δίκη αὐτὴ ἐνήργησεν. ἐπὶ δὲ τῶν ἔξωθεν συμβαινόντων, ὅτι ἤτοι κατ' ἐπιτυχίαν, ἢ κατὰ πρόνοιαν· οὔτε δὲ τῇ ἐπιτυχίᾳ μεμπτέον, οὔτε τῇ προνοίᾳ ἐγκλητέον· δεύτερον, τὸ ὁποῖον ἕκαστον ἀπὸ

vt in ſenectute fit; ſemper vero communis; cuius partibus adſidue mutantibus nouus perpetuo vegetusque mundus permanet vniuerſus. bonum autem ſemper ac tempeſtiuum eſt, quod vniuerſo conducit. proinde vitæ ceſſatio non eſt malum cuiquam, quia nec inhoneſtum: ſiquidem nec optionis ſit noſtræ, nec communitatis legibus aduerſetur. immo bonum eſt; ſiquidem vniuerſo tempeſtiuum, eidemque conducens et congruum. ita numine diuino fertur, qui eadem, qua Deus, via fertur, menteque ſua ad eadem fertur.

24. Tria hæc in promtu habenda ſunt. in eis, quæ agis, ne quid fruſtra, aut ſecus *fiat*, quam ius ipſum feciſſet. in eis vero, quæ extrinſecus eueniunt, vel forte fortuna quodque vel prouidentia obuenire. atqui nec de fortuna conquerendum eſt, nec prouidentia incuſanda. ſecundum, qualenam vnumquodque ſit a ſatione is-

que

vndis infeſta, ventis expoſita, procellis obnoxia, eoque nomine magis periculoſa: vnde prouerbium de *Maleo*, ſiue *Maleis* Laconico promontorio. Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε. *Gatak.*

1 Similis fere locutio l. 3. 4. συνεμφέρεται, καὶ συνεμφέρει, vbi vide. putat autem *Caſaub.* συμφερόμενον eſſe id, quod a Deo, vel fato longa cauſſarum ſerie ab initio conſtitutum eſt.

1 Σφίξαι·

que ad animationem, ab animatione vſque ad animam emiſſam. item ex quibus conflatur, et in quænam reſoluitur. tertium, ſi in ſublime ſubuectus res humanas deſpiceres, vbi varietatem earum, quanta eſſet, perſpexiſſes, ſimulque vno conſpectu comprehenderes, quantum vndiquaque aeriorum et ætheriorum ſedes ſuas habeat, quod quotiescumque ſubuectus eſſes, eadem ſemper occurrerent. eiusdem enim generis ſunt omnia, et æui breuis. et de his tamen inſoleſcimus.

25. Opinionem eiice; ſaluus es. eiicere autem ecquis impediat?

26. Quando moleſte fers quidquam; oblitus es, omnia ſecundum vniuerſi naturam fieri. item peccatum alterius nihil ad te. adhæc, quid-

1 ϛερήματος μέχρι ψυχώσεως, καὶ ἀπὸ ψυχώσεως μέχρι τοῦ τὴν ψυχὴν ἀποδοῦναι. καὶ ἐξ οἵων ἡ σύγκρισις, καὶ εἰς οἷα ἡ λύσις. τρίτον, εἰ ἄνω μετέωρος ἐξαρθεὶς κατεσκέψαιο τὰ ἀνθρώπεια, καὶ τὴν πολυτροπίαν ὅση κατανοήσαις· συνιδὼν ἅμα, καὶ ὅσον τὸ περιοικοῦν, 2 ἐναερίων καὶ ἐναιθερίων 3 (καὶ) ὅτι ὁσάκις ἂν ἐξαρθῇς, ταῦτα ὄψει, τὸ ὁμοειδές, τὸ ὀλιγοχρόνιον. ἐπὶ τούτοις, ὁ τῦφος.

κε΄. Βάλε ἔξω τὴν ὑπόληψιν, σέσωσαι. τίς οὖν ὁ κωλύων ἐκβάλλειν;

κϛ΄. Ὅταν δυσφορῇς ἐπί τινι, ἐπελάθου τοῦ, ὅτι πάντα κατὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν γίνεται. καὶ τοῦ, ὅτι τὸ ἁμαρτανόμενον ἀλλότριον. καὶ ἐπὶ τού-

τοις

1 Σπέρματος, omnino legendum cenſeo. vel, ſi cui id minus arridet σπο-ρήματος quod propius accedit ad ſcripturam priorem, et apud *Nicandrum* reperitur (ſi pro *ſemine* ſumi, quod quidam cenſent, compertum haberetur) vel σπορεύματος etiam, ſiue σπερματώσεως, vt τῇ ψυχώσει reſpondeat ἡ σπερμάτωσις. *Gatak.*

2 Vniuerſas mundi totius regiones, ætheriam, aeriam, aquatilem, terreſtrem incolis ſuis refertas cenſebant quum Stoici, tum et Platonici. *Alcinous de doctrin. Platon.* Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες, οὓς καὶ καλοίη ἄν τις γεννητοὺς θεοὺς, καθ' ἕκαστον στοιχείων. οἱ μὲν ὁρατοὶ, οἱ δὲ ἀόρατοι, ἔν τε αἰθέρι καὶ πυρί τε καὶ ὕδατι. et *Porphyr.* de *abstinent.* l. 3. ζῶα λογικὰ distribuit in quatuor claſſes, ἐναιθέρια, ἐναέρια, ἔνυδρα, ἐπίγεια. *Gatak.*

3 Καὶ iſtud παρέλκει, et inducendum videtur. nam ὅτι ad τρίτον refertur. *Gatak.*

1 Vide

τῦ, ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον
ς ἀεὶ ἐγίνετο, καὶ γενήσε-
, καὶ νῦν πανταχοῦ γίνε-
τῦ, ὅση ἡ συγγένεια ἀν-
όπυ πρὸς πᾶν τὸ ἀνθρώ-
ν γένος· ὐ γὰρ αἱματίυ ἢ
ερματίυ, ἀλλὰ νῦ κοινω-
ἐπελάθυ δὲ καὶ τῦ, ὅτι
άςυ νῦς θεὸς, καὶ ἐκεῖθεν
ύηκε. τῦ, ὅτι ὐδὲν ἴδιον
νός· ἀλλὰ καὶ τὸ τεκνίον,
τὸ σωμάτιον, καὶ αὐτὸ τὸ
χάριον ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν.
, ὅτι πάνθ᾽ ὑπόληψις. τῦ,
1 τὸ παρὸν μόνον ἕκαςος
καὶ τῦτο ἀποβάλλει.
κζ´. Συνεχῶς ἀναπολεῖν,
ἐπί τινι λίαν ἀγανακτή-
ντας, τὺς ἐν μεγίςαις δό-
ις, ἢ συμφοραῖς, ἢ ἔχθραις,
ποιαισῦν τύχαις ἀκμάσαν-
ς. εἶτα ἐφιςάνειν, πῦ νῦν
ντα ἐκεῖνα; καπνὸς, καὶ
οδὸς, καὶ μῦθος, ἢ ὐδὲ μῦ-
ς. συμπροσπιπτέτω δὲ καὶ
τοιῦτο πᾶν, οἷον, 2 Φάβιος
τυλλῖνος ἐπ᾽ ἀγρῦ, καὶ 3

quid ſit, ita ſemper factum, ſemperque futurum, et nunc etiam vbique fieri. porro, quæ homini cuiuis cum toto genere humano intercedat cognatio. neque enim tam ſanguinis aut ſeminis, quam mentis exſiſtit communio. oblitus es, et mentem cuiusque Deum esſe, et diuinitus defluxisſe. et nihil esſe cuiusquam proprium; ſed et filiolum, et corpusculum, et animulam ipſam inde prodiisſe. ſed et, opinione conſtare cuncta. et quod tempus denique præſens tantum cuique et viuitur et amittitur.

27. Eos apud te crebro recolas, qui de re aliqua vehementer indignati fuerint, qui vel in ſumma gloria, vel in inſigni miſeria, inimicitia, fortuna qualibet exſtitere. tum ſciſcitare, *vbi iſta nunc ſunt omnia?* fumus vtique ſunt, et cinis et fabula, vel ne fabula quidem. ſuccurrat tibi ſimul et quidquid eſt eiusmodi, quale eſt Fabius Catulinus in agro, Lucius Lupus

Vide l. 2. 14.

Q. Fabius Catullinus ſub *Adriano* Conſul reperitur in *Faſtis* ad annum C. 883. quamquam in græcis a *Scaligero* editis, non Κατυλλῖνος ſed Κατυλῖ-s dicitur. *Gatak.*

Lucius Lupus Xyl. et *Caſ.* vt ſit legendum Λύκιος. *Xyl. Lucius Lupus in tis obiit* ἐν κήποις. et *Caſ. Lucius Lupus et Stertinius Baiis*, nec neceſſarium eſt

Lupus et Stertinius Baiis, Tiberius Capreis, et Velius Rufus; omniſque omnino cum exiſtimatione in re vlla eminentia. quamque vile ſit omne, in quod ſtudium tantopere impenditur. quantoque ſit philoſophiæ magis conſentaneum in oblata ſibi materia iuſtum, temperantem, deis obſequentem ſe ſimpliciter præſtare. deinde faſtus contemtu inflatus omnium eſt maxime intolerabilis.

Λέσιος Λȣ̃πος καὶ 1 Στερτίνιος ἐν Βαίαις, καὶ 2 Τιβέριος ἐν Καπρέαις, καὶ 3 Οὐήλιος Ρȣ̃φος, καὶ ὅλως ἡ πρὸς ὁτιȣ̃ν μετ᾽ οἰήσεως διαφορά. καὶ ὡς εὐτελὲς πᾶν τὸ κατεντεινόμενον. καὶ ὅσῳ φιλοσοφώτερον, τὸ ἐπὶ τῆς δοθείσης ὕλης ἑαυτὸν δίκαιον, σώφρονα, θεοῖς ἑπόμενον ἀφελῶς παρέχειν. ὁ γὰρ 4 ὑπὸ ἀτυφίᾳ τυφόμενος, πάντων χαλεπώτατος.

28. Interrogantibus, vbi deos conſpicatus, aut vnde eſſe com-

κη΄. Πρὸς τȣ̀ς ἐπιζητȣ̃ντας, πȣ̃ γὰρ ἰδὼν τȣ̀ς θεȣ̀ς, ἢ πόθεν κατειληφὼς

eſt iſtic illud, *obiit*. Ceterum lectionem receptam adſerit *Iſa. Caſ. ad Spartiani Hadrian.* (vbi mentio *Luſii* cuiusdam Senatus iuſſu, vel *Hadriani* etiam, vt *Dio* vult, in itinere occiſi) ſed ita, vt de *Luſio Lupo* iſto parum ſibi liquere profiteatur. *Gatak.*

1 *Stertinii*, qui per *Tiberii* tempora ſub *germanico* copias duxit, meminit *Tacitus annal. lib.2.* verum vtrum is ſit, quem *Marcus* velit, aut quid is *Baiis*, mihi plane incompertum. *Stertinius* item philoſophus Stoicus ſub *Auguſto* floruit. meminit huius *Flaccus l. 2. epiſt.* 12. ---- *an Stertinii deliret acumen*, et *ſerm. lib. 2. ſat. 3. ſapientum octauum*, ludibundus appellat. verum nec iſtum iſtic deſignatum crediderim. *Gatak.*

2 Καπρέαις potius, *Capreis*. *Capreæ inſula, trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii disiuncta. Tacit. Annal. lib. 4. Tiberii principis arce nobilis; Plin. hiſt. nat. lib. 3. c. 6.* qui eo ſeceſſerat, quo libidinibus ſuis indulgeret liberius. vnde et palam ac vulgo ab inſulæ illius nomine *Capreius* dicebatur. *Sueton.* l. 3. c. 42. 43. ita enim malim, quam *Caprium*, vel *Caprinum*: quorum alterum ſaltem pro *Caprineo* repoſitum vult *Caſaub. Gatak.*

3 *Rufi Heluii*, qui miles gregarius quum eſſet, coronam ciuicam ſub *Tiberio* meruit, meminit *Tacit. Annal. lib. 3. Vettii* etiam *Rufi*, qui ſub *Marco* ad annum V. C. 931. conſulatum geſſit, *Faſti* meminere. Verum *Velius Rufus* iſte quis exſiſtat, mihi nondum occurrit. Sed nec locus ſatis integer videtur, quum nec vbi *Stertinius* aut *Rufus* iſte egerint, quod in reliquis diſerte expreſſum eſt, quidquam dicitur. *Gatak.*

4 Ὑπὸ ἀτυφίας; vel potius ἐπὶ ἀτυφίᾳ emendat *Gatak.*

κατειληφὼς ὅτι εἰσὶν, οὕτω σέβεις; πρῶτον μὲν [1] καὶ ὄψει ὁρατοί εἰσιν· ἔπειτα μέντοι οὐδὲ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ ἑώρακα, καὶ ὅμως τιμῶ. οὕτως οὖν καὶ τοὺς θεοὺς, ἐξ ὧν τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἑκάστοτε πειρῶμαι, ἐκ τούτων ὅτι τέ εἰσι καταλαμβάνω, καὶ αἰδοῦμαι.

κθ΄ Σωτηρία βίου, ἕκαστον δι᾽ ὅλου αὐτὸ τί ἐστιν ὁρᾶν, τί μὲν αὐτοῦ τὸ ὑλικὸν, τί δαὶ τὸ αἰτιῶδες· ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν, καὶ τἀληθῆ λέγειν· τί λοιπὸν ἢ ἀπολαύειν τοῦ ζῆν, συνάπτοντα ἄλλο ἐπ᾽ ἄλλῳ ἀγαθὸν, ὥστε μηδὲ τὸ βραχύτατον διάστημα ἀπολείπειν;

λ΄. [2] Ἓν φῶς ἡλίου, κἂν διείργηται τοίχοις, ὄρεσιν, ἄλλοις μυρίοις. [3] μία οὐσία κοινὴ, κἂν διείργηται ἰδίως ποιοῖς σώμασι μυρίοις. μία ψυ-

pertum habens, hos ita veneraris, *reſponſum ſit*: Primo etiam viſu percipi posſunt. deinde, animam meam, quum nullus vmquam viderim, in honore tamen habeo. pari igitur ratione et deos, quum eorum potentiam iugiter experiar, propterea et esſe compertum habeo et veneror.

29. In hoc vitæ ſalus ſita eſt, vt vnumquodque, quid ſit in vniuerſum, diſcernas; quidque materiæ, quid formæ habeat. atque ex animo toto iuſta facias, et vera dicas. quid enim ſupereſt, niſi vita frui, bonum bono ita adnectendo, vt ne minimum quidem interuallum bono vacuum relinquatur?

